CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

IOANNES MALALAS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS MALALAE

CHRONOGRAPHIA

EX RECENSIONE

LUDOVICI DINDORFII.

ACCEDUNT CHILMEADI HODIIQUE ANNOTATIONES ET RIC. BENTLEII EPISTOLA AD IO. MILLIUM.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXI.

Digitized by Google

E 113

TAYLOR INSTITUTION

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M.A.

IN MDCCCL.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

LUDOVICI DINDORFII.

Ioannis Malalae Chronographiae unus est codex Oxoniensis Baroccianus, ex quo descriptam ab Edmundo Chilmeado, quum is morte praeventus esset, edidit Humfredus Hodius eique ita praefatus est ut mihi de codice et Chilmeado nihil, pauca de scriptore et huius editionis ratione dicenda supersint. Ioannis libro Oxoniensi quum et initii pars non exigua et sub finem non constat quanta perierit, illius iacturam sarsit Chilmeadus ex alio eiusdem bibliothecae chronographo manuscripto, quem Georgium monachum esse, vulgo Hamartolum dictum, sibi persuasit Hodius: mihi ipsum exordium cum Georgii particula ab Allatio edita non ita convenire visum est, quin scriptorem Oxoniensem Georgium an quem alium haberi oporteat eius iudicio relinquere maluerim cui integram certe partem ab Chilmeado editam cum Georgio contendendi copia et animus fuerit. Quum enim chronographorum Byzantinorum alter alterius simia sit, si qui per aliquot paginas ad verbum secum consentiunt, non est cur existimemus non esse homines inter se diversos. Extremae autem Malalae partis detrimento quum incertum reddatur concluseritne ille cum Iustiniano an ulterius deduxerit chronographiam suam, eoque maior oriatur dubitatio quando ipse putandus sit vixisse, Hodius omni ope contendit ut saeculo nono ineunti admoveret scriptorem tantae inscitiae et barbariae quanta in aevum Iustiniano propinquum cadere ei non posse videretur. Quumque

Digitized by Google

Ioannes Damascenus, quem saeculo octavo medio exstinctum constat, oratione tertia de Imaginibus in fabula quadam narranda Malala utatur auctore, ita eius testimonium eludit ut orationem illam posse supponitam esse dicat. Quae quam levia sint facile apparet. Ioannis Damasceni orationes tertiam inter et secundam tanta intercedit rerum omnium similitudo ut si altera a quo scripta esset nesciretur, ab eodem ambas homine profectas esse nemo qui legeret non esset suspicaturus. Sed etiamsi certissime demonstrari posset tertiam non esse Ioannis, ea re ne minimum quidem eius de Malalae aetate testimonium mutaretur. Utramque enim eodem scriptam esse tempore illo quo anathema adversus Leonem Episcopi Orientis minabantur quidem sed nondum pronunciabant ex eo recte collegit Lequienus vol. I. p. 306. quod eadem in utraque verba sunt p. 332. et p. 346. *κἂν ἄγγελος κἂν βασιλεὺς εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, πλείσατε τὰς ἀκοάς· οὐκοῦν γὰρ τέως εἰπεῖν, ὡς ἔφη ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀνάθεμα ἔστω, ἐκδεχόμενος τὴν διόρθωσιν.* Hodius vero quod addit, si minus totam orationem illam, certe locum e Malala excerptum fieri posse ut aliquis interpolaverit, verbo monuisse sufficit non meliori cum ratione dictum esse quam quae de Clementis, Theophili, Hesychii aetate suae opinioni commoda hariolatur: ad quae quod responderi posse quivis intelligit respondit Lequienus p. 368. De ipsius autem Malalae ingenio summaque et inscitia et, si cum scriptoribus paullo antiquioribus conferatur, sermonis barbarie qui ita sentiat ut indigna arbitretur homine Syro saeculi sexti septimive cum vulgo loquenti, ipsam rem Byzantinam oportet ignoret. Aliter iudicarunt viri rerum Byzantinarum peritissimi, Reiskius et Gibbonus: quorum alter Histor. cap. XL. annot. 11. Malalam brevi post Iustinianum scripsisse assentitur Iortino Animadvers. vol. IV. p. 383.: qua ipsa libri illius parte ego me aegre fero carere; Reiskius autem ita scribit in Commentario ad Constantinum praeclare nuper auctо p. 855. „*Μειζότερος* pro

Digitized by Google

μείζων iam apud Malalam T. II. p. 236. 1., de cuius auctoris aetate Iustiniano aequali dubitare non debebat Hodyus ob dictionis sordes. Istius iam saeculi et ratiocinia inepta erant et dictio monstrosa. Ex quo Christiani doctores turbare publicam rem inutilibus quaestionibus, omissisque studiis litterarum humaniorum ad speculationes ridiculas, et quas ne ipsi quidem intelligerent, prolabi coeperunt, periit omnis in cogitando rectitudo, in dictione perspicuitas, cura et nitor. Non tam barbaris barbariem, quam Christianis debemus. Vide, quantus tumor, quanta peregrinitas in Codice Theodosiano, quam non anilis saepe Procopius, omnium sibi aequalium absque controversia optimus, quam coacta et Latinissans eius dictio. Affectatum artificium, per quod oratio Cimmeriis tenebris fieret obscurior, laudi erat, et *tanto* quisque doctior, quanto Cassiodorum et similes superaret. Sed hoc in transitu. Soloecismi hi, quales sunt μειζότερος et similia, fuerunt quidem nunquam non in usu apud vulgum, sed scriptores vel parum elegantiae memores ab iis sibi abstinebant. Christiani doctores ex quo coeperunt homilias suas tales in lucem edere, quales ex ambone effuderant, periit omnis honor litteris. Malalae, ut ad eum redeam, ex ipso nomine constat aetas. *Malalas* est nomen Syriacum. Sermo Syriacus obtinebat in Syria usque ad initia Muhammedanismi. Eo surgente, Saracenis Syriam rapientibus, exegerunt Syriasmum, eiusque loco Arabismus omnia obundabat, Syriasmo in ecclesiarum Christianarum angustias concluso. Debuit ergo Malalas eo adhuc aevo vixisse et scripsisse, quo sermo Syriacus in usu erat. Pro rhetore Arabes non *Malal*, sed خطيب *Chathib* dicunt." Quibus addi licet in rebus locisque Syriae describendis nusquam ne tenuissimum quidem vestigium apparere mutati in ea per Arabes rerum qui sub Byzantinis fuerat status. Caeterum apud Ioannem Damascenum quod Malalas vocatur Ἰωάννης Ἀντιοχείας, non patriarcham, sed civem Antiochensem intelligendum esse assentior Hodio Proleg. s. VIII: quomodo dictum Ἀν-

Digitized by Google

τιόχου Κολοφώνος in opusculo MS. Oxoniensi fefellit Bentleium Epistola ad Millium p. 8.

Hactenus de Malala. Editio nostra quum integra reddere deberet quae annotasset Chilmeadus, nec ferendum videretur bis etiam apponi tot levissimorum mendorum correctiones, ego annotationes eius dispertitus bifariam sum ita, ut meis insererem quas utiles ad crisin ducerem, caeteras ad calcem relegarem. Ipse quae scribendi vitia viderentur correxi aut notavi: saepe autem ambiguum esse quae librario, quae ipsi imputanda sint tali scriptori, sponte intelligitur. Futilitatem hominis per partes aliquot censura sua dignatus est Bentleius, omnem refelli nemo ferat.

Editio Oxoniensis quum tam sit negligenter impressa ut integros versus omissos prodat interpretatio Latina p. 108. et 145., operae pretium facturus sit qui libri Barocciani iterum conferendi laborem suscipere tanti putet. Mihi haec etiam ratio fuit non tangendae interpretationis Chilmeadi, quae nunc codicis instar est. Abieci vero quos Hodius addiderat Indices Scriptorum et Vocum Dictionumque ab Ducangio omissarum mancos et tenues, novis eorum loco substitutis.

Denique annotamus editionem Oxoniensem prodiisse duplici titulo annum 1691. praeferente inscriptam, cui in alio quo utor exemplari tertius additur anno 1692. insignitus; Venetam ob vitiorum multitudinem prorsus inutilem a. 1733.

Scribebam Lipsiae idibus Octobribus MDCCCXXX.

Digitized by Google

DE
AUTORIS COGNOMINE
PRAEMONITIO.

MALALA Cognomen Syriacum. Ita scribi a Graecis potuisse: magis tamen convenire cum illorum Analogia ut Μαλάλας scribatur; sicque scriptum fuisse videri. Ab Autore Prolegomenorum praefertur Syrorum genuinum ac originarium: Nomen MALALA. Quod ostenditur optime congruere usui linguae Latinae. Eo RHETOREM significari. Hoc multorum Literatorum fuisse Cognomen. Quo sensu sic Autor appellatus sit.

In verbis *Joannis* (quem appellant) *Damasceni* et *Constantini Porph.* e quibus conceptus est, qui praemittitur, Titulus, utrum Autoris Cognomen *Μαλάλα* (seu *Μαλέλα*) in *Casu*, ut loquuntur, *Genitivo* a *Μαλάλας* (seu *Μαλέλας*) ut *Βαρνάβα* a *Βαρνάβας*, *Σουίδα* a *Σουίδας*, descendat; an, ut peregrinum et extraneum vocabulum, sit potius *Indeclinabile*, haud certo satis apparet. Nos secuti autoritatem Virorum maximorum, quotquot hactenus hujus Cognominis mentionem fecerunt, *Gerardi* et *Isaaci Vossiorum*, *Usserii*, *Dufresnii*, aliorumque complurimorum, pro *Indeclinabili* accepimus. Neque hoc sane temere. Nam quamvis videatur haud licere per Graecorum Analogiam Virilia Nomina apud eos in *A* terminari; non tamen abhorret ab eorum usu, ut Nomina Virorum *Orientalia* et *Barbara* absque ulla Graeca Terminatione, aut *Casuum* variatione, Graeco ore proferantur. Neque quisquam ignorat quam ament *Orientales* (e quibus erat noster *Chronographus*) sua Nomina et Cognomina in A formare.

Digitized by Google

Id elucet istis Exemplis quae exhibent passim monumenta S. Paginae. Idem indicant Nomina et Cognomina Arabica, *Abdalla*, *Hanifa*, *Nahala*, *Taphala*, *Mashalla*, aliaque id genus millia: Hinc Jesus illis est *Isa*, Darius *Dara*, Kosroes *Kezra*, Basilius *Basila*, ut apud *Said Ebn Batrik*. De *Syris* denique ipsis, popularibus nostri Autoris, quod eadem gaudeant terminatione, consulatur Catalogus *Scriptorum Syriacorum* a *Sobensi Metropolita* conscriptus. Celebrantur ibi *Maruta*, *Bartoma*, *Hanana*, *Dan. Resaina*, *Abrah. Catina*, *Greg. Sussatra*, cum multis aliis, pars magna Catalogi. Sed quorsum haec? Monuisse suffecerit, esse plane *Syriacum* Autoris nostri Cognomen, et in A apud eos desinere constare. Quam soleant autem *Graeci*, peregrina hujusmodi Nomina cum nativis Terminationibus in *Graeciam* suam recipere, exemplorum demonstrat multitudo innumerabilis. In prima acie ex *Jo. Cantacuzeno* stat *Ἰωάννης Περάλτα*. Illene recentior, et non ex *Heroibus* antiquis? Cave agas de eo *Triumphos*. En quot et quantos Satellites habeat despicabilis hicce *Περάλτα*. Apud *Seriem Chronologicam*, perductam ad *Alexium Comnenum*, quam edidit doctissimus *Petavius*, occurrit *Κωνσταντῖνος ὁ Δοῦκα* Imp. Apud *Bartholomaeum Edessenum* memoratur *Μεβία*, et Arabicus *Hanifa* ab eodem dicitur *Χανιφά*, quod nomen quamvis habeatur apud eum in Casu Gen. tamen positum fuisse pro *Indeclinabili*, cum ex ipso *Accentu*, tum ex aliis Nominibus sequentibus, dilucide apparet. In Anonymi *Confut. Muhammedis*, hujus Assecla *Βασιρὰ* commemoratur: *προσεκολλήθη δὲ τῷ Μουχαμέτ τις Ιακωβίτης ὀνόματι Βασιρά*. Ibidem occurrunt *ὁ Αὐδιὰ* et *Αὐδαλλὰ* (*Abdalla*) Muhammedis alii Sodales. Hoc notent doctissimi Viri qui *pernegant* nomen *Abdalla* apud Graecos unquam cadere in *A*. Eidem rursus Autori, ut et *Nicetae Choniatae* in *Thesauro*, Angelorum 2. Muhammedis sunt Nomina Propria *Τζάφα* et *Μαρουά*. Sic *Euthymio Zigabeno Τζιτζαφά* (male) et *Μαρουά*. Audiatur *Agathias*, probatissimus Scriptor, de Rege Persarum *Vararane*, *Σεγανσαὰ δὲ ἐπεκλήθη*, et mox, *εἰκότως ὁ παῖς Σεγανσαὰ ἐπωνόμαστο*. Idem rursus de alio *Vararane*, Persarum itidem Rege, *ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰ ὠνομάζετο*. Accedat his *Eratosthenes*, antiquissimus ille, Graecorumque Grammaticorum princeps; in cujus *Catalogo Regum Thebaeorum* nobis militat Rex *Κομαιφθά*· vocabulum factum ex

Digitized by Google

Φθὰ sive Φθᾶ (ne Librario id vitio vertatur,) quod Aegyptiis Nomen *Vulcani* fuit, sioque scribitur *Porphyrio* in *Casu Nominativo*. Addo insuper *Ημεῦλα*, cognomen fuisse apud ipsos Alexandrinos Patriarchae. Audi testem luculentum *Theophanem* in *Chronographia*; *Ἰωάννης ὁ ἐπικλην Ημοῦλα*. Sic apud Victorem Tun. *Joannes cognomento Hemula*. Quam hoc illustre exemplum! Qui poteris istius vim evitare? Num culpam Librario impinges? Vah Effugium! Eidem *Theophani Ελεσβαὰ* est Nomen Regis Aethiopum: quod quamvis legatur in *Casu* non *Recto*, esse tamen *Indeclinabile* fidem facit *Accentus*. At audias insuper alia. In Graeca Scripturarum Versione quid apertius aut usitatius? *Μαθουσάλα*, *Σισάρα*, *Σάλα*, *Ιεδδούα*, *Ράδα*, *Αζαρία*, sexcenta alia. Neque ista solum in S. Scripturae Versione hanc Terminationem sortita sunt, sed cum ea evolarunt ad omnes Graecos, et in usum vulgarem abierunt. Nonne Α mutabatur apud posteros Graecos in *ΑΣ*? De aliquibus, concedo: de omnibus, pernego. Testimonium dicat *Matthaeus Evangelista*. Celebrantur ab eo *ὁ Ζαρὰ*, *ὁ Αβιὰ*, *ὁ Ασά*. Praeter *Fl. Josephum* qui ex Bibliorum Graeca Versione sua non scripsit, cedo mihi vel unum, cui Patriarcharum annosissimus ille, *Μαθουσάλας* non *Μαθουσάλα*, appelletur, etsi Nomen illius apud tot Scriptores passim memoretur, et, propter longaevitatem, vel in vulgi ore ubique terrarum ferebatur. *Μαθουσάλα* ille nominatur a *Theophilo Antioch.* *Africano*, *Eusebio*, *Syncello*, Autore *Chronici Paseh.* *Nicephoro* Patr. *Cedreno*, *Glyca*, *Hamartolo* nostro, Anonymo *Petaviano*, aliis. Post hocce exemplum, quid attinet alia afferre, quae apud eosdem Autores, cum *Philone Jud.* *Josde* et *Theodoreto* in Hist. leguntur, *Σισάρα*, *Σάλα*, *Θάρρα*, *Σεβεκαὰ*, *Σιβᾶ*, *Ανανία*, caeteraque pleraque similia? Ita me Musae ament, ut ex animo me taedet ac piget tam diu demorari in minutiis hisce puerilibus: tamen gratia eorum, qui dubitent, hic alia quaedam exempla subjungam, quorum eadem est analogia ac ratio. *Ο Παμβὰ*, *ὁ Χαλὲ*, *ὁ Μαδὲ*, et germana apud Ecclesiasticos Scriptores, ignorata sunt nullis nisi quibus sub ferula manus est. *Αλέξιος ὁ Μωσηλὲ*, magnatum Graecorum quidam, apud *Georg[illegible] Mon.* in Novis Impp. *Glycas*; *ὁ μέντοι Θεόφιλος γαμβρὸν εἶχεν Αλέξιον, οὗ Μωσηλὲ τὸ ἐπώνυμον*. Apud Continuatorem *Constantini Porph.* Historiae Basilii Macedo-

Digitized by Google

nis, memoratur *Ρωμανὸς ὁ Μωσελὲ*, ex Graecis magnatibus alius. Apud alium *Ἰζὶδ Μουλαβί*. Sic apud *Codinum* et *Glycam Μιχαὴλ ὁ Ραγγαβὲ*, Graecorum ipse Imperator: *Cedreno; Μηχ. φὶ Ραγκαβὲ ἡ προσηγορία*. Consimilia alia in vocales cadentia, quae ex S. Scripturis in usum communem recepta sunt, non enumero, ne videar conscribere Judaeorum *Exercitum* aliquem, *Salomonis* fortasse aut *Jehosophati*. Nec innumera ista recenseo, quae passim apud Graecos Historicos praeter normam sermonis Graecanici *Consonantibus* clauduntur. Hoc tantum observo de Pseudoprophetae Turcarum Nomine, quod quamvis apud Graecos Scriptores tam frequens istius sit mentio, ne semel tamen, quod sciam, Graeca terminatione donatur. *Μουάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μουχουμὲτ, Μουχαμὲτ, Μάμεθ*. etc.

Haec lusimus (Lector erudite) in Grammaticis, non Grammatici; quippe Nos qui *Μαλάλα* pro *Indeclinabili* sumpsimus, *Erroris* ingentis contra Usum Graecorum insimulant Viri doctissimi: quem dicunt, non pati, ut Nomen *ullum* Virile, quantumvis *Barbaricum*, apud eos in A terminetur. Si ulterius instant (ut faciunt) et ab ipso *Accentu*, quod in syllaba *penultima* statuatur, posse duci argumentum existimant; convertantur retro oculi, ad, *Μεβία, Περάλτα, Μαρούα, Ημοῦλα, Ισδδούα, Σισάρα, Αζαρία, Ανανία, Μαθουσάλα*. Quibus addi et alia possint: *Ωχαία, Αβδία, Σαραβία*, centum alia in S. Scripturis germanissima. Neque alia est ratio cuntium in aliis Vocales, *Ραμεσσεμένω* in Serie quadam Regum Aegyptiorum, *Ιεφθάε, Ιαδάε* etc. aut terminatorum Consonantibus, *Αβιμέλεχ, Ιάφεδ, Ιάφεθ, Ισσάχαρ, Γελίμερ, Ταπίμερ*, etc.

Sic liberos Nos, et praedictos summos Viros ab omni *peccato* contra usum Graecorum, praestitimus. Progrediamur ulterius: et ut fuit ostensum, repugnare nihil, quominus potuerit *Casu Recto* scribi *Μαλάλα*, sic breviter nunc inquiramus, an *reipsa* ita scribi consueverit. Sane haec etsi ita se habeant, et quamvis appareat *potuisse* scribi *Μαλάλα; Mihi* tamen non deest quod facile cuivis persuadeat, non ita *revera*, sed *Μαλάλας* scriptum fuisse. Nempe hoc id evincere videtur, quod a *Tzetze Chiliasta*, qui pro a, e ubique substituit, non ut *Indeclinabile*, sed prorsus ad exemplum et ingenium Graeci sermonis, *Μελέλης* scribatur. Idem inde videtur verisimile admodum fieri,

Digitized by Google

quod quamvis non *semper* peregrinis hujusmodi Nominibus assumatur Graeca Terminatio, constat tamen id usu *saepissime* venire. Sic quoque inter Recentiores (ut missa faciamus infinita) *Ἀλληλούϊα* vocabulum, cum pro Nomine Virili, ut in Codice quodam MS. usurpatur, scribi *Ἀλληλουίας* animadvertimus. *Δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ Μαρδάριος μοναχὸς ἐπίκλην ὁ Ἀλληλουίας.* Haec (Lector) scripsimus olim ad Amicos eruditissimos: ii tamen (quod plane miramur) ita contra Nos instituunt Disputationem, quasi contendissemus, non modo *potuisse* in *Recto* scribi *Μαλάλα*, sed et *reipsa* sic scriptum fuisse, scribique *sic debuisse.*

Hoc itaque ponatur de *Graecanica* Terminatione. Videamus jam de *Latinis.* An illi *Malalas* seu *Malelas* scribent cum Graecis? An potius sequentur *Syrorum* Originariam? Certe Graecam Ego non moror, cum appareat *Originaria*, et ista usu vulgari non *jamjam* sit stabilita. Mihi placet Syrorum *genuinum* vocabulum MALALA: nam eandem terminationem in Virorum Nominibus quam maxime amant Latini, ut in *Seneca*, *Nasica*, *Messala*, aliisque sexcentis. Cum certo nobis innotescat genuinum vocabulum MALALA, cum exacte id conveniat Linguarum nostrarum Analogiae, cum insuper haec Terminatio jam usu communi obtinuerit; quid nobis, amabo, quid, precor, si *Graeci* τῷ *A suum Σ* addebant? Quis aquam ex *rivulo* hauriet quando adest ipsa *fontana*, eaque et usui et palato convenientior? Quis sciens dicet *Abdallas* aut *Abdelas* (quae Graecis est usitatior Terminatio) et non cum Arabibus *Abdalla?* At objicis nobis: Cum arrideat usque adeo Nomen *Syriacum*, cur a *Graecis*, non *Syris*, derivatur Autori *Praenomen?* cur dicitur Praenomine JOANNES, et non, ut se habet *Syriace*, JUHHANAN? Ne sibi Trophaea hic aliquis temere statuat: en tibi, Responsum: nempe, quia JOANNES Praenomen *Latinum* jam factum est. At quo me ferunt hae nugae? MALALA aut MALALAS pro arbitrio dicant Eruditi. Suam alii sententiam sequantur. Ego sane non ero sollicitus de ejusmodi Ineptiis. Et qui istoc *Seldenianum*, *Περὶ κατὰς τὴν ἐλευθερίαν*, saltem in *Philologicis*, Mihi ipsimet vendico, aequum est aliis eandem *libertatem* concedam. Hoc tantum submoneo; eo usque, in *Nominibus Virorum*, A Terminatione delectatos fuisse *Latinos*, ut in illis ipsis, quae a Graecis

Digitized by Google

proxime acceperint, τὸ Ας Graecorum in A frequentissime immutent. Hoc apparet fere semper fecisse *Latinorum* antiquiores: Neque desunt exempla post illa etiam tempora, quibus, *Graecia* tota in Romam se effundente, contrarius mos invalescere coeperat; neque ea profecto in Nominibus solum *Servorum* aut *Libertinorum*, vel, *viventium in Latina civitate*, quod omnino precario statuunt Viri docti. Hinc apud *Solinum*, *Justinum*, *Orosium*, *Hieronymum* in *Chronico Eusebiano*, PERDICCA Rex Macedonum. (An ille Romanus *Libertinus?* an vixit in *Latina* civitate?). Hinc rursus apud *Orosium*, ARUBA Rex Molossorum, et ALCETA frater Perdiccae. Hinc apud *Amm. Marcellinum*, HORMISDA, Nomen Regum aliquod Persarum, quod Ορμίσδας tamen scribitur Graecis, quibus ferunt acceptum Latini; ut apud *Theophylactum Simocattam*, *Syncellum*, *Theophanem*, *Zonaram*, *Cedrenum*, *Nicephorum* in *Breviario*, alios. Hinc Papae Nomen HORMISDA in *Pontificali* Anastasii, et in ipsis ejus *Epistolis*. Liceret, cum compluribus aliis, τὸ MIDA, ex *D. Hieronymo*, aliisque eo vetustioribus, ad haec adjicere: sed de lana *Grammaticorum* caprina, plus satis.

A Nominis *Terminatione* ad ipsum Nomen, e *coeno* in *flores*, mi Lector, jam transeamus. Hinc suum Cognomen sortitus est noster JOANNES, quod in *barbaro* suo seculo *Rhetoricam* qualis qualis profitebatur; nempe eam docendo, *Paedagogus* suo seculo dignus; vel *Causas* in Foro agendo, *Scholasticus* seu *Advocatus*. Nam MALALA (seu MALELA, ut scripsimus nos, ex pronunciatione aliquanto faciliori, et receptiori, sed minus recta) in Lingua *Syriaca* est RHETOR seu ORATOR, SOPHISTA sive SCHOLASTICUS. Ex qua profecto Professione, animadvertere licet, permultis olim Literatis Viris consuevisse haerere *Cognomina*. Visne Exempla? Ecce nobis complura in promptu sunt. Claruere Cognomine RHETORUM, *Democharen*, *Priscus*, *Zacharias*, *Procopius*, *Diodorus*, et *Joannes* alius antiquior *Antiochenus*. SOPHISTARUM floruere Cognomine, *Callinicus*, *Abas*, *Eusebius*, *Metrophanes*, *Malchus*, *Eutropius*, *Eustochius*, *Nicostratus*, *Polemon*, *Bemarchius*, alii. Sic SCHOLASTICORUM Cognomento sunt insigniti, *Agathias*, *Evagrius*, *Epiphanius*, *Socrates*, et *Sozomenus*. Hi omnes, ut MALALA noster, (nam alios sciens prudensque taceo) Scriptores *Historiarum*. Eo usque

Digitized by Google

convenit *Rhetoricae* Professio cum studio *Historias* scribendi! Verum siste, Lector, paulisper! Nolim abeas de hisce ex omni parte securus. Quidni alia ex causa Cognomen MALALAE seu RHETORIS adeptus sit Noster? Non te celabo, fuisse etiam RHETOREM in Ecclesia Orientali sic dictum Officialem. Hinc *Θεόδωρος Διάκονος Ρήτωρ* apud *S. Maximum Confes.* qui et *Rhetorem* eum simpliciter solet appellare. Hinc aucti quoque *Rhetorum* titulo *Michael Thessalonicensis* apud *Ephraemium* in Chronico inedito; *Manuel Holobolus*, cujus extant in membranis Poemata in laudem *Michaelis Palaeologi* Imp. *Joannes Diaconus*, Scriptor Vitae *Josephi Hymnographi*; et (ut alios praeteream) *Georgius Contis* (is nuperus erat) in Codd. manu exaratis: *Γεώργιος Κόντις ὁ Ρήτωρ τῆς Μητροπόλεως Αἴνου, καὶ ἔξδικος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.* In Codd. aliis 2. *Ὅπερ βιβλίον ἐστι Γεωργίου Ρήτορος Αἴνου.* Hinc quoque in Ecclesia Dignitas, *τῶν Ρητόρων Μαΐστωρ*, seu *Διδάσκαλος*· et *Μέγας Ρήτωρ. Μανουὴλ ὁ μέγας Ρήτωρ*, qui scripsit contra Latinos, celebratur in Volumine MS. Sic *Eustathius* ille celeberrimus, Archiep. postmodum *Thessalonicensis*, in titulo Orationis MS. ad Imp. appellatur *Διδάσκαλος τῶν Ρητόρων*· Idem in inscriptione Epistolae, quae ejus Commentariis in *Dionysii Periegesin* praefigitur, *Μαΐστορος τῶν Ρητόρων* titulo ornatur. *Rhetor* hoc sensu sumptus, appellatur quandoque *Sophista.* In *Scholiis* recentioribus ad *Pindarum: Παρὰ τοῦ ἡμετέρου Σοφιστοῦ ἤτοι μυσταγωγοῦ, κυροῦ Δημητρίου τοῦ Τριχλινίου.* Utrum hoc sensu, RHETORIS seu MALALAE appellatione decoratus sit noster Chronographus, penes Doctos esto judicium.

Jam ad alia, Lector, procedas: At priusquam procedas, *Votorum* quorundam mihi Testis esto; et olim, si unquam violavero, Monitor: *Votorum* quorundam eruditis Viris, proh dolor! hucusque ignotorum; sed quae Ego perpetuo a primis Literis, ut facio, feci ex Corde.

Digitized by Google

Faxit Numen,
Ut vel aeterno Ego silentio inter non scribentes delitescam, vel semper ut Virum *Ingenuum, liberalis ac generosae Educationis, verae Philosophiae studiosum* decet, scribam:
veritatis unicae Indagator,
absque omni Styli acerbitate,
mitis, urbanus, candidus,
Ad id quod indecens est adeo non pronus, ut nec movendus:
Nugarum denique contemptor.

---

*) In seqq. *Prolegomenis*, pro, MALELA, quod olim placebat, ex originali scriptura *Syriaca* et *Jo. Damasceno* legatur passim MALALA.

Digitized by Google

HUMFREDI HODII

DE AUTORE

PROLEGOMENA.

SYLLABUS CONTENTORUM.

Joannes Antiochenus Malela *Chronog. eruditis tantum non ignotus. Extitisse alium* Jo. Antiochenum Chronographum, *cujus edidit Excerpta ex collectione Constantini Porphyrogenneti* Valesius, *qui male cum* Malela *confundi solet.* I, II. Jo. Antiochenus Chronog. *a quibus Autoribus citatus.* III. *Eum quem adducunt Scriptores Graeci, a* Malela *diversum, et cum altero praedicto eundem videri.* IV. *Extare in quibusdam Bibliothecis* Jo. Antiocheni Collectanea *cum a Collectaneis Jo. Antiocheni* Valesianis, *tum etiam a* Malelae *Chronographicis diversa. In Bibliotheca Paris. extare Excerpta ex* Chronico Jo. Antiocheni, *qui idem fuisse videtur cum* Joanne *Valesiano, sed Excerpta ista a* Valesianis *distincta sunt. De* Jo. Antiocheno *περὶ ἀρχαιολογίας Scriptore: etiamnum illum superesse, et eundem videri cum* Joanne *Valesiano, a* Malela *saltem esse diversum. Fama de* Jo. Malela *in* Gallia *delitescente. Exortam inde fuisse, quod cum altero illo* Jo. Antiocheno Chronographo *eruditi illum confuderint.* V. Jo. Antiochenum *περὶ ἀρχαιολογίας habere multa cum* Jo. Malela *communia.* VI. *De aliis* Joannibus Antiochenis Chronographis. *Ge. Vossius, et Phil. Labbaeus notati.* VII. Jo. Malelam *non fuisse Patriarcham Antiochenum. Notantur Interpretes* Jo. Damasceni; Gothofredus, Baronius, *alii. De variis* Joannibus Antiochenis *Patriarchis. In Albo* Patriarcharum Antiochenorum *reperiri* Joannem *nullum, qui eadem aetate, qua vixit* Malela, *floruerit.* VII, VIII, IX. Fran. Combefisii *hallucinatio*, Malelam *nostrum confundentis cum* Jo.

Digitized by Google

Antiocheno *Presbytero*, *cujus meminit* Gennadius, *ac cum* Jo. Diacrinomeno. x, xi. *Videri eum inter* Orthodoxos *potius quam* Haereticos *esse annumerandum.* xii. *Recensentur alii* Joannes Antiocheni. *De* Jo. Mela *Patriarcha Alexandrino.* xiii. *De* Jo. Malelae *aetate. Non fuisse coaevum* Justiniano *ejus nominis primo, quod volunt* Chilmeadus *et alii: sed ad seculum* nonum *esse potius conjiciendum, vel diu saltem post tempora* Justiniani *floruisse.* xiv. *ad* xxxix. *Scripsisse post* Justinianum *exinde apparet, quod quot annos ille regnaret commemorat.* xv. *Quod nec in vivis sub* Justiniano *extiterit demonstratur ex citatione Actorum publicorum Civitatis suae propriae de re ibidem sub* Justiniano *gesta.* xvi. *ex erratis ejus multis et gravissimis de rebus Justinianaeis.* xvii. *aliisque indiciis luculentis.* xviii, xix, xx. Malelam *cum* Justiniani Legato *non fuisse collocutum, quod existimat* Chilmeadus, *sed Librum tantum ejus legisse; et eum non alium fuisse a* Nonnoso. xxi. *Quod nec vixerit ante aetatem* septimam *exeuntem probatur ex citatione* Clementis Chronographi, *quem ostenditur scripsisse post annum* 685. xxii. *Quod nec floruerit ante initium seculi* noni *conficitur ulterius ex citatione* Theophili Chronographi, *quem probatur obiisse anno Christi* 785. xxiii. *Hunc male a nonnullis confundi cum* Theophilo Antiocheno, ad Autolycum *scriptore. Producitur Fragmentum MS. ex* Hesychio de Christi Nativitate, *in quo citantur* Clemens, Theophilus, et Timotheus Chronographi. Hesychium *illum ex ipso* Malela *scripsisse videri.* xxiv. Eusebii *Chronicon quod a* Malela *solet citari, non esse genuinum.* xxv. *Quod vixerit* Malela *non ante seculum* nonum, *confirmatur tum aliunde, tum ex locutionis barbarie.* xxv, xxvi, xxvii. *Proponuntur Argumenta quae illius antiquitatem videantur astruere. Inter alia; citari eum in* Oratione tertia pro Imaginibus *Jo. Damasceno adscripta: et in multis Narrationibus cum* Chronico Paschali *sive* Alexandrino, *ante annum, ut creditur,* 630. *composito, ad verbum consonare, quae a Chronici Autore e* Malela Chilmeado *et aliis videntur desumptae.* xxix. *Istarum Narrationum Index.* xxx. *Argumentis hisce respondetur.* xxxi, *etc. non satis constare Fragmentum illud* Malelae *quod habetur apud* Orat: pro Imag. *praedictam, ab ipso* Orationis *Autore fuisse descriptam: et esse praeterea cur suspicemur non fuisse* Jo. Damasceni *istam* Orationem. xxxii. *Ad Argumentum*

Digitized by Google

de Chronico Paschali *sive* Alex. *respondetur*, 1° Chronicon *illud habere quamplurima interpolata.* XXXIII, XXXIV. *nec* 2°, *satis constare ex* Malela *fuisse desumpta ea quae apud* Paschale *consonantia reperiuntur.* Malelam *ex aliis Historicis ad verbum exscribere solitum demonstratur ex ejus Tautologiis.* XXXV. *et citatione Scriptorum* Latinorum, *quorum quidem ne Linguam intellexerit. Illius errores spissi de rebus* Romanorum. XXXVI. *In plerisque praeterea istarum Narrationum, quae ex* Malela *depromptae creduntur, apud* Paschale *haberi nonnulla quae cum* Malelianis *minime concinunt, et quaedam quae plane repugnant.* XXXVII. Malelam, *ubi loquitur de rebus antiquioribus tanquam sua memoria existentibus, verba tantum suorum Autorum proferre. Id Scriptoribus minorum gentium et aetatis sequioris solenne esse.* XXXVIII.

De Anonymi Excerptis Chronographicis, *quae in hac Editione* Malelae *praemittuntur.*

Ea esse Georgii Hamartoli. *Excerpta alia ex Chronico* Hamartoli *ubi edita reperiantur.* XLI.

De Editione, et Edmundo Chilmeado *Interprete.* XLII, XLIII.

PROLEGOMENA.

JOANNES ANTIOCHENUS Chronographus, quem jam Tibi damus erudite Lector, ab Imp. *Constantino Porphyrog.* cognominatus MALELA, ab alio[1]) MALALA, a tertio[2]) MELELES; quis fuerit, aut qualis, aut quando demum vixerit, literatis Vi-

---

[1]) In Orat. 8. de Imaginibus *Jo. Damasceno* adscripta.

[2]) *Jo. Tzetze* Chil. 5. Hist. 29. *Chilmeadus*, cujus Apographum secuti sunt Editores, cum non legisset *Constantinum Porph.* qui *Malela* scribit, scriptionem *Damascenianam* retinet. Nos *Constantinianam* praeferimus, quoniam in syllaba 2. cum ea convenit *Tzetziana.* Is. Vossius in *Libro Variarum Observ.* ac alii, minus recte, et absque Autore, *Mallela* scribunt.

Digitized by Google

ris huc usque parum innotuit. Viris illis praeclaris et eruditiss. qui in hoc studiorum genere singulari quodam honore emicuerunt, *Ger. Jo. Vossio* [1]), *Phil. Labbaeo* [2]), et *Leoni Allatio*, fuit notus nomine tenus: Neque amplius sane de eo compertum habuere, nisi quod illius hoc Chronographicum opus evolvissent, doctissimi illi Nostrates, qui in eum ex professo diligentiam suam et studia impenderunt, *Edmundus Chilmeadus* et *Joannes Gregorius*.

II. Solent nostrae gentis Scriptores, cum *Joannem Malelam* ex Bibliothecae *Bodleianae* MS. Codice adducunt, sub simplici titulo *Joannis Antiocheni*, quasi nullus alius extaret *Joannes Antiochenus, Chronographus*, eum memorare: sic Viri praedicti eruditi, *Chilmeadus* et *Gregorius*, sic *Stanleius* [3]), *Langbainius* [4]), *Seldenus* [5]), *Pearsonus* [6]), *Fellus* [7]); eximia Nomina. Caeterum constat (quod salvo tantorum Virorum honore sit dictum) plures olim extitisse *Joannes Antiochenos, Chronographos*, et ad hunc usque diem, exparte saltem superesse alium, qui *Joannes Antiochenus* simpliciter apud veteres Scriptores audire consuevit, cum *Joannes* noster *Malela* aut nunquam aut raro sine sui Cognominis adjectione commemoretur. Notasse hoc poterant Viri illi magni ex Imp. *Constantini Porphyrogenneti* praecitati Collectaneis *de Virtutibus et Vitiis*, quae *Henricus Valesius*, annis abhinc plusquam 50. in lucem edidit [8]): in quorum *Prooemio*, ubi recensentur Scriptores illi ex quibus desumpta sunt ista Excerpta, *Joannes Malela Chronographus* a *Joanne Antiocheno Chronographo*, sic vulgo dici solito, expresse distinguitur. *Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν,*

---

[1]) de Hist. Graecis lib. 3.

[2]) Delineatione Apparatus Historiae Byzantinae.

[3]) In Historia Philosophiae, Thaletis vita.

[4]) In Schedis MSS.

[5]) De Synedriis l. 1. c. 8. p. 122.

[6]) Prolegomenis ad Hieroclem Philosophum.

[7]) Praefatione ad Theophili Antiocheni Librorum ad Autolycum editionem Oxoniensem.

[8]) An. 1634.

Digitized by Google

α'. Ιωσήπου ἀρχαιολογίας
β'. Γεωργίου Μοναχοῦ
γ'. Ιωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς
δ'. Ιωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς etc.

Sunt autem haec Excerpta ex Annalibus infra subjectis. 1. *ex Josephi Antiquitatum libris.* 2. *ex Georgio Monacho.* 3. *ex Chronico Joannis cognomento Malelae.* 4. *ex Joannis Antiocheni Chronico. etc.* Hoc miror fugisse doctissimum et diligentissimum *Ger. Vossium*, qui, quamvis observet, in Librorum suorum *de Historicis Graecis* Editione posteriore, *Joannem Malelam* ex illorum Scriptorum fuisse numero; de altero tamen *Joanne Antiocheno Chronographo*, tanquam in eodem Volumine celebrato, mentionem nullam facit. Posterioris hujus Excerpta satis ampla et prolixa in Volumine dicto sunt edita sub hoc titulo: *Ἐκ τῆς Ἰωάννου Ἀντιοχέως ἱστορίας χρονικῆς ἀπὸ Ἀδάμ. Ex Joannis Antiocheni Historia Chronica ab Adamo.* ad finem his verbis appositis. *Τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου μοναχοῦ. Finis Historiae Joannis Monachi.* Sed desiderantur ista quae ex *Joanne* nostro *Malela* excerpta sunt, a *Valesio* consulto rejecta, *eo quod* (ut ipse dicit) *praeter tres quatuorve fabulas de Minoe, Antiopa, ac Bellerophonte, easque illepido sermone textas, nihil bonae frugis continerent.* Quamvis in loco *Constantini Porphyrogenneti* citato *Joannem* nostrum *Malelam* ex urbe *Antiochensi* fuisse ne quidem innuatur, sed a *Joanne Antiocheno* distinguatur: illum tamen ex ea fuisse Civitate apertissime liquet ex *Oratione* 3. *pro Imaginibus*, *Joanni Damasceno* vulgo adscripta, ubi quidem disertim *Antiochenus* nuncupatur: neque solum ex ista Oratione, verum etiam ex ipsa *Chronographia*, quae cum tota juxta *Aeram Antiochenam* instituitur, ac res spectantes ad istam Civitatem speciatim prae omnibus aliis enarrat atque persequitur, Autorem *Antiochenum* manifesto videtur referre.

III. Ex *Joanne Antiocheno* de rebus ad Antiquitatem spectantibus apud alios Scriptores Graecos aevi recentioris non raro producuntur testimonia. *In Georgio Codino* [1]) *de Originibus Constantinop.* de Portus Bosporii appellatione eum reperi citatum.

[1]) p. 57.

Digitized by Google

Ab *Isaaco Tzetze* in locis duobus *Scholiorum* in *Lycophronem* advocatur; in *primo* [1]), de ratione cur Cecropi, Regi Athenarum, nomen *Διφυὴς* fuerit impositum; quod cum ante ejus tempora, conjugio nullo apud Atticos inito, Patres suos non noscerent Liberi, ille, lege de nuptiis sancita, effecerit, ut non solum *Matres* sed et *Patres* suos cognoscerent. *ταῦτα γοῦν αὐτὸν λέγουσι Διφυῆ, ἢ ὡς εὗρον ἐν Ἰωάννῃ Αντιοχεῖ, ὅτι πρότερον* etc. In altero [2]) de *Palladio* Trojano ab Asio quodam Mathematico Telesmatice confecto, et Regi Troi ab eodem donato, ut, quam diu in urbe Troja servaretur, inexpugnabilis ea tutaque permaneret. Illius verba in medium hic adducere non incommodum erit. *Ἰωάννης δὲ ὁ Αντιοχεὺς οὐκ ἐξ οὐρανοῦ λέγει πεσεῖν τὸ Παλλάδιον, Ασιον* [3]) *δέ τινα φιλόσοφον μαθηματικὸν τοῦτο ποιῆσαι ὡροσκοπίᾳ καλλίσῃ, εἰς τὸ ἀπόρθητον εἶναι τὴν πόλιν ἐκείνην, ἔνθα ἂν τοῦτο μένει πεφυλαγμένον καὶ ἄσυλον· χαρίσασθαι δὲ τὸ τοιοῦτον Παλλάδιον τῷ Τρωΐ. Caeterum Joannes Antiochenus scribit, non ex coelo Palladium decidisse, sed Asium quendam Philosophum ac Mathematicum id egregio horoscopo praedixisse, non expugnatum iri civitatem in qua Palladium custodiretur; et tale Palladium Troi dono dedisse.* His adde *Joannem Tzetzem, Isaaci* citati Fratrem, qui in *Historiarum Chiliadibus, Chil.* 2. *Hist.* 33. inter illos Scriptores qui de Cleopatra Aegypti Regina in Operibus suis fuerint commentati, *Jo. Antiochenum* recenset. Et rursus in *Chil.* 6. *Hist.* 61. de Pentheo ab Agave occiso, et istius fabulae explicatione, eundem citat. Historiae hujus *Tzetzianae* titulus sic se habet: *Περὶ τοῦ ὁ Αντιοχεὺς Αγαυὴν, τὸν υἱὸν προδιδοῦσαν εἰς θάνατον.* Quod Interpres sic vertit: *De eo, quod Antiochenus Agavem filium prodentem in mortem.* Post versus aliquot de Bacchis et Nepotibus Cadmi, haec subnectuntur.

---

[1]) p. 24.

[2]) p. 64.

[3]) Eadem fere repetuntur p. 66. ubi redundant, et absunt a Cod. MS. Bibl. Bodl. quae habentur de *Asio* et *Apollodoro* lin. 5. a vocibus *ὡς Ασιος μαθ.* ad lin. 14. *Bernardi Bertrandi* Latina versio quae redundant in Graecis agnoscit; sed ea quae sequuntur post voces *ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο πεσεῖν* lin. 20. ad vocem *καταπέπτωκεν*, lin. 26. quae revera a Tzetze scripta sunt, in ea desiderantur.

Digitized by Google

Ο Εὐριπίδης μυθικῶς οὕτω ταῖς Βάκχαις γράφει.
Ο δ' Ιωάννης χρονικὸς ἀλληγορῶν που, λέγει. etc.
Euripides fabulose sic de Bacchis scribit
Joannes autem Chronicus fabulam exponens, ait,
Pentheus atque Labdacus, magis autem Pentheus,
Interfectis reliquis Nepotibus [1]) *Cadmi,*
Actaeone quidem ipso a propriis canibus,
Learcho et Melicerta a Patre Matreque,
Habuit spem obtinendi sceptra atque sedes.
Ut autem audivit Bacchum Cadmi Nepotem nothum,
Regnum affectare, comprehensum in vincula conjecit;
Solvens autem precibus matris suae, occiditur ejus dolis.
Quapropter fabulam finxerunt, a Matre occisum fuisse.

Sic in alio Opere MS. quod habetur inter Codices *Baroccianos* Bibliothecae *Bodleianae*, in *Allegoricis* scil. *Fabularum Homericarum Expositionibus*, ab eodem citatur de Paridis Trojani inter Deas judicio, nempe fabulam istam inde ortam fuisse, quod de *Prudentia, Fortitudine, et Cupiditate*, earumque inter se comparatione, *Librum* quendam conscripserit Paris, oratoriae artis peritus.

Καὶ ῥήτωρ [2]) *δὲ γενόμενος γράφει πολλὰ μὲν ἄλλα*
Εἰς ἓν δὲ τοῦτο σύγγραμμα τὰς τρεῖς θεὰς συγκρίνει,
Τὴν Ἀθηνᾶν, τὴν φρόνησιν· τὴν Ηραν, τὴν ἀνδρείαν.
Καὶ τὴν ἐπιθυμίαν δέ φημι τὴν Αφροδίτην.
Η καὶ τὸ μῆλον δέδωκε, τὴν νίκην τὰ πρωτεῖα,
Ως Ιωάννης χρονικὸς Αντιοχεύς που γράφει,
Αὐτὸ μόνον ἀλληγορῶν, τ' ἄλλα παραλιμπάνων.
Γάμον Πηλέως, Θέτιδος, Ερμῆντε [3]) *καὶ τὸν Δία,*
Τὴν Ιδην οὗπερ ἔκρινε Θεὰς τὰς Θρυλλουμένας.
Ο Τζέτζης δ' ἅπαντα λεπτῶς ἀλληγορεῖ. Καὶ πρόσχες.

---

[1]) *ἐγγόνων*, quod Interpres ibi male vertit *filios*, pt et infra *ἔγγονον filium*.

[2]) Sic in Codice MS. Baroc. num. 24. et in alio qui habetur num. 194. In tertio quodam qui habetur num. 131. post mentionem, non Paridis, sed Eumeli Alcestidis F. occurrunt hi versus. Sed male ut ex reipsa apparet.

[3]) MSS. 24. et 194. *Ερμήτε* MS. 131. *Ερμῶντε*.

Digitized by Google

Quorum hic est sensus: *Et arte eloquentiae pollens, cum alia multa scribit, tum comparationem Dearum trium, Minervae Prudentiae, Junonis Fortitudinis, et Veneris Cupiditatis; quarum ultimam caeteris praetulit: ut scribit Joannes Antiochenus Chronographus. Qui illud duntaxat allegorice exponit, alia missa faciens, nempe nuptias Pelei et Thetidis, Mercurium, et Jovem, et Idam ubi de Deabus illis judicium fecerit. Verum Tzetzes ea omnia subtiliter allegorizat.. Et attende.*

IV. In locis hisce describendis, idcirco prolixi fuimus, ut exinde commodius (quod ex usu nostro fuerit,) exquiri possit, utrum iste *Jo. Antiochenus*, cujus Scriptores citati testimonio utuntur, sit idem cum nostro *Jo. Malela*, an potius cum altero illo, supra memorato, cujus extant apud Imp. *Constantinum Porphyrogennetum* Excerpta. *Ger. Vossius*, qui, ut supra monuimus, de Excerptis *Jo. Antiocheni* apud Imp. *Constantini Porph.* Collectanea extantibus, nihil omnino commemorat, *Jo. Antiochenum*, quem citat de Aegypti Regina Cleopatra [1]) *Jo. Tzetzes*, eundem fuisse conjectatur cum *Jo. Malela*. In qua sententia eum sequitur *Allatius* [2]), et *Joannes* noster *Gregorius* in *Animadversionibus* MS. in Autorem nostrum. Ego potius in sententiam contrariam propendeo, et non solum eum, quem citat in loco illo, caeterisque supra adductis, *Jo. Tzetzes*, sed et eum, quem citant ejus Frater *Isaacus*, et *Geor. Codinus*, eundem fuisse cum altero illo, cujus extant Excerpta [3]), haud aegre mihi persuadeo. De *Codino* sane hoc satis constat. Nam locum istum,

---

[1]) Nam de caeteris locis quae supra a nobis citata sunt is nihil observarat.

[2]) Qui nec ipsi in loca quae supra produximus caetera legendo inciderant.

[3]) In Excerptis illis habetur perioche bene magna de Paride Trojano, in qua tamen nihil occurrit de illius Libelli in Veneris Encomium scriptione, de qua allegat *Jo. Antiochenum* Jo. Tzetzes. sed dici ad hoc potest, solere in illis Excerptis *Constantinum Porph.* non omnia quae ipsius Autores in singulis narrationibus scripsere, ad verbum exhibere, sed eorum enarrationes contrahere et ex illis pro libitu nonnulla elidere. Vide tamen quae diximus in Diatribâ nostrâ De Scriptor. Graecis variis cap. 1. ubi de Antiocheno Chronog. Monacho.

Digitized by Google

quam ex suo *Jo. Antiocheno* adducit, apud nostrum *Jo. Malelam* frustra quaesieris. Reperiuntur quidem apud *Malelam* omnia [1]) ea loca, quae ab utroque *Tzetze* ex *Jo. Antiocheno* citantur; et de Fabula insuper ista, quae est de interitu Penthei, animadvertere licet, non solum proferri apud *Malelam* eandem illius allegoricam expositionem, verum etiam ab eo de fabula ista advocari *Euripidem* in *Bacchis*, ut etiam de eadem in loco praedicto citatur a *Tzetze* Chiliasta. Hinc cuivis in promptu esse possit argumentum sibi satis speciosum efformare, non alium quam nostrum *Joannem*, a duobus illis Scriptoribus per *Joannem Antiochenum* designari: argumentum (inquam) satis spesiosum, et si alicui ista opinio probabilior videatur, cum eo non ego contendam: Me tamen non ita haec movent quin potius in diversa persistam sententia. Quis enim in Graeciae sequioris et posterioris monumentis tam parum versatus est, ut non sciat illorum Scriptores fere eadem ubique literis demandare, seque mutuo et alios Scriptores liberaliter admodum exscribere atque expilare consuescere? Et quis non videt vel ex ipsis, quae extant, *Jo. Antiocheni Monachi* Excerptis, eum multis in locis eadem cum *Joanne* nostro *Malela* in literas retulisse? Quem latet illius Chronographiam de eisdem plane cum *Maleliana* fabulosis rebus tractasse? Hisce insuper addo, mihi esse exploratissimum, nihil aliud esse *Joannis* nostri *Malelae* Chronographiam quam ex aliis Autoribus decerptam rerum *farraginem:* solere eum verbatim ex aliis transcribere, et Autores etiam ab illis citatos, quasi ipse legisset, citare. Quid itaque mirum si praedictae Narrationes in illo reperiantur, licet ex alio aliquo Scriptore citatae sunt? Quominus autem existimem illum a Scriptoribus praedictis intelligi, id certe obstat, quod videtur colligendum ex Imp. *Constantini Porph.* Collectaneis toties laudatis, non solitum eum fuisse sub simplici appellatione *Joannis Antiocheni* commemorari; sed ab altero illo per suum *cognomen* sejungi fuisse consuetum. Accedit quod et ipse *Jo. Tzetzes* in alio loco [2]), ubi eum commemorat, non illum appellet *Joannem Antiochenum*, sed *Joannem*

[1]) De Cecrope 86. Palladio 137. Cleopatra 280. etc. Pentheo 51. Paridis Libris 115.

[2]) Chil. 5. Hist. 29.

Digitized by Google

Melelem, eodem prorsus modo quo ab Imp. *Constantino* praecitato nominatur simpliciter *Joannes Malela*. His adde, quod cum eum *Tzetzes* commemorat, mentionem de illo facere videatur tanquam de Autore a se non ante memorato; cum antea tamen in eodem Opere *Joannem Antiochenum* citasset: *Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις* (hoc noto) *Μελέλης χρονογράφος. Haec tradit Joannes* quidam *Meleles Chronographus.*

V. Haec cum ita se habeant, Lectori liberum esto judicium, utrum idem sit iste *Jo. Antiochenus*, qui a *Tzetze* utroque citatur, cum *Joanne* nostro *Malela*, an cum altero illo cujus extant Chronographica Excerpta. Si placet postremum, tum dici oportet, Excerptorum istorum scriptorem post *Georgium Chronographum* vixisse, adeoque sub Imperio *Heraclii*, quod Viri eruditi hactenus statuerunt, non floruisse: Nam expresse asserit *Tzetzes* Chiliasta *Jo. Antiochenum* a se memoratum post *Georgium Chronographum* (*Syncellum* intellige, vel *Hamartolum*) claruisse. Si prius arrideat; tum idem erit dicendum de *Malela* nostro: de cujus aetate nos infra. Pro comperto est interim, non solum extare apud Imp. *Constantini Porphyrogenneti Collectanea* ex *J. Antiocheni Monachi* Chronographia Fragmenta; verum etiam hodieque in Bibliothecarum scriniis asservari, cum alia et omnino diversa ex eo Excerpta, tum et ipsam alibi Chronographiam integram; vel aliud saltem Archaeologicum opus *Joanni Antiocheno* tributum. A doctissimo *Alemanno*, in Notis Historicis ad *Historiam Arcanam Procopii*, proferuntur fragmenta duo de Imp. Justiniano ex *Jo. Antiocheni* (quae appellat) *Collectaneis:* quae quidem diversa fuisse a *Jo. Antiocheni* Collectaneis *Constantinianis*, cum in illis de *Justiniano* nihil quicquam legatur, necesse est. In Volumine Graeco MS. Bibliothecae Regiae *Parisinae* num. MMCCXVI. inter varios Tractatus diversi argumenti occurrunt Excerpta ex *Jo. Antiocheni Chronico:* id quod colligitur ex Indice Tractatuum illius Voluminis, qui habetur Graece inter Stephani Le Moyne *Varia Sacra*, sub titulo *Indicis Antonii Eparchi* (Corcyraei) *Legati*, ex cujus dono circa medium seculi praeteriti in illustrissimo illo Librorum MSS. Gazophylacio Volumen illud repositum est. In illo Indice num. LXIX. sic legitur: *Ἰωάννου Ἀντιοχέως ἀπὸ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως κόσμου. Jo. Antiocheni quaedam ex*

Digitized by Google

illius Chronico quod incipit a principio creationis mundi. Memorantur Excerpta eadem apud *Analecta* ex ejusdem Bibliothecae Catalogis *Labbaeana;* et ab eruditissimo *Dufresnio*, in Notis ad *Chronicon* (quod inscribit) *Paschale*, aliquoties laudantur. Ex cujus quidem citationibus, quae Autoris exhibent verba, deprehenditur, cum diversa esse Excerpta ista ab Excerptis supradictis *Constantinianis*, tum etiam Chronographiam istam a nostra *Maleliana* fuisse diversam. A Claris. *Salmasio*, in Notis ad *Scriptores Historiae Augustae*, et in *Plinianis Exercitationibus in Solinum*, et similiter a *Leone Allatio* in Notis ad *Eustathii Antiocheni Hexaemeron*, producuntur complura loca ex *Jo. Antiocheno* (sive *Antiochensi*) περὶ ἀρχαιολογίας: hoc quoque diversum fuisse a *Joannis* nostri *Malelae* Chronographia, quamvis et illa Περὶ Ἀρχαιολογίας non improprie possit inscribi, quae ex eo in medium afferuntur, manifestum redditur. Ut omnino fallantur eruditi illi Viri, qui *integrum* Opus *Joannis* nostri *Malelae* in Gallia etiamnum servari (id enim ab aliquibus accepi) docuerunt. Id illis haud dubio fraudi erat, vel quod Opus Περὶ Ἀρχαιολογίας cum Chronico *Maleliano* idem esse putaverint, vel quod illa Excerpta, quae extant in Codice Regis Galliarum, opus integrum fuisse, et nostri Autoris, crediderint. Pro certo mehercule hoc constat, ne ipsi Gallorum doctissimo, percelebri illi *Dufresnio*, τῷ χαλκεντέρῳ, in manus unquam venisse *Joannis* nostri *Chronicon;* qui tamen fortasse in Codd. Graecis MSS. supra omnes hujus aevi mortales versatus est. *Joannem Malelam* quotiescunque is commemorat, (ut citat quidem atiquoties in Notis ad *Chronicon Paschale*, et *Annales Joannis Zonarae*, et in *Mediae et Infimae Graecitatis Glossario*) testimonia ejus aliunde non depromit, quam ex aliis Scriptoribus, qui Exemplar nostrum *Oxoniense* evolverant, et inde nonnulla excerpserant: quod ipse in aliquibus locis aperte profitetur. Utrum Opus praedictum *Joannis Antiocheni* Περὶ Ἀρχαιολογίας sit idem cum Chronico toties memorato, cujus apud *Constantini Collectanea* jam extant Excerpta, ii melius poterunt judicare, quibus datur facultas cum hisce illud conferendi. Est interim admodum verisimile: sic enim *Josephus* Historiam suam Judaicam, et *D. Halicarnassensis* Opus suum Historiae Romanae, *Ἀρχαιολογίαν* inscripserunt; quorum posteriorem sub titulo, *Dionysii* Περὶ Ἀρχαιολο-

Digitized by Google

γίας, eodem modo ab eodem *Salmasio*, in Notis ad *Scriptores Augustos*, citatum legisse memini. Neque agit id Opus *Περὶ Ἀρχαιολογίας* de rebus solum vetustioribus et aevi fabulosi, sed et rerum recentiorum Historiam, et ipsorum Imperatorum Romanorum gesta complectitur. Hoc evincunt Excerpta ista, quae apud *Salmasium*, in *Notis* novissime citatis, ex eo proferuntur; nimirum de morte Imp. *Adriani* [1]), et insigni Mausoleo in honorem illius erecto; de *M. Antonino* [2]), quod, aerario in bellis exhausto, Ornamentorum Imperialium auctionem in foro fecerit; de *Numeriani* Imp. [3]) excaecatione et interitu; deque *Carini* [4]) insigni crudelitate, quod eos, qui puerum olim pueri lusissent ac derisissent, Imperator jam factus non dimiserit inultos.

VI. Si aliud et diversum fuisse comperiatur, tum locus erit suspicioni, non Chronicon illud *Jo. Antiocheni* cujus extant Excerpta apud *Porphyrogennetum*, sed ipsum id Opus a *G. Codino* et *Tzetze* utroque fuisse designatum ubi citant *Jo. Antiochenum*. Sin idem fuisse (quod omnino crediderim) evolventibus appareat, ex illis locis quae ex eo adducunt *Salmasius*, et *Allatius*, id ulterius et clarius astruetur, quod supra posuimus, *Jo. Antiochenum Monachum* et *Joannem* nostrum *Malelam* in eisdem Narratiunculis solere concinere; et ideo nihil repugnare quo minus cum *Monacho* idem esset *Joannes* ille *Antiochenus* qui a *Tzetzis* Fratribus laudatur, quamvis reperiantur apud ipsum *Malelam* res illae pro quibus citatur. A *Leone Allatio* [5]) ex *Jo. Antiocheno Περὶ Ἀρχαιολογίας*, inter alia, citantur loca, de *Hesiodo* quodam, quod Graecos edocuerit literas; et de expositione Fabulae super Endymione, quod per mysticas quasdam Orationes a Luna nomen Dei addiscere voluerit, quodque illud per somnium edoctus non amplius est experrectus. Quae ambae Narrationes apud *Malelam* [6]) quoque leguntur. A *Salmasio*

---

[1]) to. 1. p. 180.
[2]) p. 354.
[3]) to. 2. p. 791.
[4]) p. 795.
[5]) in Eust. Hexaem. p. 300. et 303.
[6]) p. 70. et 73.

Digitized by Google

in Plinianis Exercitationibus [1]) ex eodem Opere, inter alia loca, proferuntur fragmenta, de Hippodromo Urbis Romae a Romulo extructo; de ejusdem diversis partibus, et Populi distinctionibus; de Factionum in Circo per greges et pannos discolores divisione ab Oenomao Rege instituta; deque Circi, juxta numerum Planetarum, 7. spatiis, et, ad imitationem 12. Zodiaci Signorum, 12. ostiis. Quae omnia quoque apud *Malelam* [2]) nostrum fabulosum occurrunt; sicut et ista quae ex eodem citantur in Notis ad *Scriptores Historiae Augustae*, de Tabula lusoria a Palamede inventa, et de Palladio Trojano ab Asio Philosopho excogitato; quae una est quidem ex istis Narratiunculis, pro quibus citatur ab Is. Tzetze *Jo. Antiochenus*. Illius verba sic se habent: *Τὸ ἐν Τροίᾳ Παλλάδιον ζωδίον ἦν μικρὸν ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως.* Et si quis cupiat ejus verba de Tabula Palamedis lusoria cum Malelianis [3]) componere, ea haec sunt. *Ὁ Παλαμήδης διὰ τῆς τάβλας τὸν γήϊνον κόσμον ἡνίξατο. τὸν ζωδιακὸν πύλον διὰ τῶν δώδεκα κάσων· διὰ τοῦ ψηφοβόλου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἑπτὰ κοκκίων, τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανήτων· διὰ δὲ τοῦ πύργου τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ δίδοται πᾶσι καλά τε καὶ φαῦλα.* Sic citantur a Dufresnio [4]) *Excerpta MSS.* ex *Chronico Jo. Antiocheni*, inter alia, de variis rebus quae in Nostro [5]) etiam comparent: de Homericae fabulae super Marte et Venere a sole deprehensis expositione, ex *Palaephato*, qui idem a Nostro etiam adducitur; de *Mercurii Trism.* dictis de Divina Natura, ex ipsius Operibus; de Rege Aegyptiorum nominato *Karacho*, seu *Maracho*, Sostri (sive Sesostri) succedente, et ab illo fuisse oriundos successaneos Aegyptiorum Reges; de Medusa et Perseo, docuisse hunc Persas *τὰς ἐπὶ Γόργονας τελετάς*· de anno Aegyptiorum antiquo sub Vulcani et Solis temporibus; de Sose et Thuli (sive Thuachi) aliisque Aegyptiorum Regibus; de Oraculo denique de SS.

---

[1]) p. 902, 903, 908.
[2]) p. 218. ad 223.
[3]) p. 129.
[4]) Notis ad Chron. Pasch. p. 498. 499. etc.
[5]) p. 25, 26, 27, 29, 30, 43.

Digitized by Google

Trinitate Regi Thuli in Africa dato. Citantur etiam ab eodem [1]) eadem, de Pico Jove, de Regina Semirami, deque Nino et Thurra ei succedente; quae Narrationes, quamvis nunc in Nostro, quippe desunt in principio pleraque, non inveniantur, tamen non dubitandum videtur, quin in illis, quae jam desiderantur, repertae fuerint, ut quidem occurrunt in illis, quae ex *Chronico Paschali* sive *Alexandrino* in eo [2]) supplentur. Locum unum ex supra memoratis, de veteri Aegyptiorum anno, ut cum *Maleliano* [3]) a Lectore curioso (si placeat) conferantur, me non pigebit adscribere. *Εβασίλευσεν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ηλιος ἡμέρας δνοζ'. ὡς εἶναι ἔτη ιβ'. καὶ ἡμέρας ϛζ'. οὔτε γὰρ εἴδησαν τότε Αἰγύπτιοι ἢ ἄλλοι τινες ἐνιαυτὸν ψηφίσαι· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐνιαυτοὺς ἐψήφιζον, οἱ δὲ τὰς περιόδους τῆς ἡμέρας· οἱ γὰρ τῶν ιβ' μηνῶν ἀριθμοὶ μετὰ ταῦτα ἐπενοήθησαν, ἐξ ὅτου ἐπενοήθη τὸ ὑποτελεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσι.*

VII. Atque haec de diversis *Joannibus Antiochenis*, *Chronographis*, ne temere, ut solet, cum altero illo *Joanne Antiocheno*, *Chronographo*, sive *Archaeologo*, confundatur *Malela* noster, hic dicta sunto. Extiterunt alii *Joannes Antiocheni*, *Chronographi*; ut *Joannes Rhetor*, qui Historiam suam sub Imp. *Justino* Seniore terminavit; et, si fides *Arabibus*, *Joannes* ipse *Chrysostomus*, ex Presbytero *Antiocheno* Patriarcha Constantinopolitanus, cujus nomine jam apud eos, et eorum lingua, circumfertur *Chronicon*. De quibus nos agimus in alio Opere. Celebratur a *Ger. Vossio* [4]), et *Phil. Labbaeo* [5]), alius *Joannes Antiochenus Chronographus* sive *Historicus*, quem dicunt floruisse post tempora *Justiniani* senioris, et *Evagrio* Historiae Ecclesiasticae Scriptori coaetaneum fuisse, et ab eo commemorari. At longe falluntur eruditi illi Viri; non enim ex urbe *Antiochiae*, sed ex *Epiphaniensi*, fuit iste *Joannes* Historicus, ut demonstrat in Notis ad *Evagrium* clariss. *Hen. Valesius*, et plenius nos in

---

[1]) p. 497.
[2]) p. 19, 20, 21.
[3]) p. 25.
[4]) De Hist. Graecis.
[5]) Delin. Apparatus Hist. Byz.

Digitized by Google

Opere [1]) alio modo memorato. Jam ut, hisce omissis, ad caetera, quae spectant ad nostrum Autorem, procedamus, et de ejus Conditione inеamus disquisitionem: sunt qui illum existimant ipsius Episcopatus *Antiocheni* Infulis, dum vixit, fuisse ornatum. In hac opinione fuere interpretes *Jo. Damasceni* (quem appellant) *Libri tertii pro Imaginibus*, quique illos sunt secuti alii non exigui nominis. Fragmenti, quod in Libro citato ex Chronographo nostro producitur, inscriptio sic se habet: *Ἐκ τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης* etc. Quam in hunc modum vertit *Fran. Zinus: Ex temporum descriptione Joannis Antiochiae Pontificis, qui et Malala dictus est, de muliere quae sanguinis fluxum perpessa fuerat.* Hujus Tituli interpretationem *Jac. Billius*, dum *Zini* Versionem in aliis castigat, absque reprehensione praeterit: sic *Jac. Gothofredus*, ad *Philostorgii* [2]) *Historiam Eccles.* de Christi statua Paneadica verba faciens: *Quod* (inquit) *Joannes Damascenus de Imaginibus Orat.* 3. *refert ex Chronico Joannis Antiochiae Episcopi, cognomento Malala.* Eandem sententiam et interpretationem amplexi sunt illustrissimus *Baronius* [3]) in *Annalibus*, et *Joannes* noster *Gregorius* in Animadversionibus *MSS.* super *Malela*, ac alii.

VIII. Utrum ipse *Orationis* praedictae *de Imaginibus* Autor, per, *Ἰωάννου Ἀντιοχείας*, *Joannem* nostrum *Antiochiae* fuisse *Antistitem* voluerit, quod Autores citati arbitrati sunt, pro certo haud facile statuerim: hoc interim est admonendum, istiusmodi loquendi formula non semper necesse esse ut *Episcopi* intelligantur, tametsi per illam in *Catalogis Conciliorum* designari *Episcopi* solеant; sed posse etiam *Cives* alios quoscunque per eam denotari. Hoc videtur exploratum habuisse *Godefridus Tilmannus*, qui in sua *Orationis* praedictae Versione, *Joannis Antiocheni*, simpliciter habet. At quaecunque fuerit sententia ipsius Autoris; nos tamen nullo pacto descendere possumus in eorum opinionem qui ex Sede *Antiochenorum* Patriarchali *Chronogra-*

---

[1]) *Diatriba de Scriptoribus Graecis Variis, cum prophanis tum Ecclesiasticis, maxime ex Codd. MSS.* nondum edita. cap. 1.

[2]) l. 7. c. 3.

[3]) ad an. 31. num. 75.

Digitized by Google

phum nostrum arcessunt; verum suppetit nobis argumentum, idque quidem (ni fallor) firmissimum ac irrefragabile, ad illam dignitatem eum nunquam fuisse evectum. Non hic adnotabo citari illum a *Tzetze* Chiliasta tanquam hominem obscurum et ignotum: *Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις Μιλέλης χρονογράφος·* ubi illud vocabulum, *τις*, obscuritatis nota et indicium videatur: hoc, inquam, non adnotabo, quippe vix negari possit quin de Viris etiam nominatissimis et maximis vox ista interdum apud veteres usurpata reperiatur. Sic (ut alios missos faciam) de *Theodoreto*, Episcopo Cyri doctissimo celebratissimoque, *Theodorus Abbas et Philosophus* in *Argumento Synodi Ephesinae: Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλογιμώτατος Κύρρου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς.* Sic ad verbum *Leontius Scholasticus* in Libro[1]) *de Sectis*, ex *Abbate Theodoro* (ut opinor) exscribens: *Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλόγιμος Κύρου ἐπίσκοπος ἀνατολῆς.* Abunde erit, si ex ipso Patriarcharum Antiochenorum Catalogo demonstremus, fuisse nullum illius Civitatis Episcopum nominatum *Joannem*, qui in illa aetate, qua scripserit *Malela*, floruerit. Age itaque, videamus quot fuerunt *Joannes Antiocheni* Patriarchae, et fuisse nullum eodem temporis intervallo, quo vixerit *Malela*, ostendamus. In *Nicephori* Patriarchae CP. Patriarcharum *Antiochenorum* Catalogo, (qui *unum* numero supra *sexaginta* complectitur, et perducitur usque ad Patriarcham *Anastasium juniorem*, qui martyrium subiit circa annum incarnationis Dominicae 608. seu, ut alii volunt, 611.) recensentur *Joannes* duo. Eorum *primus*, apud omnes Scriptores Ecclesiasticos propter Schisma in Synodo *Ephesina* commemoratus, et Epistolis aliquot suis notissimus, fuit ordine Patriarcharum 39*us*. et anno D. 438. e vivis excessit, postquam Patriarchatum per 18. annos gubernasset. *Secundus* fuit ordine 47*us*. successor *Petri Fullonis*, sub Zenone Imp. A. D. 476. post menses 3. ejectus. Post duos hos *Joannes*, quos nemo non videt *Joannem* nostrum *Malelam* aetate antecessisse, cum floruerint ante imperium *Justiniani* ejus nominis Primi cujus gesta a *Malela* celebrantur, non alius *Joannes* in Antistitum *Antiocheno-*

[1]) Act. 4. p. 509.

Digitized by Google

rum serie occurrit ante seculum a nato Christo *undecimum*. In illo seculo, nimirum quo tempore recuperata fuit urbs *Antiochenorum*, expulsis Saracenis, a Christianis nostris Occidentalibus, id est A. D. 1098. Cathedram illam tenuisse *Joannem* quendam, sanctissimum Confessorem, apud *Gul. Tyrium* [1]), in *Historia Belli Sacri*, memoriae proditur. Is, ut dicit idem *Tyrius*, evolato vix biennio post Urbem recuperatam Sede sua semet abdicavit et Constantinopolim abiit. Vergente ad exitum insequente Seculo, nempe a Domini nostri Nativitate *duodecimo*, Thronum Patriarchalem *Antiochiae* tenebat *Joannes* alius; idem ille, qui olim in *Oxia*, Propontidis Insula, *Monachicam* exercuerat vitam, cujusque extat, inter clariss. *Cotelerii* Ecclesiae Graecae Monumenta, *Oratio in Monasteriorum donationes Laicis factas*. In *Conciliorum* Voluminibus habetur Opusculum *Joannis* cujusdam Patriarchae *Antiocheni de superioritate inter Concilium et Papam:* at recens is fuit, et non ante seculum 15. neque Graecis est annumerandus, sed Latinis, neque quidem revera, sed titulo tantum fuit Patriarcha. Utrum inter hos duos *Joannes* posteriores, currentibus seculis 13. et 14. in Throno *Antiocheno* sederet ullus, necne, non habeo dicere; neque nostra quicquam refert; *Joannem* enim *Malelam* ante seculum *decimum* floruisse, in liquido est. Itaque ut ante eum floruerunt illi duo quos primo memoravimus, sic omnes hi novissime recensiti eo longe fuerunt recentiores. In Scripto quodam manu exarato Bibliothecae *Oxon.* *Περὶ μεταθέσεως Ἀρχιερέων· de translatione Episcoporum*, quod anno circiter 1400. compositum est, fit mentio *Jo. Antiocheni* Patriarchae cognomento *Codonati*, qui inde translatus sit ad Sedem Metropolitanam *Tyri*. Non alius hic fuit quam *secundus* illorum quos memorat *Nicephorus* Patriarcha CP. quem diximus ejectum a Zenone Imp. Eum enim *Codonatum* fuisse cognominatum, testimonium perhibet *Victor Tununensis*. Ab *Anastasio Caesariensi*, in Tractatu *De jejunio Deiparae*, *Joannes* quidam *Patriarcha Antiochenus*, tanquam tunc cum ipse scribebat Ecclesiam illam regens, celebratur: quo seculo is claruerit, non habemus usque adeo exploratum, ut pro certo et indubitato decernere

[1]) l. 6. c. 23.

Digitized by Google

possimus: hoc tamen certissimum et exploratissimum, eum ante *undecimum* seculum, vel medium saltem praecedentis, in illius Ecclesiae Cathedra non praesedisse: nam autor est idem *Anastasius*, excepisse eum in Sede ista *Theodosium*, *Petri* successorem; at ante (ad minimum) medium *decimi* Seculi fuisse nullum in illa Ecclesia *Theodosium* qui *Petro* successerit, constat. Neque multum quidem videtur dubitandum, quin idem is fuerit, vel cum illo *Joanne* Patriarcha supradicto, cujus apud *Gul. Tyrium* habetur mentio, vel saltem (quod minus [1]) arridet) cum *Monacho Oxiensi*.

IX. Si cui oboriatur suspicio, inter *Anastasium Juniorem* Patriarcham, in quo terminatur Catalogus *Nicephorianus*, et Seculum *decimum*, ante quod apparet floruisse *Malelam*, in Cathedra *Antiochensi* sedisse *Joannem* aliquem, qui idem cum *Malela* potuerit esse: is adeat velim *Eutychii* Patr. Alexandrini *Annales*, illisque praefixam Chronologiae ejus *Synopsin*. Recensitos ibi reperiet illius intervalli Patriarchas universos, *Joanne* nullo inter illos celebrato. Ejusdem rei fidem facit *Catalogus* alius, quem, ex Arabico aliquo Autore (ut opinor) transcriptum, ab Amico nostro multo nomine venerando, *Edvardo Bernardo*, Viro in omni doctrinae genere singularis praecellentiae, accepimus. Illius Patriarchas praedicti intervalli, quia discrepat aliquantulum ab *Eutychiano*, Lectoris oculis hic non gravabimur subjicere.

num.	A. D. quo an. desin.	num.	A. D. quo an. desin.
58. *Anastasius alter*	9. 607.	66. *Theodoretus*	17. 812.
59. *Vacat sub Persis*	31. 638.	67. *Jobus*	31. 843.
et Macedonius	8. 646.	68. *Nicolaus*	26. 869.
60. *Macarius*	5. 651.	69. *Stephanus et Thaddaeus*	22. 891.
61. *Theophanes*	12. 663.		
62. *Thomas*	20. 683.	70. *Symeon*	12. 903.
63. *Georgius*	21. 704.	71. *Elias*	28. 931.
64. *Vacat sub Saracenis*	50. 754.	72. *Vacat*	4. 935.
et Theophylactus	18. 772.	*Dein Theodosius et alii Viri obscuri.*	
65. *Theodorus.*	23. 795.		

[1]) Vide Diatr. de Script. Graec. Var.

Digitized by Google

X. Ut errorem committunt Scriptores praenotati, cum *Malelam* nostrum in Patriarcharum Antiochenorum Albo reponunt, sic errorem plane diversum de illo erravit *Franc. Combefisius.* Is in *Manipulo de Originibus rerum Constantinopolitanarum*, Joannem nostrum Antiochenum Malelam, cujus nomen ex *Oratione*, quam vocant, *Jo. Damasceni de Imaginibus* supra citata ei innotuerat, eundem fuisse decernit cum *Joanne* illo *Antiocheno*, ex Grammatico Presbytero, quem tradunt *Gennadius Mass.* [1]) et *Marcellinus Comes* [2]) contra Haeret. *Eutychianos* librum condidisse. Qui error, ut facile refellitur, cum Chronicon *Malelianum* ultra tempus *Joannis* praedicti pertexatur; ita facile quoque illi condonatur, cum *Chronicon* ipsum videre ei nunquam datum est. Suum autem Chronicon composuit *Marcellinus* A. D. 534. id est imperii Justiniani *octavo*, et *Catalogum* suum *Scriptorum Ecclesiasticorum*, in quo mentionem facit praedicti *Jo. Antiocheni Presbyteri*, concinnavit *Gennadius*, imperium administrante *Anastasio* A. D. 495°, hoc est, annis ante imperii *Justiniani*, a *Malela* nostro celebrati, exitum circa LXX.

XI. Conjecturam aliam nihilo magis foelicem eodem in loco de Chronographo nostro facit *Combefisius*; ut eundem eum fuisse cum praedicto *Joanne Presbytero*, sic et eundem omnino fuisse cum *Joanne* Historico cognomento *Diacrinomeno*, i. e. *Eutychiano*; sic enim Schismatici *Eutychiani* nuncupari consueverant. Floruit iste *Joannes ὁ Διακρινόμενος* ante nostrum *Joannem*, et ante ipsius *Justiniani* tempora sub praedicti *Anastasii* imperio, citante eum *Theodoro Lectore* in *Hist. Eccles.* qui ipse scripsit sub *Justino* seniore, decessore *Justiniani*, Anastasiique successore. Neque reperiuntur apud nostrum Chronographum quae ex illo *Joanne* nominato *Diacrinomeno* a Scriptoribus Graecis proferuntur. De eo qui plura volet, is adeat nostram *Diatribam* (ad quam Lectorem jam saepius amandavimus) *De Scriptoribus Graecis variis cum prophanis tum Ecclesiasticis, maxime ex Codd. MSS.* quae lucem brevi visura est: ubi legere licebit nonnulla de eo haud vulgaria.

---

[1]) De Script. Eccles.
[2]) Chronico.

Digitized by Google

XII. Utrum omni *Haereseos* labe immunis esset noster Chronographus, an potius faveret praedictorum *Eutychianorum* partibus, adeo ut mereatur, cum dicto *Joanne* Historico, ὁ *Διακρινόμενος* audire; si quidem inquirere operae pretium: non desunt quae fidem faciunt, inter Scriptores eum *Orthodoxos* esse potius annumerandum. Imperatoris quippe *Justiniani* fidem, dogmatibus Haereticorum, quos Edictis ille damnaverat, oppositam, *Orthodoxam* appellat. *Haeresium* (inquit) *sectatores quoscunque Romani Imperii finibus excedere jussit, indulta tamen eis per tres menses licentia si qui per id tempus Fidem* Orthodoxam *amplecteretur.* Sic alio in loco de Justiniano: *Sub illius* (inquit) *imperio Haeresibus variis interdictum est.* Inter istas vero nominatim fuisse *Eutychianae* interdictum, ex Edictis 5° et 6° apud *Codicem Justinianaeum* in *Titulo* 1°. fit conspicuum. Datur alius quidem in eo locus, qui forsan nonnullis videatur argumentum subministrare, eum *Eutychianorum* opinionibus tinctum fuisse; locus scilicet iste ubi habet sermonem de *Vitaliani* rebellione contra Imp. *Anastasium, Eutychianum,* in fidem *Catholicam* saevientem, et Episcopos *Orthodoxos* e Sedibus suis deturbantem; quem *Vitalianum* ait *Victor* Episcopus *Tununensis* contra illum arma cepisse propter *Fidei Catholicae subversionem, et Synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque Orthodoxorum Episcoporum atque successiones Haereticorum.* De illa Vitaliani rebellione verba faciens, et in fugam eum actum enarrans *Chronographus* noster sic subjungit: *Καὶ ἐνίκησε ὁ Σωτὴρ Χριστὸς καὶ ἡ τοῦ βασιλέως τύχη. Hanc vero victoriam conciliavit* Salvator Christus *et Imperatoris fortuna.* Quae verba videantur indicare zelum ejus contra causam *Vitaliani*, et ipsius fuisse opinionem, pro Imperatore tanquam pro *Veritate* Christum dimicasse. At utcunque hoc nonnullis prima fronte videatur, exinde tamen nihil potest jure inferri; dici enim ista a *Malela* potuere, quia arma rebellia contra Principem suum *Vitalianus* sumpserat. Sic alii profecto Scriptores *Orthodoxi* de bello a *Vitaliano* moto, tanquam de re improbanda loquuntur, quamvis bene de eo sensisse videatur citatus *Victor.* Cyrillus Scythopolitanus in *Vita S. Sabae* [1]) illius rebellionem damnare videtur, sed aliquanto

[1]) cap. 57.

Digitized by Google

tectius; *συνεχόμενος ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ὑπὸ τοῦ Βιταλιανοῦ βαρβαρικῶν ὀχλήσεων. Detentus Imp. Anastasius a Vitaliani barbaricis motibus. Evagrius* [1]) apertissime: *Τυραννεῖ* (inquit) *τὸν Ἀναστάσιον Βιταλιανός*· Et, eodem in loco, ait eum meditatum fuisse ut *imperium occuparet.*

XIII. Praeter varios hosce *Joannes Antiochenos* huc usque memoratos, quos esse diversos a *Joanne* nostro ex dictis certissime cognoscitur; observata sunt nobis inter legendum nomina aliorum non paucorum. Eorum primus est *Jo. Antiochenus* Archipresbyter, Publiae Diaconissae et Abbatissae Filius sub Imp. Juliano Apostata clarus. Secundus est *Jo. Maxentius*, Presbyter (ut volunt) Ecclesiae *Antiochenae* sub Justino seniore, cujus extant in *Bibliotheca Patrum* Opuscula aliquot. Tertius est *Jo. Antiochenus* Presbyter, contra *Faustum* Semipelagianum Scriptor, ab *Adone Viennensi* laudatus; nisi idem hic esset (quod facile quidem concedo) cum praedicto *Jo. Maxentio.* Quartus est *Jo. Antiochenus* Laurae *S. Sabae* in Palaestina Monachus, Diaconus et Canonarcha, secta Origenista, imperante Justiniano. Quintus est *Jo. Scholasticus*, ex Presbytero *Antiocheno* Patriarcha Constantinopolitanus sub ejusdem Justiniani exitu: cujus extant *Collectio Canonum*, et *Capita Ecclesiastica*; quemque aliqui perperam confundunt cum *Jo. Antiocheno Chronographo*, cujus extant Excerpta in Collectione *Constantini Porphyrogenneti.* Sextus est *Joannes de Antiochia* vulgo dictus, Arrianus, unus ex Magistris *Muhammedis* Pseudoprophetae, quo tempore imperavit Heraclius. Hisce adjiciendi sunt, nisi iidem fortasse fuerint cum aliquo jam dictorum, *Joannes Monachus et Presbyter Antiochiae*, cui in Codice quodam MS. attribuitur *Oratio de Domini Transfiguratione*, eadem cum illa, quam nomine *Jo. Damasceni* in illius Operibus evulgatam habemus: et *Jo. Antiochensis*, cujus nomen in alio quodam MS. Tractatui *De Conjurationibus* praefixum reperitur. De omnibus hisce, sicut et de illis plerisque quos in superioribus memoravimus, nos fusius et plenius in *Diatriba* supra memorata *De Scriptoribus Graecis variis*, Capitibus duobus primis, ex professo disseruimus. Hic

[1]) Hist. Eccles. l. 3. c. 43.

Digitized by Google

eos recensitos volui, ut quot et quinam extiterint illius nominis non nescius sit Lector, et, si quis ex illis cum Chronographo nostro idem esse videatur, ei proprio suo judicio uti liceat, modo et mihi liceat uti meo. Nihil opus est ut hisce subjiciam, a *Diacono Liberato*[1]) memorari Episcopum quendam *Alexandriae*, cujus nomen sit nostri Scriptoris quam simillimum, *Joannem cognomento Mela*; quem dicit fuisse *Dioscoritam*, hoc est *Diacrinomenum* sive Synodi *Chalcedonensis* adversarium. Eundem eum fuisse cum Nostro *Jo. Malela* suspicabitur nemo paulo eruditior. Floruit enim ante tempora Justiniani, et, ut autor est ipse *Liberatus*, secundus erat in Antistitum *Alexandrinorum* successione a *Petro Mongo*, Athanasii Haeretici successor, et alterius *Joannis Machiotae* (sive *Niciotae*) cognominati decessor. Incoepit, juxta *Chronicon Orientale*, Ecclesiae Alexandrinae praesidere A. D. 488. et Sedem tenuit per annos 8. et quod excurrit. *Kircherus* in *Catalogo Patriarcharum Alexandrinorum* refert illius initium ad annum Christi 506. Ad quem annum ponitur a *Baronio* non initium ejus, sed exitus.

XIV. De Chronographo nostro (benigne Lector) quis fuit et qualis, vel potius sane quis et qualis non fuit, inquisivimus hactenus. Jam postulat ratio nostri instituti, ut ad alia progrediamur, et qualis sit Scriptor, deque ejus aetate, temporeque quo scripsit, ineamus disquisitionem. Floruisse eum sub imperio *Justiniani* ejus nominis Primi, quod anno D. 527°. incoeptum est, et 565° terminatum, inter illos eruditos Viros, qui Chronici ejus exemplar MS. pervolverint, inolevit hucusque sententia. Sic statuunt pro certo et indubitato *Chilmeadus* simul Interpres et *Gregorius*; sic quoque Vir summus *Gul. Lloydius*, Antistes *Asaphensis* hodiernus, qui et eum existimat anno Justiniani circiter XXV. scribere desiisse. Hoc edocti nos sumus a Clariss. *Antonio Pagi in Annales Card. Baronii*[2]): in quo Opere eximio de Chronographo nostro ex Patris praedicti Literis ad se missis mentionem faciens Vir ille eruditissimus; *Vixit*, inquit, *sub Magno Justiniano et videtur anno ejus* XXV. *aut circiter scribere*

---

[1]) Breviario cap. 18.
[2]) ad an. D. 107.

Digitized by Google

desiisse. Ita clarissimus Gul. Lloydius, Episcopus Asaphensis, e secta Protestantium, vir solidissimi Criterii. In egregio perutilique Opere, de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, quo Orbem sibi Literarium obstrinxit Vir eruditissimus *Gul. Cavaeus* nostras, ad aetatem Justiniano sequiorem demittitur, ita tamen ut eo imperante in vivis esse potuerit, et ad annum Christi 601. conjicitur.

XV. Cum ait celeberrimus *Pagius* certiorem se factum ab Episcopo *Asaphensi*, Chronographum nostrum *anno Justiniani* XXV. *aut circiter scribere desiisse*, eum non possum non suspicari duobus in rebus memoria fuisse lapsum: nam 1°, mihi facile persuadeo scripsisse doctissimum Praesulem de anno Justiniani, non XXV°. sed XXXV°. Usque enim ad annum illius Imperatoris XXV^m^. Chronographiam nostram, prout jam in MS. habetur, perduci, tam certum est quam quod certissimum: et desinit quidem in anno illius imperii vel XXXVIII°. vel saltem XXXVII°. Subest quoque suspicio hoc tantum Eum sibi voluisse, in isto circiter anno *desinere* nostrum Exemplar, non illo anno Autorem *scribere* desiisse: nam unde id colligi potuerit, nihil uspiam, vel leve, occurrit, cum in *fine* Exemplar esse *mutilatum*, vel luce ipsa clarius appareat. Habetur Exemplar inter Codd. *Baroccianos*, Membrana, et manu antiqua annorum (ut fas est conjicere) plusquam 600, exaratum. Ex Voluminis MS. crassitie, colligendum facile videtur non multas Schedas in calce desiderari, et vix id deductum fuisse ultra mortem *Justiniani:* sed ad hoc Volumen non aliud olim pertinuisse, vel ipsum olim non fuisse in duo divisum, unde liqueat? Certe constat opus totum multa olim passum fuisse, et *Schedas* omnes aliquando jacuisse per injuriam temporis a se invicem solutas. Hoc indicat praesens Voluminis conditio, *Schedis* variis in locis a posteriore Bibliopego miserrime transpositis. Utcunque de hisce res habeat: quod intra annos a *Domini* nostri Nativitate 900. scripsit noster *Chronographus*, extra omnem dubitandi aleam ponitur, cum extarent ex Opere illius excerpta, inter Collectanea *Constantini Porphyrog.* Imp. qui natus est anno 905°. et anno circiter 959°. denatus: et non scripsisse sub ipso *Justiniani* imperio, sed postquam ille diem suum supremum obiisset, hoc est post annum 565. eodem certitudinis gradu nobis elucescit, id aperte indicantibus

Digitized by Google

verbis illis quae de *Justiniano* in initio libri 18. leguntur: *Εβασίλευσεν ὁ θειότατος Ιουστινιανὸς ἔτη λή, καὶ μῆνας ζ', καὶ ἡμέρας ιγ'. Imperium tenuit Divinissimus Justinianus annos* XXXVIII. *menses* VII. *et dies* XIII. Hoc solum in controversiam potest vocari, an sub *Justiniano* floruerit, et paulo post ejus aetatem *Chronographiam* suam condiderit? Sunt quidem, quae facile cuivis non satis attento possint persuadere, eum paulo post *Justinianum* suum Opus concinnasse; sed et alia sunt multa a nobis observata, quae suspicionem non immerito creant eum seculo isto fuisse recentiorem: Quin et sunt quae subindicent eum ad tempora longe sequiora esse detrudendum. Ut de ejus aetate veritatem possit indagare Lector, deque ejus autoritate judicium facere, nos quicquid occurrit notarum et indiciorum aetatis, ob oculos hic congeremus, ac in trutina simul collocabimus. Et primum quidem ea, quae contra illius vetustatem tantam videantur facere, afferamus et in lance ponamus; deinde quae illam videantur astruere, ex adverso ponderemus; et si quid admittant haec responsionis, prout aequos rerum aestimatores decet, videamus.

XVI. Quod Autor noster sub *Justiniano Seniore*, non solum non scripserit, sed et neque in vita extiterit, in primo loco, argumenti firmissimi vigorem id habere videtur, quod de Urbis suae *Antiochiae* nomine sub *Justiniano* in *Theopolim* mutato, et de populi tunc temporis Acclamationibus, verba faciens [1]), de illorum Acclamationibus non loquitur ipse ex sua scientia et memoria, sed ad publica ipsius Civitatis *Registra* provocat. *Ομοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς Χαρτίοις εὑρέθη τῶν τὰ ἄκτα γραφόντων τῆς αὐτῆς πόλεως, ὅτι ἔκραζον κληδόνα διδόντες εἰς τὸ μετακληθῆναι τὴν αὐτὴν πόλιν. Ad novum vero hoc nomen, in Chartis eorum qui Acta publica hujus Civitatis conscripsere, inventum est, quod bene eidem ominantes acclamarunt Incolae.* Sane si ipsius memoria contigissent istae Acclamationes, quamvis forsan memorare potuisset in *Registra* Civitatis publica fuisse relatas, illa tamen de eis hoc modo et forma non allegasset. Si vel ipse, vel sui Aequales istiusmodi Acclamationes suis propriis auribus per-

[1]) Parte 2. p. 179.

Digitized by Google

cepissent, an *fuisse Acclamationes* Acta Publica citasset? Si quaenam voces fuerunt acclamatae, et quoties fuisset acclamatum, enarrasset, non fuisset mirandum eum *Acta Publica* [1]) de illis appellasse. At simpliciter *fuisse a bene ominantibus acclamatum*, si vel ipse, vel sui Coaetanei, audissent, qui potuit *Registra* citare?

XVII. Argumentum 2^m^. exinde peto, quod de rebus gestis sub imperio *Justiniani*, tot et tanti errores in illius *Chronographia* committantur, ut omnino repugnet eum illis vixisse temporibus. Ut, multis praeteritis, nonnullos hic loci, qui nobis sint majoris momenti, in medium producamus: Bellum illud quo Regi *Lazorum* contra *Persas* per Ducem *Irenaeum* etc. suppetiae latae sunt, Is refert ad imperium Justiniani [2]), et ad ejus Consulatum 2^m^. Indictionemque 6^m^. quae in annum illius imperii 2^m^. incurrit; quod tamen non gestum fuisse ab Imp. *Justiniano*, sed ab ejus Decessore *Justino*, ex *Procopio Caesariensi* [3]), ejusdem aevi probatissimo Scriptore, colligere licet. *Edictum* Justiniani de *Episcopis*, *Orphanotrophis*, *Oeconomis*, et *Xenodochiariis*, *ne nisi de iis quae ante munus susceptum habuerint bonis*, *Testamentum emitterent*, conjicit Is ad annum Justiniani 2^m^ [4]). errore non minus quam annorum 13. Designatur enim *Novella* Justiniani CXXXI^a^ [5]). quae emissa est XV. *Kal. Aprilis Basilio Cos.* [6]) ut ex ejus extremo conspicitur, id est anno illius impe-

---

[1]) De Populi Acclamationibus in Acta Publica referendis, adi Casaubonum in *Vulcatii Gallicani* Avidium Cassium p. 466. etc. et Gretserum lib. 3. Observ. in Codinum de Officiis Urbis CP. c. 6. p. 215. ad 218.

[2]) p. 153.

[3]) De bello Pers. l. 1. c. 12.

[4]) Conferantur p. 159. cum 153, 155, 176, 180.

[5]) Vide Caput illius XIII.

[6]) Apud *Helvicum*, et alios Chronologos, annus iste Consularis qui incurrit in annum Justiniani 2. et 3. seu Indictio 7. Consulatu *Basilii* insignitur: at male. Consul enim solitarius illius anni nominatus est non *Basilius*, sed *Decius*, uti patet ex Fastis *Marcellini Comitis*, *Victoris Tun.* et *Chronici Paschalis* sive *Alexandrini*; atque ita nominatur ab Autore nostro p. 186, 187. et ab ipso Imp. *Justiniano* in *Constitutione de Emend. Codicis.*

Digitized by Google

rii XV^to jam desinente. Ad annum *Justiniani* 2^m.[1]) de Constitutionibus quibusdam *Novellis* ab eo tunc temporis promulgatis mentionem Noster faciens, inter eas recenset Constitutionem *De jure haereditario Liberis Naturalibus concedendo, juxta Legem ab Imp. Anastasio latam;* quae edita quidem est non ante imperii Justiniani annum XIII. Quamvis enim super ista materia habeatur Lex Justiniani in *Codice Tit.* XXVI. L. VIII. ipsius 2° Consulatu, i. e. anno imperii 2° data; vix tamen videtur dubitandum quin a nostro Autore designetur Lex alia de re eadem posterior, amplior, et celebrior, quae in *Authentico* inter *Novellas* numeratur LXXXIX^a, et anno illius Imperii XIII, *Consulatum gerente Apione*, data est; in qua quidem expressa habetur mentio de Lege circa rem eandem ab Imp. *Anastasio* emissa, ut de eo mentionem in Lege a se designata fuisse factam non obscure subindicat *Autor.* Ad eundem annum de *Puellis* ex *Lenonum* turpissima servitute ab Imperatrice *Theodora* liberatis, prohibitisque *Lenociniis*, commemorat[2]); quod tamen dubitaverit nemo, quin statim contigerit ante tempus illud, quo *Lege* ab Imperatore adversus *lenocinia* provisum est: at *data est* Lex illa *Kal. Decemb. Belisario Cos.* Imperatoris anno *nono;* et inter *Novellas* numeratur XIV^a. Ad eundem annum, nempe Justiniani 2^m, et ante Consulatum *Decii*, qui anno illo ad exitum vergente incoepit, refertur a Nostro[3]) *Codicis Justinianaei* Editio, qui editus tamen est ineunte Justiniani anno 3. sub ipso *Decii* Consulatu, VI. *Idus Aprilis;* uti liquet ex *Constitutione* de eo *confirmando.* Ad praedicti *Decii* Consulatum[4]) conjicitur ab eo *Edictum* contra *Aleatores;* quod postea temporis fuisse evulgatum, ex eo licet colligere, quod inscriptum sit (extat illud in *Codice lib.* 3. *tit.* 43.) ad *Joannem* (*Cappadocem*) *Praetorio Praefectum;* nam ad eam dignitatem evectus est *Joannes Cappadox* non ante Consulatum sequentem, quem gessere *Lampadius et Orestes*, vel

---

[1]) Confer p. 169. cum p. 153, 155, 174, 180.

[2]) Confer p. 273. cum sequente, ubi mentio Indictionis 7. et cum caeteris jam cit.

[3]) Conferatur p. 183. cum 153, 155, 176, 180, 186, 187. ubi commemoratur Consulatus *Decii* tanquam initus post *Codicis* Editionem.

[4]) p. 186.

Digitized by Google

praeteritum vel exiturum: suffectus est enim in locum *Juliani*, quem *Praetorio Praefecti* Magistratum administrasse exituro *Lampadii et Orestis* Consulatu, comprobatur ex *Codicis libro* 1. *tit.* 5. *Lege* XIX. quae dirigitur *Juliano P. P. V. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste Coss.* Eidem rei ipse Noster testimonium adhibet, qui postquam locutus fuisset de Legatis Romanorum *sub exitu mensis Septembris* [1]), *Lampadio et Oreste* Coss. ex Perside post pacem sancitam redeuntibus, deque Romanorum et Persarum in bellum iterum ruentium praelio commisso ad fluvium Euphratem *Aprilis die* XIX [2]), addit, tempore circiter eodem [3]) *Julianum Praetorio Praefectum* [4]) *dignitate sua exutum fuisse, et Joannem Cappadocem in locum ejus suffectum.* De Antiochia a Rege Persarum Chosroe expugnata mense *Junio Indict.* 3. hoc est anno Justiniani 14° verba faciens, subnectit, *eodem tempore* [5]) *Belisarium contra Gothos emissum fuisse etc.* quod contigit tamen ante captam a Chosroe Antiochiam plus annis 4. *solidis.* Incoeptum est enim a *Belisario* Bellum *Gothicum* circa annum Justiniani *nonum* absolutum sive *decimum* inchoatum, ut annus illius 14*tus* et *Indictio* praedicta *tertia* cum anno istius belli *quinto* connectantur: id quod videre est in *Procopii* Historia de bello isto concinnata. Circa quidem id tempus ex Italia reversus est *Belisarius* cum *Vitige* Rege Gothorum captivo facto, cujus rei ibidem Chronographus noster meminit: atque hoc videtur erroris ansam ei praebuisse; putavit enim, ut videtur, intra pauços menses et incoeptum fuisse bellum et *Vitigem* Constantinopolim adductum. Hisce omnibus erratis adde, quod *Cometa* insignis, qui *Procopio* teste [6]), anno Justiniani XIII. apparuit, ad annum illius IV, Consulatum sc. *Lampadii et Orestis*, a no-

---

[1]) Conferatur p. 190 cum 188.

[2]) p. 202.

[3]) *Praetorio Praefectum* fuisse *Joannem* illum anno post Consulatum Lampadii et Orestis liquet ex *Cod.* l. 1. *Lege* XXI. quae dirigitur *Joanni P. P.* et data est *V. Kal. Aug. post Consulatum Lampadii et Orestis.*

[4]) p. 205.

[5]) p. 222.

[6]) Conferatur Capitis 3. libri 1. de bello Persico finis cum initio capitum 2. seqq.

Digitized by Google

stro prodatur [1]): quo nec se nec suos Aequales *Cometam* istum vidisse liquidissimo demonstrat. Accedit quod *Nycteparchi* potestatem abrogatam et pro eo *Praetorem* creatum ad *Joannis Cappadocis Consulatum* (i. e. ad annum Imperatoris 12.) conjiciat [2]); quod tamen *triennio* ante, nempe *Cos. Belisario*, factum est, ut apparet ex *Novella* XIII. Quibus adjicienda est fabula ista, quam de Rege *Axumitarum* memoriae tradit [3]), eum tempore Justiniani contra Regem *Homeritarum* in bellum profecturum. quia Negotiatores *Christianos* in Auxumitarum regiones transeuntes bonis omnibus et vita is spoliaverat, vovisse, si *Homeritensem* bello superavit *Christianum se futurum;* (*Pro Christianis enim, inquit, adversus eum arma sumo*;) et parta victoria Legatos ad Justinianum misisse, *ut Episcopus sibi Clericique darentur, a quibus Christianae Religionis rudimentis et Mysteriis imbutus, sacro Baptismatis lavacro intingeretur.* Hoc totum a vero longissime abhorrere testatissimum fit ex *Procopio:* nam autor est ille, Regem *Axumitensem*, etiam ante id bellum Religionis *Christianae* fuisse cultorem, idque quidem quam ferventissimum; *Χριστιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆσδε ὡς μάλιστα ἐπιμελούμενος.* Et ut constat esse alienum ab omni veritate, ita si quis penitius ad illud attendat, rationem et modum fabulandi apud recentiores Scriptores Graeculos usitatum, resipere patebit. Committere non possum, quin hic subjungam, quod in vita *Justini Thracis*, Justiniani Decessoris, annis paucis ante hujus initium de *Euphrasio* suae Civitatis Patriarcha, scriptum reliquit; suffectum eum in locum defuncti *Pauli*, *Orthodoxos*, *quos vocant, graviter persecutum fuisse, plurimis eorum etiam neci traditis.* Quale hoc erroris portentum! quam absurdum, et *ἀσύστατον*! quam absurdum est, *Euphrasium Orthodoxum Orthodoxos* neci tradidisse! quam absurdum est eum, qui idcirco quod fuerit *Orthodoxus* ad Thronum illum promotus erat, sub *Orthodoxo* Imperatore *Orthodoxos* fuisse persecutum! Quis nescit *Haereticos* istos quos Imp. *Anastasius* ad Sedium Episcopalium

---

[1]) Confer. p. 190. cum 188.

[2]) p. 221.

[3]) p. 164.

Digitized by Google

honorem evexerat, a *Justino* fuisse dejectos et deturbatos? Et quis non cognoscit sub eo solos floruisse *Orthodoxos?* Sane talis et tantus error hic esse videtur, ut a nostro Autore de sua Civitate nullo modo potuisset committi, si vel ipse tunc temporis vixisset, vel cum aliis ullis, qui vixerant illa aetate, fuisset versatus. Neque alia quidem de causa id scriptum fuisse videtur, quam quod Narrationem ex Autore aliquo *Eutychiano* exscripserit; qui Autor, cum ipse esset *Eutychianus*, per *Orthodoxos* designarit, non illos qui revera fuerunt *Orthodoxi*, sed qui tales sunt habiti apud *Eutychianos*; hos namque ab *Euphrasio* persecutionem fuisse passos, ad verisimilitudinem quam proxime accedit.

XVIII. Quod in caeteris istis locis tam insigniter a vero deflexerit noster Chronographus, id in causa fuisse videtur, partim quod Scriptores malos atque recentiores sit secutus, partim quod ipse negligentius et incuriosius transcripserit, partim denique quod conjecturis suis et hariolationibus in temporibus rerum et gestorum statuendis usus sit. Secutum eum fuisse Autores alios non minus in rebus sub imperio *Justiniani* gestis enarrandis quam in gestis aliorum celebrandis, ut conficitur ex erroribus notatis, sic et aliis luculentis indiciis redditur confirmatum. Unde aliter factum est, quod a Mensibus unius anni, ad menses alius absque ulla annorum diversitatis significatione transgrediatur, nisi quod ex aliis Historicis suas Narrationes transcribens, intermedia quaedam, quae non fuerunt omittenda, oscitanter omiserit? Sic post mentionem *Septembris Mensis* [1]) (sub Lampadii et Orestis consulatu) ad *Aprilem* [2]) (sequentem) aliumque *Septembrem* progreditur [3]) sine ulla diversi anni mentione. Unde aliter contigit quod in alio loco [4]) res gestas *Septembris* mensis ante gesta *Augusti* ejusdem anni in literas retulerit, et mensem *Septembrem* ante *Augustum* ponat; unde, inquam, hoc potuit contingere, nisi quod ex Autoribus diversis dum sua desumebat, primo verba illius posuerit qui *Septembris* mensis gesta celebrarat, et postea verba alterius, qui de actis mensis *Augusti*

[1]) p. 190
[2]) p. 202.
[3]) Lege p. 188. ad 221.
[4]) p. 230. ad annum Justinniai 26.

Digitized by Google

scripserat? Unde fieri potuit, quod inepte de re eadem mentionem bis faciat, nisi quod ex Autoribus variis excripserit, et de re eadem diversorum expresserit verba? Sic profecto de *Codicis Justinianaei* compilatione eadem [1]), in uno loco [2]): *Idem Imp. leges, et Novellas etiam ipse edidit, quae in urbes emisit.* Et rursus [3]): *Eodem tempore Leges omnes veteres in Codicem unum coactae sunt, et alias ipse de suo edidit, et per singulas urbes emisit.* Sic etiam eandem fabulam [4]), quam ante posuerat in libris praecedentibus, de urbe *Palmyra* a *fato* Goliathi nominata, repetit. Taceo hinc factum quod eundem montem, quem *Garizi* antea nominarat [5]), hic in Vita Justiniani nominaret *Argarizin* [6]).

XIX. Utut sit de aliquibus notatorum locorum: id tamen pro quo contendimus ex aliis redditur manifestissimum; et ex dictis videtur satis demonstrari, non aevi illius, quo floruit *Justinianus*, fuisse Scriptorem nostrum. Quibus omnibus demum addatur, res quasdam illius aetatis ab eo silentio penitus praeteriri, ut *Concilium V. Generale* [7]), et *Belisarii* Expeditionem quandem perinsignem adversus Chosroem Persarum Regem in Oriente post captam *Antiochiam* saevientem; quae nullo pacto videtur omissurus, si illis temporibus ipse floruisset.

XX. Neque silentio hic praetereundum, quod quamvis de Patria sua *Antiochia*, dum res describit *Justini* et *Justiniani*, non pauca memoriae tradit, nihil tamen, ne γοῦ, vel de *se* vel de sua *Familia*, quo eum tunc temporis vixisse innatur, com-

---

[1]) Fuit duplex *Codicis* Editio, sed de una et eadem bis loquitur *Malela.*

[2]) p. 168.

[3]) p. 188.

[4]) p. 152.

[5]) p. 93.

[6]) Quomodo etiam ab aliis nuncupatur, ab הר *mons* et *Garisin.*

[7]) Ne quis suspicetur potuisse *Malelam* in illis quae desiderantur, de istis scribere; desinit Chronographia nostra prout eam nunc habemus in anno Justin. 37. et celebratum est *Concilium V. Gen.* anno illius 27. *Indictione* 1. de qua p. 231. et contigit dicta *Belisarii* expeditio circa annum Justiniani 14. illis circiter temporibus quae tractantur p. 222, 223. De illa multa habet *Procopius* de Bel. Pers. l. 2. c. 14, ad 21. pag. 122. ad 141.

Digitized by Google

paret. Dum describit tremendum illum terraemotum qui annis circiter 2. ante *Justiniani* initium contingebat, quo (ut dicit) *Antiochia desolatio facta est, cui nulla superfuit domus praeterquam quae ad montem fuerunt*, et quo *periere* CCL. *circiter mortalium millia*; dum alium describit terrae motum qui *Justiniani* anno 2. accidebat, quo (ut ait) *interiere animarum* v. *millia, et illi qui supererant, in alias urbes sese receperunt*; haec (inquam) describens, ut nihil de *seipso*, sic neque de *suis*, vel verbum unum habet. Cum admodum tamen videatur probabile, eum aliquid de *se suisve* mentionis in ejusmodi locis fuisse injecturum.

XXI. Haud me latet, *Edmundum Chilmeadum* in *Latina Versione* sic loca nonnulla interpretari quasi Malela se vixisse sub imperio *Justiniani* innuerit. De Legatione ab Imp. *Justiniano* ad Indorum *Axumitarum* Regem, ad annum *Justiniani* 4^m. vel 5^m. [1]) sermonem habens *Malela*, describit habitum, quo indutus est Rex *Axumitarum* cum Legatus reciperetur, ex ipsius *Legati* narratione: *ὡς δὲ ἐξηγήσατο ὁ αὐτὸς πρεσβευτὴς, ὅτι ἐδέξατο αὐτὸν ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς, ὑφηγήσατο τὸ σχῆμα τῆς βασιλικῆς τῶν Ἰνδῶν κατασκάσεως, ὅτι γυμνὸς ὑπῆρχε.* etc. Quae sic in sua *Versione* reddidit *Chilmeadus*; *Habitus autem Regis Indici pompaque solennis, quibus Legatum Romanum* (uti ex ipsius ore didicimus) *excepit, erant hujusmodi. Nudus erat etc.* At gravissime laborat haec *Chilmeadiana* interpretatio. Nihil aliud enim sibi voluit *Chronographus*, quam quod ista ex *ipsius Legati relatu* addidicerit. Illius verba nihil aliud sonant: et quod non ex *colloquio* cum *Legato*, sed ex *scripta* narratione, quae tradit acceperit, ex verbis paulo post sequentibus demonstratum habemus. Post narratum enim quo modo Rex Indorum ornatus et stipatus fuerit, procedit *Chronographus* ad explicandum receptionis Legati modum, his verbis: *Καὶ εἰσενεχθεὶς ὁ πρεσβευτὴς Ρωμαίων, κλίνας τὸ γόνυ προσεκύνησε· καὶ ἐκέλευσε*

[1]) Post mensem *Septembrem* Consulatus *Lampadii et Orestis*. Conferantur p. 188. cum 190. et 194. Mentio fit postea de mense *Aprili* p. 202. et iterum de alio *Septembri* quo obiit Coades Rex Persarum p. 212. postea de Indictione 10. quae incurrit in annum Justiniani 6. p. 213.

Digitized by Google

ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν ἀναστῆναί με καὶ ἀναχθῆναι πρὸς αὐτὸν etc. *Introductus autem Legatus Romanus, in genua procidens, Regem veneratus est. Sed* me *surgere jussit et propius accedere.* Dum scribit ex *Libro* Legati *Malela*, Pronomen, *Me*, quod, de *sese* sermonem habens, Legatus posuerat, oscitanter (pro more) retinet. Sed quid in re tam aperta prolixi sumus? Fuit ipse *Nonnosus* Abrami F. qui praedictam obiit Legationem, neque *Malela noster* aliunde sua hausit quam ex ejus *Historia suarum Legationum*. De qua vide *Photium* in *Bibliotheca Cod.* 3. In alio loco [1]), in vita *Justini* Decessoris *Justiniani*, de exundatione Scirti fluminis, qua urbs *Edessa* cum domibus et incolis absorpta est, facta narratione, subjuncta sunt haec verba. *Ἔλεγον δὲ οἱ περισωθέντες, καὶ οἰκοῦντες τὴν αὐτὴν πόλιν, ὅτι καὶ* etc. Quae perperam sic interpretatur Chilmeadus: *dixerunt autem qui superstites* adhuc *urbem incoluerunt* etc.

XXII. Ut ex hisce, quae hactenus discussa sunt, satis evidens et liquidum videtur, sub Imperio Justiniani non vixisse nostrum *Chronographum*; ita sunt inter ea, quae si quis attentius expendat et consideret, haud sibi persuadere poterit; quin inter Scriptores multo recentiores sit accensendus. Hoc evincere quoque videntur argumenta alia. Ex eo quod *Clementem Chronographum* in testimonium advocat, eum non vixisse ante seculum *octavum*, non sine magna probabilitate videtur conficiendum. Videtur enim iste Clemens Chronographus vixisse non ante *Servatoris* annum 685. Atque hoc colligimus ex *Anonymi* Graeci *Demonstrationibus* (quas inscribunt) *Chronographicis*, seu *Collectaneis de Antiquitatibus Constantinopolitanis*, a quo citatur (ut omnino videtur) de Imp. *Constantino Pogonato*, qui vitam cum morte commutavit anno Christi praedicto, nempe 685°. Scribens [2]) enim ille *Autor Anonymus* de statua quadam in urbe CP. nuncupata *Tauro*, et dicens eam *Theodosii Senioris* fuisse, subdit: *Κλήμης δὲ τὰς ὁμοίας καὶ πολυμόρφους μαρμαρίνας Κωνσταντίνου εἶναι φάσκει, τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίου. Clemens vero similes variaeque formae marmoreas statuas Constantini, Con-*

[1]) p. 142.
[2]) p. 32.

Digitized by Google

stantii F. esse ait. Quibus verbis *Combefisius*, in *Notis*, designari existimat *Constantinum Pogonatum*, *Constantis* (ut vulgo solet nominari) *Filium:* atque ita mehercule appellatum eum ab aliis nos observavimus. *Constantinus Porphyrogennetus* De *Administr. Imperii* [1]): *Καὶ Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίου τοῦ καὶ Πωγωνάτου καλουμένου. Constantino Constantii F. qui et Pogonatus nominatus est.* Fuit quidem, quod et omnibus notum, *Constantinus* ipse *Magnus* Constantii (Chlori) Filius: verum eum hic loci ne intelligamus hoc omnino obstare videtur, quod nusquam Is alibi a laudato Autore nominetur *Constantinus Constantii F.* quamvis de eo mentionem creberrime faciat, sed semper vel simpliciter *Constantinus*, vel *Constantinus Magnus*, *Κωνσταντῖνος ὁ μέγας.* Atque ita profecto saepius nuncupatur intra paucas post locum citatum lineas; ut alium et diversum fuisse eum ab illo qui vocatur *Constantinus Constantii F.* quam clarissime subinnuatur.

XXIII. Ut ex hoc argumento Scriptorem nostrum ante seculi *Octavi* initium non floruisse videtur comprobari; ita quoque exinde videtur *probabiliter* inferri posse, vel eo tempore fuisse juniorem. Quamvis enim concedatur *Clementem* praedictum exeunte circiter Centuria *septima* monumenta sua literis consignasse: (nam vel illum etiam suspicari licet floruisse post tempus istud) illum tamen citare videtur *Chronographus* noster, non tanquam sui temporis Scriptorem, sed ut antiquiorem. Ut hoc vel exinde videtur conficiendum, ita suppetit nobis argumentum aliud, ex quo, si vix aliquid aliud occurreret, videretur tamen posse demonstrari, eum illo tempore fuisse recentiorem, et non vixisse nisi post initium Centuriae *nonae.* Argumentum hoc duco ex ejus citatione *Theophili Chronographi* sive *Historici.* Claruisse enim *Theophilum Chronographum*, sive *Historicum*, paulo ante seculum *octavum* absolutum, constat ex *Abulpharajii* Historia Arabica *Dynastiarum* [2]), qui docet eum sub *Irene* Imperatricis uxoris *Leonis Porphyrogenneti*, temporibus, anno *Hegirae* 169. hoc est, anno Christianorum 785. e vivis excessisse. Ait eum

[1]) cap. 48. p. 172.
[2]) p. 147, 148.

Digitized by Google

fuisse *Christianum*, *Thomae F. Astrologum Rohensem* (i. e. Edessenum) *Astrologorum Ahmodii Saracenorum Chalifae principem, e secta Maronitarum qui in monte Libano sunt; et Historiam egregiam* condidisse. Sic in alio loco [1]) *Historiam* ejus sive *Chronologiam* de annis ab O. C. ad initium usque *Seleucidarum* Epochae advocat. Hunc eundem fuisse cum *Theophilo* Historico sive Chronographo quem adducit *Chronographus* noster, non est, ut opinor, cur dubitet aliquis, praesertim cum floruerit in eadem circiter terrarum plaga. Et ne quis suspicetur *Theophilum Abulpharajianum* non *Graecum* fuisse Scriptorem, sed *Syriacum* (quod tamen si detur, nihil tamen obstaret quo minus idem esset cum *Maleliano*, cum illius Chronographia *Syriace* scripta, in *Graecum* sermonem traduci potuerit) jam extant in variis *Europae* Bibliothecis *Astrologica* quaedam illius Opera sermone *Graecanico* contexta, id docentibus *Catalogis* (quos vidi) MSS. codicum Bibliothecarum variarum; in quibus celebrari solent *Theophili Astrologica*. Qualia quidem scripsisse praedictum *Theophilum*, ut per se satis evidens videtur, cum *Astrologus* professione, uti tradit *Abulpharajius*, idque summus et clarissimus esset; ita constat autoritate *Abumaschiris* [2]), Scriptoris item Arabici, qui in Libro *de Mysteriis* inedito, inter varios *Graecos Astrologicos* Scriptores, *Alexandrum*, *Stephanum*, *Aristotelem*, et *Hermetem* [3]) annumerat *Theophilum Filium Thomae*. Quid? quod *Theophilum* praedictum Chronographum *Edessenum* Sermonis Graeci peritia polluisse, ex ipso edoceamur *Abulpharajio* [4]): ab eo enim additur eundem istum *Homeri Poetae libros de Excidio urbis Ilii e Lingua Graeca in Syriacam quam elegantissime vertisse*. Sic *Joannes Mansur Damascenus*, quamvis ipse similiter in Aula *Saracenorum Chalifae* inter illius *Consiliarios* floruerit, ea tamen, quae edidit, Opera sermone *Graecanico* adornavit.

XXIV. In proclivi fortasse fuerit suspicari, *Clementem* supradictum *Chronographum* quem citat *Chronographus* noster,

---

[1]) p. 63.
[2]) Apud Hottingerum de Bibliothecis orient. p. 255.
[3]) Suppositicii qui Graecus erat.
[4]) p. 148. et 26.

Digitized by Google

non aliam fuisse a *Clemente Alexandrino*, qui in Libris *Stromatum* in rebus *Historicis* atque *Chronologicis* multus est; atque ita *Theophilum Chronographum*, quem idem solet testem appellare, non alium fuisse quam *Theophilum* Episcopum *Antiochenum*, Librorum trium *ad Autolycum* Scriptorem: in quorum Librorum *ad Autolycum* tertio de rebus *Chronologicis* non pauca literis produntur, et series annorum ab O. C. ad Autoris usque aetatem perpetuo filo deducitur; quin et Liber ille a *Lactantio Firmiano* sub Titulo *Libri de temporibus* (i. e. *Chronologici*) laudatur. Equidem ita eruditissimus *Oxoniensis* Editor dictorum *Librorum ad Autolycum*, *ὁ νῦν ἐν ἁγίοις*, in *Praefatione*, absque ullo rei examine, pro concesso habet, a *Chronographo* nostro designari illum, quotiescunque ex *Theophilo Chronographo* testimonia proferuntur, quia sc. nihil inaudierat de *Theophilo Chronographo* alio. Ut vero diluatur omnis hujusmodi suspicio, hoc unum impraesentiarum monebimus, res istas quas producit ex *Clemente* et *Theophilo Chronographis* Historicus noster, in *Clementis Alex.* et *Theophili Antiocheni* Operibus non omnino reperiri. Hos eosdem Scriptores, *Clementem* et *Theophilum Chronographos*, ab *Hesychio* quodam in *Homilia* sive *Sermone De Nativitate Christi*, in Fragmento quod extat apud *Anastasii Nicaeni* (seu potius *Sinaitae*) *Quaestiones Theologicas* ex *Gentiani Herveti* Latina Interpretatione in *Bibliotheca Patrum* editas, citatos invenimus: at non est cur id contra illa, quae supra posuimus, de illorum *Chronographorum* aetate in argumentum a quoquam trahatur. Nulla enim necessitas postulat, ut *Hesychius* praedictus pro eodem habeatur cum *Hesychio* Patriarcha Hierosolymitano, qui seculo *sexto* exeunte sive *septimo* ineunte floruisse putatur; cum tot in *Ecclesia Graecorum* multo recentiores *Hesychii* claruerint. Imo vix mihi dubium, quin *Joanne* nostro *Malela* recentior sit iste *Hesychius*, et ex illo ipso exscripserit ea quae citatum Fragmentum exhibet. Hoc ut penes sit judicium Lectoris, et quia conducit ad numeros nostri Exemplaris *Malelianos* aliquantulum emendandos, me non pigebit ob oculos hic adducere; *Graecis* insuper adtextis ex *Bibliothecae Bodleianae* MS. [1]) Codice, quae nondum [2]) lucem aspexere.

---

[1]) Membranaceo in folio inter Codd. Baroc. num. 206. p. ριδ'.

Digitized by Google

Ησυχίου ἐκ τοῦ εἰς τὴν [3]) Χριστοῦ γέννησιν.

Ἐν γὰρ τῷ μβ' ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου, μηνὶ Δεκεμβρίῳ κέ, ἡμέρᾳ ς', ὥρᾳ ἑβδόμῃ [5]) τῆς ἡμέρας, ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ἔτους κατὰ Ἀντιοχεῖς ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ,ς [6]). συνάγεται γὰρ ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως Φαλὲκ υἱοῦ Ἑβερ, ἔτη ,γ. καὶ ἀπὸ Φαλὲκ ἕως μβ'. ἔτους τῆς βασιλείας Αὐγούστου ἔτη ,αξζ' [8]). καὶ λοιπὸν συνανεστράφη ὁ σωτὴρ τοῖς ἀνθρώποις ἔτη λγ'. ὡς γίνεσθαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἔτη ,ς πλήρη. ὁ γὰρ Φαλὲκ κατὰ τὴν προφητείαν Μωσέως, τὸ ἥμισυ λέγεται τοῦ χρό-

Ex Hesychio in Christi Natalem.

Nam in 42. [4]) anno Imperii Augusti, mensis Decembris 25. die 6. hora 7. diei, natus est Dominus noster Jesus Christus secundum carnem, ex Maria virgine; anno secundum Antiochenos a creatione mundi usque ad Natalem Christi et crucifixionem 6000. colliguntur enim ab Adam usque ad Phalec filium Heber anni 3000. et a Phalec usque ad 42. [7]) annum regni Augusti, anni 1067. et deinde conversatus est Servator cum hominibus annos 33. adeo ut sint ab Adam usque ad Natalem Christi anni 6000 pleni. Phalec enim ex Prophetia Mosis dicitur dimidium temporis Christi

[3]) Haec postquam chartis illeveramus, mihi venit ad manus *Paschalis* sive *Alexandrini Chronici* Editio *Dufresniana* in Gallia nuperrime adornata, in cujus Appendice quam subtexuit *Dufresnius*, reperitur Graece hoc ipsum *Hesychii* fragmentum ex Codice Regis Galliarum, qui eosdem omnes Tractatus cum nostro Oxoniensi complectitur. Non viderat *Dufresnius* Latinam editionem Fragmenti *Hervetianam*, sed existimavit se prorsus ignotum edidisse.

[3]) *Χριστοῦ*] Agnoscitur quoque ab Hervetiana edit. sed in Dufresn. deest.

[4]) Sic quoque Dufresn. Sed Hervet. 22.

[5]) Sic Dufresn. Hervet. *Decembris 25. die Sexto, hora tertia.*

[6]) ,ς. 6000] Sic infra saepius; concinente ubique *Dufresniana*. Hervetiana hic et ubique habet 5000.

[7]) Hervet. hic loci 32. ut *supra* 22.

[8]) ,αξζ'. 1067.] Sic quoque Hervet. sed apud Dufresn. ,ϡξζ'. 5967. Scribe ,βϡξζ'. 2967.

Digitized by Google

του τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας. ὥσπερ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τῇ ϛ΄ ἡμέρᾳ πλάσας ὁ θεὸς καὶ ἐξ αὐτῆς ὑπέπεσεν τῇ ἁμαρτίᾳ, οὕτως καὶ τῇ ϛ΄ [1]) ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος, ἐπὶ τῆς γῆς ἦλθεν καὶ ἔσωσεν αὐτόν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ ἡ θεία γραφὴ λέγουσα· ἡμέρα κυρίου ὡς χίλια ἔτη. ἅτινα καὶ Κλήμης, καὶ Θεόφιλος, καὶ Τιμόθεος, οἱ θεοφιλέστατοι χρονογράφοι ἐξέθεντο, ὁμοφωνήσαντες ὅτι τῇ ϛ΄ [2]) χιλιάδι τῶν ἐνιαυτῶν ἐφάνη ὁ κύριος κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν [3]) ϛ΄ ἡμερῶν τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδάμ, ῥυσάμενος τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. ἕτεροι δέ φασιν, τῷ ͵εφ΄ ἔτει ἦλθεν ὁ κύριος. ἀλλ' οὐ πολλοὶ συμφωνοῦσιν εἰς τοῦτο. ἐν δὲ τῷ ͵ϛ ἔτει πάντες οἱ ἀκριβεῖς συγγραφεῖς συμφωνοῦσιν [4]) φανῆναι τὸν κύριον. εἰ γὰρ καὶ διαφωνοῦσιν περὶ τούτου τινὲς, ἀλλ' ἡ προφητικὴ φωνὴ ἀληθεύει, μᾶλλον διδάσκουσα εἰς τὸ ͵ϛ ἔτους φανῆναι τὸν κύριον.

apparitionis. Quomodo enim cum hominem sexto die finxisset Deus, is deinceps cecidit in peccatum; ita etiam sexto die millenario venit in terram et servavit eum. Hoc enim ostendit etiam divina Scriptura dicens; *Dies Domini sicut mille anni.* Quae quidem et Clemens et Theophilus, et Timotheus Dei amantissimi Chronographi exposuerunt, consentientes quod in sexto millenario annorum apparuit Dominus, convenienter numero 6. dierum formationis Adam, et servavit genus hominum. Alii autem dicunt venisse Dominum anno 5500. Sed non multi in hoc conveniunt. In 6000. autem anno omnes accurati Scriptores conveniunt apparuisse Christum. Nam etsi de eo nonnulli dissentiunt, vox tamen Prophetica est vera, quae magis docet apparuisse Dominum anno 6000.

Haec si quis committat cum illis quae habet *Jo. Malela* in initio Libri 10^mi, nihil prius mehercule ei comparebit, nihil ma-

---

[1]) *Καὶ τῇ ϛ΄. ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος*] Sic quoque *Dufresn.* at Hervet. *quinto die millenario.*

[2]) *τῇ ϛ΄. χιλιάδι*] Sic etiam Dufresn. Hervet. *in quinto millenario.*

[3]) *Τῶν ϛ΄. ἡμερῶν*] Apud Dufresn. quoque leguntur sed in Hervet. desiderantur, quae habet: *convenienter numero formationis Adam.*

[4]) *συμφωνοῦσιν φανῆναι* etc.] Sic quoque *Hervet.* apud *Dufresn* corrupte: *συμφωνοῦσιν περὶ τούτου τινὲς, ἀλλ' ἡ προφητικὴ φωνὴ ἀληθεύει μᾶλλον διδάσκουσα* etc.

Digitized by Google

nifestius, quam quod *Malelae* sint ipsissima verba in compendium redacta. Si placeat alicui, ex eodem Chronographo scripsisse cum *Jo. Malelam*, tum *Hesychium* illum, quicunque is sit, eum verba Autoris ipsissima, hunc stylo contractiori; fruatur is, velim, judicio suo: nobis potius arridet sententia prior, quippe hunc *Hesychium* non fuisse Scriptorem recentem, i. e. non vixisse post seculum *nonum*, nihil uspiam librorum occurrit quod clarum faciat. Quod in *Anastasii Quaestionibus Theologicis* Fragmentum supra descriptum reperiatur, ne aliquem id in errorem inducat. Non enim ab ipso *Anastasio* in Opus suum *Quaestionum Theologicarum* translatum fuit illud Fragmentum, sed in Additamentis seu Appendice habetur; ut multa sunt alia ex Scriptoribus recentioribus *Quaestionibus Anastasianis* cum adjecta, tum inserta. Consule nostram *Diatribam de Scriptoribus Graecis variis:* ubi de praedictis *Anastasii Quaestionibus* fusissime tractatum est, et *Quaestiones* duntaxat 24. priores revera fuisse *Anastasii*, caeteras omnes esse adjectitias; et in ipsis prioribus 24. permulta esse interpolata, ex Codd. MSS. luculenter est demonstratum. Vide etiam ibidem de *Hesychio* praedicto, in Capite de *Hesychiis Variis;* necnon de *Clemente* et *Theophilo* supradictis, in Capitibus de variis *Clementibus* et *Theophilis*; ubi fusius et plenius de illis disseruimus.

XXV. Argumentis hisce de aetate Scriptoris nostri, ex eo videtur accedere confirmatio, quod quotiescunque *Chronologiam Eusebii Caesariensis* adducit, non verum citat sive genuinum *Eusebii* Chronicon, sed Chronicon quoddam *suppositititium*, sub *Eusebii* nomine circumferri solitum. Quod tale fuit apud Graecos recentiores *Chronicon* quod falso *Eusebii* Nomen prae se ferebat, quamvis id a nullo virorum eruditorum sit hactenus observatum, et quod illud, quo usus est noster *Chronographus*, non fuit genuinum *Eusebii* Opus, Nos in Libro citato, in Capite de *Eusebiis* variis, ostendimus.

XXVI. Neque prorsus videtur contemnendum, quod in Actis *Concilii Nicaeni secundi* anno Christi 778. celebrati, ubi e libris cujusvis generis summo opere conquiruntur ab Episcopis *Iconolatris* quaecunque pro cultu suo censerentur facere, et Scriptorum plurimorum sententiae et traditiones de *Imaginibus* congeruntur; quod, inquam, in illius *Concilii* Actis, ubi tot

Digitized by Google

de *Imaginibus* Scriptores allegantur, de Autore nostro [1]), qui in medium producit insignem Narrationem, et ipsum (si fides) Faeminae *Haemorrhoïsae* ad Herodem Regem de Statua *Christo* in urbe *Paneade* ponenda *Libellum* supplicem, silentium altissimum agatur, idque quamvis de Statua ista *Paneadica* proferantur ex Scriptoribus aliis Narratiunculae minoris longe momenti.

XXVII. Conjecturam denique nostram de aetate *Jo. Malelae*, eum seculo *nono* scripsisse, vel aevo saltem *Justiniani* multo recentiorem fuisse, egregie confirmare videtur ipsum Hominis Ingenium et conditio. Quis enim Historicum tam nugacem, tam expertem judicio, sibi ipsi tam inconstantem, qui partibus Chronographiae suae plerisque omnibus quae Christum praecedunt, et in aliis multis eum subsequentibus, nihil aliud est fere, quam, quod appellat *Cedrenum* Scaliger, *quisquiliarum stabulum*: quis talem, inquam, tamque ineptum *Chronographum* eruditioribus illis *Justiniani*, aut *Justini junioris*, temporibus; *Procopii Caesariensis* et *Agathiae*, probatissimorum Historicorum, temporibus, condignum censeat? Profecto si liceat ex ingenio Hominis et eruditione conjecturam et judicium facere; seculo isto *nono*, miserrimo omnium et tenebricosissimo, perdignus Scriptor erit pronunciandus. Adjiciatur insuper istius *Stylus* et ipsum loquendi genus, quod ab omni sane elegantia nusquam non abhorret; quodque locis quamplurimis plane *barbarum* esse illi fatebuntur qui eum perlegerint; indignum proculdubio aetate politiore *Justiniani*, praedicto *nono* seculo dignissimum. Neque hoc mehercule affirmo, meopte solo judicio imixus. Sed accedit suffragium Viri longe eruditissimi *D. Edvardi Bernardi*: quem memini mihi dixisse plus abhinc *decennio*, quum ex occasione de *Malela* nostro, tunc mihi prorsus ignoto, injectus esset inter confabulandum sermo, (nam ad *balbutientem* nostram Eruditionem se demittere tunc temporis non recusavit Vir summi Candoris et Humanitatis, sed, *Socratis sapientis* ad instar, cum *Puero* nonnunquam ludere gavisus est) *mirari* se si *seculum Justiniani* tanta linguae barbarie ab antiquis degenerarit.

---

[1]) De Orat. 3. Pro Imaginibus *Jo. Damasceno* qui paulo ante Concilium istud obiit ascripta, in qua citatur Noster de statua Paneadica, Vide sis quae infra dicuntur.

Digitized by Google

XXVIII. Si cuipiam placeat eundem fuisse cum nostro *Jo. Malela* Jo. illum *Antiochenum*, quem solent citare *Joannes* et *Isaacus Tzetzae*, id ulterius erit confirmationi, sive potius demonstrationi; cum affirmat (ut supra fuit notatum) *Jo. Tzetzes Joannem* illum, quem citat, *Antiochenum* post *Georgium Chronographum* scripsisse. Dixi supra, apud *Jo. Tzetzem* ibi esse intelligendum, vel *Georgium Syncellum Chronographum*, qui paulo ante finem *octavi* seculi e vivis excessit, vel saltem *Georgium Hamartolum*, qui paulo post medium seculi *noni* Chronographiam suam elucubravit. Non ignoro citari ab Anonymo quodam Graeculo Chronographo inedito, Chronographiam *Georgii Pisidis;* neque nescio floruisse *Georgium Pisidem* sub ipso Imp. Heraclio ante medium seculi *septimi:* at vero cum strictius ac accuratius rem perpendo, vix possum sane ego dubitare, quin *Georgium* alium cum *Georgio Pisida* confuderit iste Anonymus: nec videtur praeterea *Jo. Tzetzes Georgium Pisidem* nominaturus simpliciter *Georgium Chronicum.* Nam solet ille cum ab aliis vulgo, tum ab ipso eodem *Tzetze* [1]) in eodem *Chiliadum* Opere, expresso cognomine, appellari *Georgius Pisides*, vel, ut verius dicam, sine ullo Praenomine, simpliciter *Pisides.* At de hisce non sumus in praesentia soliciti; nam (ut jamjam fuit indicatum) nos potius existimamus, a *Joanne* nostro *Malela* diversum fuisse *Joannem* istum *Antiochenum*, qui a Tzetze utroque laudatur.

XXIX. Atque haec sunt illa argumenta varia, quibus nos haud aegre adducti fuimus, ut credamus Autorem nostrum, non solum non vixisse sub *Justiniano*, sed illo fuisse multo sequiorem; et ad seculum potius *nonum* quam *sextum* esse referendum censeamus. Venitur jam ad ista argumenta quae illius antiquitatem videantur astruere: quorum *nodi* si solvi possunt sine *vi* et *sectione*, non aegre in nostram sententiam concessuri sunt illi qui aequa velint veritatis lance res aestimare. Argumentum *primum*, quo probari posse videatur illius Antiquitas, ex eo petendum videatur, quod res sub imperio *Justiniani* gestas fusiori longe Minerva persequatur; et in iis celebrandis, non *annum* so-

[1]) Vide Diatr. de Script. Gr. variis, ubi de *Jo. Antiocheno Monacho Chronographo.*

Digitized by Google

jam, sed et *mensem* et *diem* mensis valde particulatim adhibeat. Arg. secundum ex eo quis arcessierit, quod Impp. *Constantinum*, *Theodosium*, et *Leonem Seniores*, ab illorum Nominum *junioribus* Imperatoribus, per Epitheta τοῦ μεγάλου i. e. *Senioris*, et τοῦ μικροῦ, id est *junioris*, distinguere solitus sit; sed de *Justiniano* ejus Nominis *primo*, τοῦ μεγάλου Epitheton non unquam usurpat: quod eum scripsisse ante *Justinianum juniorem*, qui imperium est auspicatus anno aerae Dominicae 685°, videatur ostendere. Ad haec adjicias, quod (ut semel iterumque jamjam fuit observatum) ex eo nominatim citetur Fragmentum apud Librum *pro Imaginibus* tertium *Jo. Damasceno* tributum; nam vita sua defunctus est *Jo. Damascenus* circa annum D. DCCL. unde astrueretur *Autorem* nostrum, si non scripsisse ante finem seculi *sexti*, ante finem tamen *sequentis* in vivis extitisse. Argumentum *quartum* ex eo conficiatur, quod in locis plerisque verbatim ei cum *Chronico Paschali* sive *Alexandrino* (ut vulgo solet appellari) conveniat, adeo ut ex eo *Chronici* Compilator videatur exscripsisse, demonstrantibus variis indiciis non Nostrum vice versa ex *Chronico* ista hausisse. Sic sane Autorem *Paschalis* ex *Jo. Malela* scripsisse ea, in quibus conveniunt, decreverunt hactenus omnes eruditi, suffragante etiam celeberrimo *Dufresnio* in Notis ad *Paschale*, ubi *Malelae* Narrationem de morte *Juliani Apostatae*, quam legerat excerptam e nostro Codice, cum *Paschalis* Narratione confert. Vulgo autem a Viris eruditis creditur, compilatum sive continuatum fuisse *Paschale* sub imperio *Heraclii*, ante annum D. 630. quod ostenderet *Nostrum* ante annos post mortem Justiniani 40. scripsisse, nempe ante exitum seculi *sexti* vel in ipso *septimi* initio, ad quod refertur a clariss. *Cavaeo*. Non rem ingratam erudito Lectori, nec a nostro instituto alienam, me existimo facturum, si Indicem istarum Narrationum, in quibus, vel totis vel saltem partim, inter *Nostrum* et *Chronicon* praedictum sit ad verbum convenientia, hic subtexam.

XXX. Occurrunt apud nostrum Chronographum quae habentur apud *Chronicon Paschale* juxta editionem in Folio *Dufresnianam*

Digitized by Google

Pag. 38. de Danae et Parseo [1]) a vocibus, *ὁ Πῆχος ὁ καὶ Ζεὺς*, ad p. 41. voces *Βαβυλωνίων χώρας*;

P. 41. de Inacho [2]), Jo, Tauro, Phoenice, Agenore, Hercule Tyrio etc. a vocibus, *ἐν δὲ τοῖς*, ad p. 44. voces, *ὁ σοφώτατος ἐξέθετο*;

P. 45. de Sole [3]) Vulcani F. Sesostre, et Hermete Trism. a vocibus *Μετὰ δὲ τελευτὴν Ἡφαίστου*, ad p. 48. voces *ἐβασίλευσαν Αἰγυπτίων οἱ λοιποί*; [sic cuncta fere a p. 38. ad p. 48. cum *Malelianis* eadem sunt, sed non eodem ordine descripta. Neque dubium videtur quin ista universa de Pici sepulchro, Fauno, et Vulcano, quae habentur p. 44. et 45. [4]) apud Malelam etiam legerentur: id docet initium Malelae mutilatum, quod recte ex Chronico Paschali a *Chilmeado* suppletum est. Dicendum videtur idem de omnibus istis quae habentur de Semo, Saturno, Pico, Zoroastre, Nino etc. p. 36, 37, 38. post voces *Περὶ Ἀστρονομίας*. Quae ad eundem *Malelae secundum* Librum videntur omnino pertinuisse.]

P. 109. ad 114. de urbe Roma [5]), Romulo et Remo, Ludisque Circensibus;

P. 117. de Chlamydibus Romanorum [6]);

P. 191. 192. de Pharo turri [7]), Mole extructa inter insulam *Pharum* et urbem Alexandriam, Antonio contra Cleopatram misso, Sosibio Antiocheno, et Caesaris Augusti Titulis;

P. 246, 247. de Tito Vespasiano [8]) Hierosolymam urbem devastante;

P. 250, 251. de Apollonio Tyaneo [9]), et Asclepio ab Imp. Domitiano perempto, deque Domitiani interitu;

---

[1]) Edit. Rader. p. 90. ad 96. Mal. p. 39. ad 45.
[2]) Edit. Rad. p. 46. ad 102. Mal. p. 30. ad 39.
[3]) Edit. Rad. p. 106. ad 110. Mal. 25. ad 30.
[4]) Edit. Rad. p. 102. 104.
[5]) Edit. Rad. p. 258. ad 268. Mal. p. 216. ad 229.
[6]) Edit. Rad. p. 274. Mal. p. 38, 39.
[7]) Edit. Rad. p. 456, 458. Mal. p. 280, 281. 290, 291.
[8]) Edit. Rad. p. 582. 4. Mal. p. 336. 7.
[9]) Edit. Rad. p. 590. 592. 4. Mal. p. 344. 5. 6.

Digitized by Google

P. 262. de Marci [1]) Imp. Edicto de Liberis intestatis, et ingratis;

P. 263. de Artabano Antiocheno [2]);

P. 265. de Byzantio [3]) condito, et balneo publico Zeuxippo nominato;

P. 275, 276. de S. Gelasino Martyre [4]);

P. 284, 285. de Constantini M. Operibus [5]) in urbe Constantinopoli, de illo primo omnium Impp. insignito Diademate pretiosis ex lapillis facto, de urbis Natali et *Fortuna*, deque Constantinopoli avulsa ab Europae provincia;

P. 297. ad 303. de Martyrio [6]) S. Domitii, Juliani Imp. interitu, ejus morte S. Basilio per somnum revelata, et imperio Joviano tradito, de Legatione ad hunc Persarum Regis, Pace per Arintheum facta, urbe Nisibi Persis dedita, vicoque Nisibeno condito, de Valentiniano in Olymbriam relegato, posteaque Imperatore facto, deque publico contra Salustium Edicto, de Magnatibus injuriarum reis, Rhodano flammis tradito, Imperatrice proscripta, et Valentiniani obitu;

P. 310. ad 313. de Theodosii Imp. [7]) cum Eudocia nuptiis, hujus Fratribus ad honorem promotis, et dignitatibus Paulino concessis;

P. 316. ad 319. de Paulino interfecto [8]), et Eudociae in urbibus Antiochiae Hierosolymaeque gestis, de Attila Hunnorum Rege, Cyro Patricio, terraemotu Constantinopoli, et morte Imp. Theodosii;

P. 321. ad 335. [9]) de morte S. Symeonis Stylitae [10]), Iso-

---

[1]) Mal. p. 369.
[2]) Edit. Rad. p. 614. Mal. p. 381.
[3]) Edit. Rad. p. 620. Mal. p. 384. 5.
[4]) Edit. Rad. p. 642. Mal. p.
[5]) Edit. Rad. 262. 4. 6. Mal. parte 2. p. 5. ad 9.
[6]) Edit. Rad. p. 690. 692. 694. 698. 700. 702. Mal. p. 16. 22. 24. etc. 29. 31. etc.
[7]) Edit. Rad. p. 720. 2. 4. 6. Mal. p. 52. etc.
[8]) Edit. Rad. p. 732. ad 738. Mal. p. 56. etc. ad 72.
[9]) Edit. Rad. p. 742. ad 772.
[10]) Mal. p. 75.

Digitized by Google

casio Philosopho [1]), Diebus Dominicis pro sacris haberi jussis [2]), Aspare et Ardaburio [3]) neci traditis, Arrianisque a Leone [4]) Imp. persecutionem passis, de imbre [5]) Cineris [6]), incendio [7]) Constantinopoli, Zenone in imperii [8]) consortium a Leone [9]) Juniore assumpto, Leonis obitu, Verina Zenonis Socru [10]), deque Basilisco et Marco [11]) Imperatoribus, de Zenonis et Basilisci [12]) bello, Armato, Samaritanis [13]) et Faemina Romana [14]) Juvenalia, et Theodorici morte, de Comite [15]) Mauriano, Pelagio, et tumultu Factionis [16]) Prasinorum, de urbe Doras [17]), Areobindo [18]), Anastasii [19]) Imp. Visione, et Justino ad imperium [20]) evecto, de Amantio [21]) et Andrea e medio sublatis, Apione etc. [22]) ab exilio revocatis, et de Cometa [23]), de Rege Lazorum [24]), Coadis Persarum [25]) Regis ad Justinum Imp. legatione, et Hunnorum Rege [26]) Zilgui sive Zilgibi, de Justiniano [27]) denique in imperii consortium assumpto.

Sic omnes fere historiae et *Narratiunculae*, quae in paginis circiter 80. apud *Paschale*, continentur, in hacce *Chronographia* nostra vel prorsus verbatim, vel pene, reperiuntur.

XXXI. Argumenta haecce, quamvis leviter illa expendenti non exigua probabilitatis specie muniri omnia, et Demonstrationis vigorem obtinere aliqua videantur, ea tamen si propius inspiciamus, et ad examen revocata momento suo ponderemus, non tantum habere valoris videbuntur, ut illis compellamur in receptam opinionem pedibus concedere. Quod enim ad *primum* spectat; quid mirum si vita *Justiniani* resque gestae sub ejus imperio, multo fusius, quam aliorum, memoriae demandentur, cum tantam scribendi materiam praebuerint, et per annos ferme 39. is vitam suam protraxerit, Imperator longaevus et percelebris? et quid mirandum si non solum *annos*, sed et *menses* et *dies*, gestorum plerisque adhibeat? Id scil. fecit, non quia tunc temporis vixit, et illis interfuit, sed quia sic fecerant sui Autores; quemadmodum etiam in illis, quae praecunt, Imperatorum Vitis

---

[1]) Mal. p. 77. [2]) 78. [3]) ib. [4]) 79. [5]) ib. [6]) ib. [7]) ib. [8]) p. 84. [9]) 85. [10]) 87. [11]) 88. [12]) ib. [13]) 93. [14]) 95. [15]) 103. [16]) 108. [17]) 115. [18]) 126. [19]) 127. [20]) 130. [21]) 131. [22]) 132. [23]) ib. [24]) 134. [25]) 136. [26]) 137. [27]) 147. 151.

Digitized by Google

non raro facit. Quod ad *secundum* attinet: ut *Justinianum* a se celebratum nusquam vocat *τὸν μέγαν* sive *seniorem*, sic neque *Justinum* illius Decessorem eo titulo usquam donavit, quamvis certum sit eum non ante imperium *Justini Junioris* suum opus elucubrasse: ut itaque non valet argumentum hoc de *Justino Juniore*, sic neque repugnat quin Opus suum conscriberet post imperium *Justiniani junioris*.

XXXII. Ad *tertium* respondemus, quod si concedatur Librum *tertium pro Imaginibus*, qui *Jo. Damasceni* nomine praemunitur, revera ab eo fuisse contextum, de illius tamen argumenti valore non immerito possit dubitari. Etenim quis adeo in operibus antiquorum hospes, ut non cognoscat quam solent eorum Libri a Lectoribus interpolari? Quis nescit in more cum Lectorum tum Librariorum fuisse, cum in Libris testimonia aliorum congesta reperirent, de suo, si quid occurrerit, adjicere et inserere? Nonne docent hoc Scripta priscorum infinita, et ista praesertim in quibus coacervantur, ut in Libro praedicto *de Imaginibus tertio*, absque ulla orationis connexione, Antiquiorum fragmenta? Exemplo sint hujus rei *Anastasii Sinaitae Theologicae Quaestiones*, de quibus modo diximus; et (ut alia mittam) quae tractant de eadem materia, de *Imaginum* sc. veneratione, *Concilii Nicaeni secundi Acta:* in quorum *Actione* 4. ubi Scriptorum variorum pro *Imaginibus* congeruntur loca, in aliquibus Exemplaribus habentur Testimonia varia praeter ea quae revera in Synodo ista recitata sunt. Sic in Codice antiquo Bibliothecae *Vaticanae* (uti monitum Nota [1]) marginali ad Concilii *Acta*) occurrunt Patrum pleraeque *sententiae*, quae neque reperiuntur in ullo alio Codice, neque ordini Interlocutionum respondent. Sic quoque in Synodi istius Editione Graeca reperitur *narratio* ex *Vita S. Jo. Jejunatoris*, Patr. CP. quam neque agnoscunt Exemplaria Graeca alia, neque *Vetus Editio Latina* [2]). Dixi, *si concedatur Librum tertium pro Imaginibus qui Jo. Damasceni nomine praemunitur revera ab illo fuisse contextum:* quia (ut liceat mihi quod res est dicere) non desunt quae mihi persuadeant,

[1]) to. 7. p. 272.
[2]) p. 767.

Digitized by Google

Tractatum istum, *Jo. Damasceni* nomine falso denotari; ut alii sunt varii de eodem Argumento Tractatus ei falso ascripti; nempe Graeculis sequioribus illi tribuentibus quicquid fere habuerunt pro doctrina *Iconolatriae* ab Autoribus anonymia conscriptum, propter Nomen magnum quod *Imaginum* Defensione is sibi comparaverat. De Tractatibus istis Variis, et quid nobis suppetat argumenti peculiaris contra Librum praedictum, videatur in nostra *Diatriba de Script. Graecis variis.*

XXXIII. Quod ad *ultimum* Argumentum de *Chronico Alexandrino*, cujus Autor vulgo censetur sub Heraclio Imp. vixisse, et eorum quae tradit pleraque ex nostro Autore deprompsisse; id quoque admittit Responsum duplex. Nam primo, si demus, (quod aliqui tamen magni nominis Viri addubitant) ab Autore sub Heraclio florente ad finem fuisse perductos *Paschalis* Numeros, quis tamen praestabit a Chronographo ipso, et non ab illius Interpolatoribus, fuisse inserta ista quae in *Nostro* etiam reperiuntur? Quis non persentit infinitis pene interpolationibus *Paschale* illud *Chronicon* esse refertum? Nonne alte hoc *clamant* illius *Tautologiae?* Nonne *dicunt* clarissime *Contradictiones?* Si Editionem celeberrimi *Dufresnii* inspicias, docebit ea, apud Codicem *Holstenianum* permulta deesse loca quae in edito apparent, et inter ista, desiderari eorum multa quae *Chronico Paschali* edito cum Nostro Autore conveniunt. Sic omnia ista absunt a Codice *Holsteniano* quae comprehenduntur inter pag. 25. a vocibus *Εκει οὖν τούτων ἐμνημονεύσαμεν*, usque ad pag. 48. ad voces *Αἰγυπτίων οἱ λοιποὶ* in quibus sunt omnia illa, quibus convenit nostro Autori cum vulgato *Paschalis* Exemplari, de rebus Graecorum et Aegyptiorum fabulosis. Sic et deest pars magna illius loci qui agit de Urbe Roma, Romulo, et Remo, Ludisque Circensibus, pars sc. tota intermedia quae tractat de Pisensium Rege Oenomao, Ludisque ab eo et Romulo institutis, a vocibus, *καὶ ὑπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων* pag. 110. D. usque ad illas, *καὶ μεγάλην ἔχθραν εἶχον πρὸς ἀλλήλους τὰ μέρη.* pag. 112. D. quae in nostro Chronographo leguntur a pag. 218. lin. 28. ad pag. 223. lin. 20. Deest quoque in Codice *Holsteniano* pars major illius loci qui est de Hierosolymorum per Titum expugnatione, quóque *Nostrum* inter et *Paschale* convenit; scil. omnia illa quae habentur a vocibus, *Πάσας δὲ ἐπαρχίας*, ad *ἕως τῆς νῦν*

Digitized by Google

ἱστάται· apud Nostrum p. 337. lin. 7. ad pag. seq. lin 11. Neque solum Exemplar *Paschalis* evulgatum fragmentis multis *addititiis* abundat, sed et ipsum Exemplar *Holstenianum* in aliis locis *insititia* sua habet. Ut omittam ea quae non sunt hujus loci: quod caetera ista cuncta de *Romulo* et *Roma* in loco praedicto, quae in Codice etiam Holsteniano leguntur quaeque Noster quoque Autor agnoscit, *Paschali* fuerunt inserta, hinc satis probabile argumentum ducitur, quod dicatur in isto loco, a *Romulo* et *Remo* aedificatum fuisse Romae *Capitolium*, cum tamen in alio paulo post loco referatur prorsus contrarium, nempe *Numam Pompilium anno regni sui quarto Capitolium a fundamentis extruxisse. Νουμμᾶς Πομπήλιος τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ῥώμῃ κτίζει τὸ Καπετώλιον ἐκ θεμελίων.* Sic apparet *tres* istas *Periochas* quae habentur apud *Paschale* cum Nostro concinentes, de *Cleopatra*, turri *Pharo*, *Sosibio Antiocheno*, et *Titulis* illis quibus *Caesar Augustus* gavisus est, usque ad vocem, *Αὐτοκράτωρ*, ab Interpolatore aliquo fuisse infarctas. Hoc inde colligitur, quod neque cohaerent inter se prout ibi leguntur, neque cum *Periocha* sequente. In earum enim *prima* refertur contra *Cleopatram* et *Aegyptios* a Romanis missum fuisse cum exercitu *Antonium*; et in *secunda* mox subjungitur *Sosibium* quendam, Antiochenum Senatorem, *Augustum Caesarem* Romam redeuntem fuisse comitatum: Romam unde redeuntem? nempe ab *Aegypti* debellatione, ut ex *Nostro* Scriptore fit manifestum. At de ejus contra Aegyptios expeditione fit antea nihil mentionis. Sic in *tertia* periocha recensentur Tituli *Augusti Caesaris tanquam jam solius* sine ullo Collega imperium administrantis; et tamen in Paragraphe *sequente* fit mentio Illius in *Aegyptios* expeditionis eorumque expugnationis; a quo tempore supputata est ejus *Monarchia*, ut et ibidem agnoscitur. *Αὔγουστος ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον* etc. *Augustus in Aegyptum veniens, regionem illam capit; extincto Ptolemaeorum regno, quod annis duraverat* 296. Novi maximum *Jos. Scaligerum* pro *Antonii* Nomine, in loco notato, ubi dicitur eum contra *Cleop.* et *Aegyptios* missum, rescripsisse *Augustum*, adeoque pro *Antonio Augustum* substitui in nova *Dufresnii* Latina versione. Verum temere id factum a Viris eruditis. Quamvis enim *Antonius* contra *Cleopatram* a Romanis nunquam missus est, ita legerat tamen apud suum Auto-

Digitized by Google

rem *Paschalis* Interpolator. Hoc ex *Nostro* luculentissime apparet, in eo quippe non solum idem Nomen *Antonii* habetur, sed et additur, eum in *Aegyptum descendentem*, et *Alexandriam obsidione cingentem*, *a Cleopatra*, *ipsi antea nota cum Julium Caesarem in Aegyptum esset comitatus*, *adulatoriis literis solicitatum fuisse*, *et captum illius amore cum ea matrimonium iniisse*, *et suis Romanis bellum intulisse.*

XXXIV. Ex hisce liquet nullo pacto concludi, loca *ulla* ex illis in quibus conveniunt *Noster* et *Paschale*, a primo *Paschalis* Autore fuisse exarata. Nec omnino videtur ambigendum, quin in illa etiam parte quam addidit Continuator, quae ab anno *Constantii* XVIII. incipit, sint pleraeque historiae et Narrationes insertae. Ne addam et esse suspicandum, illa ipsa loca ubi *Heraclius* Imp. *Imperator noster* nuncupatur, non alia fuisse quam Scriptoris alicujus, qui sub illo Imperatore floruerit, verba in *Chronicon* illud ab *Interpolatore* translata. Hoc solum videtur a quovis pro certo concludendum, ante annos plus minus DCC. in Chronico isto fuisse descripta quae in *eo* simul et *Nostro* leguntur. Hoc quidem ex eo colligitur, quod reperiantur ea prout in impressis jam exhibentur, in alio *Paschalis* Exemplari pervetusto Bibliothecae *Vaticanae*, quod ab annis DCC. Viris eruditissimis *Jo. Mabillonio* et *Michaeli Germano*, Benedictinis Gallis, videbatur scriptum, uti docet *Dufresnius* in *Praefatione*, qui eos, ut Codicem illum inspicerent, dum *Romae* commorarentur, rogaverat. De *Chronico* hocce *Paschali* sive *Alexandrino*, de illius aetate, Autore, et Continuatore, et quaenam existant in eo supposititia, occasionem nos habuimus ex professo disserendi in alio Opere nondum edito, *De Scriptoribus Rerum Aegyptiarum*, in Libro sc. illius *tertio*; in quo speciatim tractamus de Scriptoribus rerum *Alexandrinarum* sive *Ptolemaicarum*, ut agitur in libro *primo* de Scriptoribus rerum *Historicarum* illius Gentis vetustiorum, in *secundo* de illis qui res illorum *Theologicas* sive *Philosophicas*, *Visendas*, *Naturales*, et *Artificiales*, Scriptis suis ex professo celebrarunt, in *quarto* de Scriptoribus rerum illius Gentis ad *Judaeos*, *Christianos* et *Muhammedanos* attinentium. In Libro hoc *quarto* ejusdem Operis (ut obiter hoc liceat monere, ne forsan minus prudentibus *silentium* nostrum pro *argumento* cedat) ad examen revocavimus ea, quae adversus

Digitized by Google

Dissertationem nostram *contra Historiam Aristeae de* LXX. *Interpretibus*, Responsionis loco reposuit vir clarissimus et summus *Is. Vossius*, *ὁ μακαρίτης*· quamque *nihil* is respondit, ostendimus.

XXXV. Respondemus secundo, neque satis constare rem plusquam perfunctorie intuenti, Autori nostro accepta esse referenda ista, quae in eo simul et Chronico *Paschali* comparent. Cui enim non liquet, *Autorem* nostrum ex Scriptoribus aliis verbatim exscribere solitum? Hoc ex illis clarissime elucescit quae inepte *tautologus* repetit: hoc apparet ex aliis istis quae supra protulimus, ubi ejus errores de rebus sub *Justiniano* gestis perstrinximus. Neque solum de rebus sub *Justiniano* transactis *tautologum* agit, sed et aliis in locis ejusdem oscitantiae manifestus est. In Libro 13. de Constantini M. in urbe CP. Operibus sermonem habens, de *Hippodromi* extructione bis commemorat. Sic et scribit bis in libro 9. de Aegypto Romanorum ditioni ab Augusto Caesare subjugata. Ait eum in praelio navali juxta Epirum Antonium interfecisse, et Reginam Aegypti Cleopatram in vincula conjecisse; solventem inde et in Aegyptum pergentem, regionem illam *in potestatem suam* [1]) *redegisse, et victoriam triumpho celebrasse:* tum eum subjungit *Europam totam praetervectum, Byzantium venisse*, Galatiam, Lydiam, Pamphyliam, Phrygiam Pacatianam, et Lycaoniam Romanorum imperio subjecisse: inde illum in Syriam profectum, *Antiochiam adiisse de Victoria sua adversus Antonium et Cleopatram ibidem triumphaturum:* Laodiceam hinc contendisse, et *ibidem* quoque *de Victoria sua triumphum egisse:* deinde post pauca haec sequuntur: *A Palaestina in Aegyptum progressus, eam subjugavit, cumque in Romanam servitutem subegisset, Alexandriam ingressus, de Victoria sua triumphavit. Civitati autem huic primum praefectum ex suis dedit, nomine Cornelium Gallum, quem et Augustalis dignitate, nominis sui insigni, cohonestavit.*

XXXVI. Apparet idem, vel ipso sole clarius, ex eo quod solet Scriptores Latinos, *Florum*, *Livium*, *Lucanum*, *Plinium*, *Servium*, *Salustium*, *Suetonium Tranquillum*, et *Virgilium*,

---

[1]) p. 285, 286, 287.

Ioannes Malalas. e

Digitized by Google

in testimonium adducere, cum Opera tamen illorum cum oculis suis nunquam conspexisse, et ne quidem *linguam* illorum intellexisse, sit certissimum. Quod bonos illos et graves Romanorum Scriptores non legisset, apertissime convincunt supina ejus Romanarum rerum ignorantia, et errores plusquam *aniles*. Ut *stabuli* ejus multa alia *stercora* relinquamus intacta, ne Lectorem offendant: quam suave est istud quod de *Cicerone* et Salustio ipso, quem alibi citat, memoriae tradit, fuisse illos *Romanos Poetas! Hisce temporibus floruerunt Cicero et Salustius, sapientissimi Romanorum Poetae.* Quam lepidum est illud quod habet de Julio Caesare, eum *Magnum Pompeium in Aegypto comprehendisse et interfecisse!* et iterum illud quod de duratione illius imperii ineptit; imperium Romanum illum tenuisse per *annos* XVIII! Quam illud ridiculum, quod habet de *M. Antonio*, eum missum fuisse a Senatu Romano contra Cleopatram Aegypti Reginam, et in Aegyptum descendentem, *Alexandriam* urbem obsidione cinxisse! Quam absurdum, quod habet de *Lucullo*, eum missum fuisse adversus *Tigranem* ab *Augusto Caesare!* Quam denique sapit Lectorem praedictorum Scriptorum Romanorum, quod scribit de *Claudio Caesare*, eum *Urbem Brettaniam, non procul ab Oceano condidisse!* Sic in *urbem* (si Superis placet) nostro *Graeculo* abiit magna nostra *Britannia*, apud omnes Scriptores *Romanos* Insularum celebratissima; ignorantia Hominibus *Orientalibus*, et illis quibus penitus ignoti sunt *Historici Latini*, propria et peculiari. Ita sane *Rabbi Abrahamus Zacuth, Salmanticensis*, in libro *Juchasin*, sive *Genealogiarum*, de *Angliae extructione* mentionem facit. Eum adducit *Rabbi Ganzius* in *Germinis Davidis*, sive *Chronologiae*, parte secunda ad annum Millenarii tertii 830. *Et scripsit Juchasin pag.* 136. *hoc tempore extructam esse Ausoniam, Paduam, et Angliam.* Ita *Urbem* [1])

[1]) Epigraphe literarum Hebraice conscriptarum, in hanc sententiam se habuit interprete doctiss. Edv. Bernardo: *Recte perveniat σὺν Θεῷ hoc scriptum in Angliam urbem et ad synagogam filiorum Israel, Samaritarum* (sic Anglos esse existimarunt) *quos conservet Dominus.* Et Arabice alia Epigraphe. *Tradatur domino Roberto Huntingtono, Europaeo, cum cura, qui tradendum curet Synagogae Filiorum Israel, Samaritarum, qui habitant in urbe England in Europae regione.*

Digitized by Google

England appellant *Samaritani Sichemitae* in Literis quas nuper miserunt ad *Populum Anglicanum*, per Virum dignissimum *Rob. Huntingtonum*, Collegii *Dubliniensis* in Hybernia Praesidem hodiernum. Quod praeterea ne linguae quidem *Latinae* scientia ulla polluerit *Chronographus* noster, ut e Graecis fuerunt perpauci qui *Latinae* linguae peritia sese instruxerunt, ex duobus vel tribus locis dilucide conficitur. In uno ait vocem Latinam, *Consilia*, significare *diem largitionis*: *Κονσίλια, ἅπερ ἑρμηνεύεται, παροχῆς ἡμέρα.* Quam egregie et docte! In alio ubi verba facit de 4 Circi diversis Factionibus a Romulo (ut dicit sed falso) introductis, et diversis coloribus distinctis, nempe *Prasina*, *Veneta*, *Russea* et *Alba*; ait *Prasinam* (i. e. Viridem) a Romulo sic vocatam fuisse quasi *permanentem*; *Prasinum* enim, inquit, significat *permanens*, a verbo *praesenteuo* deductum, quod significat *παραμένειν permanere.* Praeclare (Jupiter) ac perite! In eadem de *Romulo* narratione dicens eum cum *Remo* a *Lupa* nutritum vulgo perhiberi, addit fabulam istam exinde exortam, quod a muliere quadam agresti reperti fuerint et enutriti: *In ea enim regione*, inquit, *usque adhuc etiam rurestres illas ovium custodes*, lupas *vocitant*, *ut quae inter* lupos *vitam suam transigunt.* At quis, quaeso, hominum unquam audivit, vocem *Lupam* apud Latinos eo sensu usurpari? Et quis non persentit id a nescio quo Nugatore fuisse acceptum? Audiatur *Titus Livius*, quem noster Nugarum Consarcinator tanquam lectum a se in illa de *Romulo* Narratione, alibique locorum, adducit. *Sunt qui Laurentiam vulgato corpore* [*Lupam*[1]) *inter Pastores vocatam putent*: *inde locum fabulae ac miraculo datum.*

---

[1]) Hinc liquet non *mulieres rurestres*, sed *meretrices* appellatas fuisse *Lupas.* Sic sane apud *Plautum* vox ista pro *meretrice* reperitur usurpata, et inde *lupanar* et *lupanarium* pro *prostibulo.* *ἢ δημοσιονόμη ποτὲ τὴν τοῦ σώματος ὥραν*, alt *D. Halicarnassentis*, *οἱ περὶ τὸ Παλάντιον διατρίβοντες ἐπίκλησιν ἴσχυσε λούπαν. Ἐστὶ δὲ τοῦτο Ἑλληνικόν τε καὶ ἀρχαῖον ἐπὶ ταῖς μισθαρνούσαις τὰ Ἀφροδίσια τιθέμενον, αἳ νῦν εὐπρεπεστέρᾳ κλήσει ἑταίρας προσαγορεύονται.* *Cui* (Laurentiae) *ob vulgatum quondam corpus Palatini montis incolae cognomen Lupae indiderunt. Ea Graecis prisca est appellatio venalem voluptatem Venereum prostituentium; quas nunc speciosiore vocabulo ἑταίρας* (quasi amicas et sodales) *vocare solent.*

Digitized by Google

XXXVII. Ut ex hisce apparet Autorem nostrum ex Scriptoribus aliis verbatim exscribere solere, adeoque non esse necessarium ut illa quae habentur in *Chronico Pas.* cum illius verbis consonantia, ex illo existimentur sumpta; sic alia sunt quaedam peculiaria argumenta quae illa speciatim non fuisse ex eo descripta confirmant. Hoc in primis notandum, in aliquibus illorum locorum, quae cum in *Nostro* tum in *Chronico Paschali* habentur, advocari Scriptores *Latinos;* quos ex dictis conspicuum redditur eum ipsum nunquam legisse. Sic in Narratione de *Romulo* et *Roma* praedicta citantur *Virgilius*, *Plinius*, *Livius*, itemque *Licinius Romanorum Chronographus:* pro quorum secundo et tertio apud *Chronicon Pasch.* ex corruptione leguntur *Apollonius* et *Silvius.* In loco qui agit de *Chlamydibus Romanorum* citatur (*Suetonius*) *Tranquillus*, qui et loco eodem apud *Chronicon Pasch.* adducitur, idque addito nomine *Suetonio*, quod a Nostro non agnoscitur. Observandum secundo, quod in multis eorum locorum quae in *Nostro* simul et *Paschali* occurrunt, quamvis partim ad verbum conveniant, habentur tamen apud *Paschale* nonnulla quae nulla vel vi vel arte ex *Nostro* potuerint elici. In aliquibus Narrationibus, ut in illis de *Valentiniani* ad Imperium elevatione, de *pluvia Cinerum* sub *Leone*, deque morte *Justini*, quo *mense* quo *die* contigerint apud *Paschale* memoriae consignatur, cum tamen de *tempore* apud *Nostrum* mentio nulla. Quin et sunt quae [1]) conjiciuntur apud *Paschale* ad certos annos

---

S. Hieronymus in Chronico Eusebiano; *Quae* (Laurentia) *propter pulchritudinem et rapacitatem corporis quaestuosi* Lupa *a Vicinis appellabatur. Unde ad nostram memoriam meretricum cellulae* Lupanaria *dicuntur.*

[1]) Quae habet *Noster* de *Hierosolymorum* per *Titum* expugnatione, ea conferuntur apud *Paschale* ad annum Assumptionis Dominicae XXXIX. et *Vespasiani solius Consulatum: Τριακοστῷ ἐνιαύτῳ ἔτει* etc. cum tamen in *Nostro* expresse perhibeatur contigisse id gestum anno post Christum assumptum XXXVIII. *Commodo et Rufo* Coss. qui quidem *Consulatum* gerebant, autore *Cassiodoro*, post captam Hierosolymam *triennio.* De illis *Paschale* omnino silet. Cujus Narrationis praeterea pars magna in *Codice Holsteniano* (uti ante ostensum est) desideratur. Ad eundem annum in *Paschali* refertur cum *Cyri Patricii* dedecus, tum *terraemotus*, qui imperante *Theodosio* juniore con-

Digitized by Google

et certos Consulatus, quas ad alios annos et alios Consulatus fuisse referendas ex *Nostro* quis facile collegisset. Sic exempli gratia, quae habet *Noster* de urbis Constantinopolis extructione, ea conjiciuntur apud *Paschale* ad *Januarii et Justi Consulatum*, quae tamen a Nostro disertim referuntur ad Consulatum *Gallicani et Symmachi*. His adde, quod ista Narratio quae habetur de *Cyro Patricio*, quamvis aliis in partibus prorsus eadem verba exhibeat, a *Maleliana* tamen in aliquibus locis longiuscule recedit. Sic plura, apud *Paschale* quam in *Nostro* leguntur de isto *Terraemotu* Constantinopolitano, qui sub imperio Theodosii Junioris accidebat, et in ista similiter Narratione quae habetur de *Oppido Daras*. De hac praeterea Narratione animadvertere licet, hoc modo incipere periocham: *Οτι ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος* etc. ubi ista particula, *ὅτι*, (ut et adnotat *Dufresnius*) liquidissimo videtur demonstrare, descriptam fuisse Periocham ex *Historiarum Collectione* aliqua, quae loca ex *Historiographis* excerpta continebat: qualis est *Collectio Constantini Porphyrog.* Imp. *de Virtutibus et Vitiis*, et altera illa ejusdem *de Legationibus*; qualia sunt etiam Collectanea *Photiana* ex *Historia Eccles. Philostorgii*, aliisque Antiquiorum Operibus apud ejus *Bibliothecam*; ut et illa *Nicephori Callisti* quae habentur MS^ta inter Codices *Oxon.* aliaque complura: in quibus, praefixam particulam, *ὅτι*, fere singulae habent *periochae*. Haec abunde sufficiant Narrationum Exempla. Quae alia occurrunt [1]) plura supersedeo hic descri-

---

tigit, Constantinopolitanus, tum etiam Narratio alia de *Theodosii* Imp. morte, quae annis *diversis* contigisse non obscure subindicat *Noster*. Narratio de *Zenone* Imp. ex Isauria Constantinopolim redeunte in *Paschali* conjicitur ad Consulatum *Illi: Τούτῳ τῷ ἔτει* etc. quod tamen a *Nostro* expresse dicitur contigisse *Theuderico* (sive *Theoderico*) Consulatum gerente, cujus Consulatus juxta ipsum *Paschale* in *sextum* post annum incurrit. Sic Narratio ista quae habetur apud utrumque, de *Tzathio Lazorum* Rege, refertur in *Paschali* ad Consulatum *Symmachi* et *Boethii ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* etc. cum tamen in *Nostro* statim ante mentio habeatur Consulatus *Vitaliani*, qui cum anno ante *secundo* apud ipsum *Paschale* connectitur.

[1]) Quae leguntur ad imperium Severi apud *Chronicon Paschale* de urbe *Byzantio*, *Barbysio*, *Phedalia*, et *Fortuna* Urbis *Ceroe*, quamvis maximam partem habeantur apud *Nostrum* eadem, desideratur tamen

Digitized by Google

bere, ne Lectori judicii limatioris fastidio sim. Ex hujusmodi sane *Mustaceis Laureolam* non quaero.

XXXVIII. Sic ex dictis (nisi maxime fallor) apertissime colligitur de aetate *Chronographi* nostri nihil astrui posse ex eo quod reperiantur apud *Chronicon Paschale* cum illius Narrationibus ad verbum consonantia. Ne ab aliquo praeterea trahatur in argumentum, quod de rebus quae vetustiores videantur, tanquam usque ad suam memoriam perdurantibus loquatur; hic monitum velim Lectorem, non illius ipsius, sed *Autorum*, quos ille secutus est, esse omnia ista, ἕως ἄρτι, et ἕως τῆς νῦν, et similia, quae toties repetita occurrunt. Hoc ex illis quae jamjam disseruimus nemo est qui non facile collegerit, et idem ex plerisque ipsorum locorum elicias. Sic hujusmodi farinae Scriptoribus aliis nihil magis usitatum et solenne, quam ejusmodi judicii mali indiciis Scripta sua deturpare, risuique et nauseae Lectorum cordatorum exponere. Hoc viris eruditis sat notum (opinor) ac exploratum; sed non solum scribo Eruditis: sunt itaque quaedam afferenda Exempla. Apud *Dorotheum* supposititium in *synopsi de Vita morteque Prophetarum*, de *Jeremia* in Aegypto sepulto, et ab Aegyptiis in magna veneratione habito quia eos per preces a Crocodilorum infestatione liberasset, verbis factis, subjungitur: *unde quotquot Deo sunt fideles*, usque hodie *illo in loco preces fundunt* etc. Quae verba ipsissima reperiuntur apud *Chronicon Pasch.* ad Olymp. LXX. ubi totus fere *Dorothei* Libellus exscribitur, non tamen tanquam illius, sed nomine ejus suppresso; apud Libellum etiam *de Vitis prophetarum*, qui *S. Epiphanii* Nomen praefert; necnon apud alium *Anonymum* MS. *de* XVI. *Prophetis* in Bibliotheca Regia Parisina, et *Symeonem Lo-*

---

apud illum eorum pars prior satis prolixa. Habet quidem *Noster* in alio loco, de *Barbysio*, *Phedalia*, *Byza*, et Fortuna urbis *Ceroe* nonnulla, nimirum in regno *Constantini M.* caeterum ea quae in *Paschali* describuntur, non fuisse ex istis desumpta, perspicue illi constabit, qui illa inter se contulerit: sunt enim haec et in verbis dissimilia et in rebus copiosiora. Adde porro narrationem quae habetur de *Diogeniano*, et *Philoxeno*, una cum Apione a Justino Imp. ab exilio revocatis; in qua apud *Paschale* appellantur illi *Ex-Magistri:* cum tamen a *Malela Senatores* solum nuncupentur.

Digitized by Google

gothetam in Chronico MS. quorum verba in medium proferuntur a clariss. *Dufresnio* in *Notis ad Chronicon Pasch. Dorotheus* idem in loco eodem *Ημεῖς δὲ* (inquit) *ἠκούσαμεν* etc. *Nos vero ex Antigoni et Ptolemaei posteris, Viris aetate gravibus, accepimus, Alexandrum Macedonem* etc. Quae et ipsissima reperiuntur, quasi singuli ipsi ista *audivissent*, apud *Chronicon Paschale*, Antorem citati Libelli MS. *de* XVI. *Prophetis*, et eundem *Symeonem Logothetam*. Apud eundem *Logothetam*, *Chronicon Pasch.* et *Pseudo-Epiphanium* inveniuntur et ista *Pseudo-Dorothei*, de Aegyptiis in eodem capite: *Quapropter* ad hunc usque diem *ut Deam colunt Virginem puerperam, et infantem in praesepi adorant*: ut et alia loca plura consimilia. Neque multum quidem videtur dubitandum quin et ipse *Pseudo-Dorotheus* praedicta loca ex Antoribus antiquioribus ad verbum exscripserit. Eum audi sis in vita *Isaiae* (Latine brevitatis causa.) *Quoties igitur una cum Isaia veniebant* (ad Siloam Judaei) *ut aquam haurirent, illa exibat, unde* ad hunc usque diem *in magni miraculi argumentum etiamnum subito erumpit. Postquam autem id per Isaiam peractum est, hunc magnifice ac studiose juxta Siloam Judaeorum populus sepeliit, ut ejus precibus aquae perinde copia iis suppeteret, cum praeterea ut ita agerent, ex Oraculo iis praeceptum esset. Jacet autem ejus sepulchrum juxta regum tumulos. Solomon quippe Davidis sepulchra ita constituit, ut Orienti Sion obversarentur, quae aditum habet a Gabaon procul ab urbe, stadiis* XX. *quem quidem aditum obliquum ac occultum ita confecit ut a nemine perciperetur, adeo ut ejus introitus* etiam hodie *ignotus sit plerisque sacerdotibus atque toti populo. ἕως τῆς σήμερον τοῖς πολλοῖς ἀγνοουμένη τῶν ἱερέων καὶ ὅλῳ τῷ λαῷ.* Quae verba Scriptorem, qui vixerit ante Judaeorum e patria extirpationem, videntur referre. Habentur autem et verba ista, *usque hodie*, quae in hoc quoque loco bis occurrunt, apud *Chronicon Paschale*, *Pseudo-Epiphanium*, et *Logothetam*; nempe locum similiter istum ex *Pseudo-Dorotheo*, sed tacito Nomine, exscribentes. Istiusmodi Exempla sexcenta alia apud *Suidam*, *Cedrenum*, aliosque Scriptores minorum gentium et aetatis sequioris, illis passim se obvia dabunt qui Libros diligentius cum studio et fructu evolvant: ut dubium sit nullum quin idem de *Nostro* dicendum sit.

Digitized by Google

XXXIX. Ne alicui porro pro Autoris nostri antiquitate argumento id esse videatur, quod illius *Chronographiam* usque adeo dignatus sit *Constantinus Porph.* Imp. ut excerpta ex illa inter Eclogas suas reponeret; hisce omnibus denique addatur, quod constat Imp. *Constantinum Porphyrogennetum* non solum ex Scriptoribus probatae antiquitatis, verum etiam ex istis qui tempora proxime sua praecedebant, in Eclogis suis exscribere fuisse solitum. Sic hausit excerpta ex altero illo *Jo. Antiocheno Chronographo Monacho*, qui non videtur, meo saltem judicio, ante seculum *nonum*, vel medium vel ad exitum vergens, scripsisse. Sic etiam, in *Excerptis* illius *de Legationibus Romanorum ad Exteros*, quae nondum vulgata sunt, habentur quaedam ejusdem argumenti ex *Historia Georgii Monachi* Hamartoli, qui post medium seculi *noni* Historiam suam adornavit.

XL. Jamque Opus exegi, erudite Lector, de aetate *Chronographi* nostri; quale sane non audeam dicere, neque ante velim fidenter aliquid decernere, quam mihi sint suffragatura doctiorum judicia. Longum (fateor) et prolixum exegi, quoque multo contractius fortasse tu optasses; at *triplicem* quidem ob causam consultum duxi tam late et fuse de illius aetate disquisitionem instituere. Primo, quia quae nos statuimus, cum receptae ipsius *Interpretis* et Virorum aliorum doctorum sententiae refragentur, videbantur debere confirmari quanto maximo possent argumentorum robore: ne forsan nonnullis videremur, *arundineo* ense *magnos* et *robustos* Viros impetisse, et *clypeo* mere *papyraceo* eorum *ictus* excepisse. Neque defuit porro ipsi *Autori*, quod maximam nostram diligentiam et deposcere et mereri videbatur; siquidem nullus sit Scriptor Historicus, cujuscunque subsellii, quin magni intersit, rerum scil. traditarum Scriptorumque citatorum causa, quod ad seculum sit conferendus. Et *Turrim* aedificaturum quis sapiens (precor) imprudentiae postulat, quod de primo *fundamenti Lapide*, licet *vili* in sua natura, ubi sit *jaciendus*, solicitus est? Accedit quod illa quae in medium a nobis allata sunt, praeterquam quod faciant ad aetatem ejus investigandam, sunt talia quae alio nomine videbantur omnino mereri in hujusmodi *Praefatoria Dissertatione* locum obtinere, quippe quae inserviant ad illius autoritatem, quam exi-

Digitized by Google

gua sit, et qualis sit Scriptor, demonstrandum, et observationes non paucas contineant quae alias ad eum satis spectant. Sic si nobis minus succedat quod de ejus aetate contendimus, tamen nobis non minus foeliciter est successurum quam *Chymicis* solet, qui non minus *quaestus* ex ipsis *Mediis* adipisci solent, quam ex illa ipsa re ad quam videntur praecipue collimasse, et quamvis illos id penitus fugiat, ad quod sua studia praesertim direxerint, multa tamen, quae laboris et operae sit justum pretium, in ipsa via patefaciunt.

XLI. Jam reliquum est (Lector candidissime) ut, *Joanni Malelae* vale dicto, ad Autorem alterum, qui ei in hac Editione, ex ordinatione doctissimi *Chilmeadi*, praefigitur, nos conferamus; et postea de hac Editione, et dignissimo *Interprete* ipso, te monitum pauca faciamus. Quod spectat ad ista quae huic Editioni praemittuntur *Chronologica*, sub titulo *Autoris Anonymi Excerptorum Chronologicorum:* non alia sunt ea quam *Chronici Georgii Monachi* cognominati *Hamartoli* sive *Peccatoris* principium. Hoc nobis fit compertissimum: nam idem est horum initium cum initio Chronographiae *Georgii Hamartoli*, quod ex Codice MS. a *L. Allatio* in *Diatriba de Georgiis* exhibetur. *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν, καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἁμαρτωλοῦ Μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἧ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ] κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς. Breve Chron. e diversis Annalium Scriptoribus et expositoribus decerptum, concinnatumque a Georgio Monacho Peccatore. Liber generationis hominum ab eo die, quo Deus Adamum ad imaginem et similitudinem suam creavit, exorditur. Adamus tres suscepit Filios. etc.* Neque solum ex initio apparet, verum etiam ex *Praefatione* quae Initio in Codice MS. unde[1]) sua *Chilmeadus*

[1]) Volumen MS. quo usus est *Chilmeadus* (quamvis ille, ubi reperiatur, Lectorem non fecit certiorem) invenio inter volumina Graeca MSS. *Barocciana* Bibliothecae *Oxoniensis* Publicae num. 194. Chartaceum est illud, et inter varia diversi argumenti *fol. νγ'.* absque ullo vel nomine Autoris vel Operis Titulo, sic incipit: *Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλόσοφοι καὶ φιλόλογοι* etc. prout habet *Allatius.* Continen-

Digitized by Google

descripsit, praemittitur; quae eadem est omnino cum illa quam ibidem ponit *Allatius* ex *Georgio Hamartolo*. Extat integrum Opus in variis Europae Bibliothecis, et scribit *Allatius* se illud Editioni parasse, et e Graeca lingua in Latinam vertisse. Si quis cupiat alia illius legere, jam edita sunt ex eo excerpta a variis varia. A *Jac. Gretsero*, in libro *de Cruce*, publicatur ex eo Fragmentum Graece et Latine de *Cruce adinventa*. A *Dion. Petavio* in Appendice ad *Nicephori Constantinopolitani Breviarium Historicum*, evulgatur ex eodem *Graece* longiusculum fragmentum de imperio *Heraclii*, sub falso nomine *Georgii Syncelli*. Ex eodem Latine edidit *Syntagma* (quod inscribit) *de statu morientium* Matthaeus Raderus, quod sententias et fragmenta multorum antiquorum Patrum complectitur. Ab eodem *Radero* in alio opusculo, nempe *Annotationibus* ad *Viridarium Sanctorum ex Menaeis Graecorum*, ex eo *Latine* eruitur fragmentum aliud satis prolixum de *Miraculo* facto in urbe *Carthagine* sub imperio *Heraclii*. Producitur ex eodem aliud, sed breve, per *Petrum Lambecium* in lib. 2. *Comm. de Bibliotheca Vindobonensi*, de Imp. *Theodosio*. Ex eodem etiam Excerpta dederunt Leo Allatius in Libro *de Ecclesiarum Consensione*, Jo. Meursius in *Glossario Graeco-barbaro*, et *Dufresnius* ὁ θαυμάσιος in *Glossario Mediae et infimae Graecitatis*, et (nisi me fallit me-

---

tur in illo multa alia praeter ea quae exscripsit *Chilmeadus*. In initio habentur quae posuit in initio *Chilmeadus* usque ad pag. 6. voces ὥς φησιν Ἰώσηπος. Dein ea sequuntur quae, a *Chilmeado* transposita, leguntur pag. 18. de Nebrodo etc. ab hisce verbis: *Μετὰ ταῦτα γέγονέ τις γίγας* etc. (pro quibus de suo, ob loci transpositionem haec scribere placuit *Chilmeado*: *ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις χρόνοις γέγονε*) usque ad pag. 21. voces *Νίνου μεγάλης βασιλεύσας*. Post haec prosequitur Autor Assyriorum, Aegyptiorum, et Graecorum antiqua tempora fabulosa, una cum origine Urbis *Romae*, et *Alexandri M.* gestis; ejusdem farinae omnia, nihil non fabulosum. Inde rursus ad Adamum recurritur, et positis de *Mose* nonnullis, quod omnibus Graecorum Sapientibus vetustior esset, proceditur ad ista quae habentur in editis, a vocibus: *Σὴθ δὲ γενόμενος ἐτῶν σε'*. pag. 6. usque ad calcem paginae 17. voces: *τὰ πάντα ἔτη σε'*. quae claudunt nostrum Exemplar, quod folia tantum 5. comprehendit, supersedente (ut videtur) Librario reliqua transcribere.

Digitized by Google

moria) in *Notis* ad *Annales Joannis Zonarae*. De eo qui plura vellet, adeat is *Allatii* Opus *de Georgiis* praecitatum; et *Diatribam* nostram *de Scriptoribus Graecis Variis*, ubi fuse ac cumulate de eo disseritur, et multis in rebus castigantur *Allatiana*. De illo hic loci hoc solum subjungam, vixisse eum eodem cum *Malela* seculo, id est Christi incarnati *nono*, et Chronicon suum perduxisse non modo ad initium *Michaelis Theophili F.* quod decernunt doctorum nonnulli, sed usque ad ejus mortem, hoc est usque ad annum 866.

XLII. Quod hanc Editionem *Joannis Malelae* et Interpretem attinet; jam aetas fere integra elapsa est, nempe annus plusquam 37^tus^, ex quo hoc ad praelum adornatum est Opus. De Opere tunc praelum expectante et de laudibus *Chilmeadi* Interpretis et Annotatoris, haec habet *Edvardus Bissaeus* noster in *Notis* ad *Nic. Uptonum de Militari Officio*, anno D. 1654. excusis, in quibus ex *Malela* Narrationem de Imp. *Juliani* interitu descripsit. *Qui Liber* (inquit) *apud me est, et annum jam integrum Typographum desiderat: illum transtulit Vir doctissimus Edmundus Chilmeadus, cujus immatura mors eo nomine flebilior est, quod expectatissimis tanti ingenii laboribus nos priverit.* Effulsit olim, dum vixit, *Edmundus Chilmeadus* inter illustriores literarum laude Academicos; praeter rei Antiquariae et Criticae peritiam, quam fecit hoc Opus testatissimam, insignis Mathematicus, Musicus ornatissimus, Orator comptus, et linguarum complurimarum callentissimus, cum doctarum quas vocant tum *Gallicae* [1]) etiam et *Italicae*. Natus fuit

[1]) E quibus in sermonem vernaculum libros aliquot dedit converses. Ex *Italica* speciatim convertit quae in Operum ejus Indiculo evulgato non accensetur, *Historiam Rituum, Consuetudinum, et rationis vitae Judaeorum hodiernorum per orbem terrarum*, conscriptam a *Leone Modena*, Rabbino *Veneto*; Ed. Londini an. 1650. in 8. Scripsisse etiam perhibetur *de Sonis et de Musica Veterum*: quod opus prorsus idem fuisse nullus dubito: et extat id quidem, sub titulo, *De Musica antiqua Graeca*, ad finem *Arati* Oxonii anno 1672. excusi; una cum ejusdem *Annotationibus* in *Odas Dionysii*. Ea transmisit ex Hibernia, ubi inter schedas Reverendissimi *Usserii* latuerunt, summus noster Amicus, celeber. *Hen. Dodwellus*, qui et misit una cum illis Latinam *Dionysii* Interpretationem ex eadem *Chilmeadi* manu: verum hanc omiserunt Editores, qui Graeca solitaria

Digitized by Google

in Agro *Gloucestriensi*, in pago *Stow super Woldam* dicto, et in hac Academia nostra in *Collegio Magdalenensi* tyrocinium suum posuit; post *Aedis* (sic *Collegium* vocamus) *Christi* Sacellanus evasit, adjuncto illi Sodali et Symmysta *Joanne Gregorio*, Viro alio pariter omnigena eruditione instructissimo. Inde anno MDCXLVIII. propter fidelitatem erga Regiam Majestatem *Parlimentaria* Visitatione ejectus, ad illas angustias est redactus, ut necesse habuerit ex *Musica* (heu! quam infoeliciter *Musarum Alumnus!*) sibi tenuem victum comparare, ex stipe viz. conventus Hebdomadalis, quem, adscitis sibi sociis quibusdam Symphoniacis, *Londini* instituerat. Neque ei tamen defuit munificentia clarissimi viri, *Edvardi Bissaei*, Equestri honore postmodum insigniti, quem modo laudavimus; quam experti sunt etiam, et alii calamitate temporum afflicti, et *Joannes* praedictus *Gregorius*. Animam Deo reddidit XIX. Febr. anno MDCLVIII. aetatis circiter XLIV. Haec de eo traduntur ab Amico nostro, Viro Antiquitatum *Anglicarum*, et praesertim ad Scriptores attinentium, peritissimo, deque Matre sua *Academia* eximie merito, *Antonio a Woodo*, in *Historia et Antiquitatibus Academiae* nostrae. Non opus est ut aliquid addatur de *Chronographo* nostro, ut Lectori et Orbi Literario commendatum faciamus: hoc solum dixisse suffecerit, in publicum jam Opus prodire, quod a viris eruditis a totidem annis magnopere fuit expetitum ac exoptatum; Opus continens quamplurima, quae, nisi in manus e latebris suis ederetur, vel Virorum maximorum scientiam fugisseut omnino, inque tenebris prorsus latuissent. Et quis, quaeso, *Literatorum*, *Saxum* antiquum quod multa ignota patefacit, idcirco quod *rude* et *scabrosum* sit, quod a minus perito *artifice* Characteres insculptos habeat, contemptui duceret? Quis potius non gauderet e *terra* jam *erui* tale? Et quis *eruenti* non grate se obstrictum agnosceret?

---

malebant. Illius honorifica fit mentio apud *Praefationem* ad D. *Hen. Holcrofti*, Equitis, Versionem *Anglicanam* Historiarum *Procopii Caesariensis*, ubi dicitur illius judicio et censurae Versionem istam fuisse submissam, cumque Graecis collatam et correctam fuisse. Ei multam praeterea debet *Bibliotheca* nostra *Oxoniensis* ob Catalogum quem adornavit Librorum Graecorum MSS. *Barocianorum*.

Digitized by Google

XLIII. E memoria mihi pene exciderat quod innuimus in initio hujus Dissertationis, non solum praedictum *Edm. Chilmeadum*, sed et *Jo. Gregorium*, quam modo concelebravimus, in Chronographum nostrum diligentiam et studium collocasse; et quod alibi ejus in eundem *Animadversiones* commemoraverim. Hac denique de re monendus est Lector, quod antequam *Chilmeadus* adornandum hoc Opus in se suscepisset praeparaverat praelo Excerpta [1]) quaedam exinde collecta *Joannes* praedictus *Gregorius* (is obiit anno MDCXLVI.) adjectis quibusdam, quas in illa elucubravit, *Animadversionibus*. Illi soli refertur acceptum, quod, cum nostrum Exemplar Chronographiae *Malelianae* et principio et fine esset mutilatum, esse *Malelae* tamen hoc Opus, jam nobis compareat. Hoc ei foeliciter compertum est ex collatione fragmenti de *Muliere Haemorrhousa*, quod in *Oratione* 3. *pro Imaginibus Jo. Damasceno* tributa ex *Chronico Malaliano* producitur. Confirmatum est idem ex fabulis istis [2]), quas profert sub nomine *Jo. Melelis Chronici* Tzetzes Chiliasta in *Chil.* 5. *Hist.* 29. *et* 30. Quae omnia quidem in hacce *Chronographia* nostra memoriae consignantur. His de rebus agit *Gregorius* in Praefatiuncula quam *Animadversionibus* praemisit. De Autore nihil aliud habet. Hoc autem illius *Animadversionum* Opusculum videtur *Chilmeadus* in animo habuisse, loco Prolegomenorum, suae Editioni praemittere; nam in loco quodam suarum *Annotationum* ad *Jo. Gregorii de Auctore Prolegomena*, Lectorem amandat. Et idem quidem Rei nostrae *Typographicae* hujusque Editionis *Curatoribus* in proposito primum erat; verum tandem cum Typis fuisset absoluta pars magna Operis, placuit illis *Me* tanta dignatione, quanquam longe immerentissimum, decorare, ut rogarent, istis insuper habitis, in meipsum suscipe-

---

[1]) In illius vita quam *Anglice* habemus ejus posthumis Opusculis praefixam, falso subindicatur, Opus totum, cum Latina versione et perpetuis Commentariis, ab eo fuisse, ut typis committerentur, ornatum.

[2]) De *Sisypho Coo*, quod *Teucro* fuerit *Scriba*, et sub illo cum militasset, de illis quae ipse viderat, *Iliada* conscripserit, quodque postea *Homerus* ex ea suam contexuerit; et de *Dicty Cretensi*, quod in bello Trojano comitatus sit *Idomeneo*, et de belli gestis Historiam composuerit, quam etiam secutus sit *Homerus*.

Digitized by Google

rem provinciam, et de meo *Prolegomena* nova prodeunti jam Operi procuderem. Haec cedens (mi Lector) illorum hortatui, sum *audacter* aggressus, an *prudenter*, alii judicabunt: utcunque sit; si quid laudis mereatur in negotio arduo et prorsus intentato, operam navasse; Me veniam saltem a Doctis meriturum non prorsus despero. Sane in *Novum* quendam *Orbem*, et aliam quasi *Americam* (utinam et *divitem!*) navigium meum trajeci: si in *rupes* aut *salebras* offenderim, *Navigator* nondum *undarum* sciens, Me velim errantem peritiores corrigant, et in viam reducant, cupientem semper discere, semper auscultaturum.

— — — *Haec si vera videtur,*
Dede manus: aut si falsa est, accingere contra.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΑΛΑΛΑ

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANONYMI CHRONOLOGICA.

Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ O 1
κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. οὕτω μὲν οὖν ὁ πρῶτος ἐγένετο V 1
ἄνθρωπος παρὰ θεοῦ, ᾧ ὄνομα Ἀδάμ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὔα·
ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ θεός. ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν O 2
ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ υἱοὺς τρεῖς, τὸν Καΐν, τὸν Ἀβέλ, καὶ
τὸν Σήθ, καὶ θυγατέρας δύο, τὴν Ἀζουρὰν καὶ τὴν Ἀσουάμ.
καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ κατὰ κέλευσιν θεοῦ ἐπέθηκεν ὀνόματα πᾶσι τοῖς
τετραπόδοις καὶ πετεινοῖς καὶ ἀμφιβίοις καὶ ἑρπετοῖς καὶ ἰχθύσι
καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις· τὸ δὲ αὐτοῦ ὄνομα καὶ τῆς γυναικὸς αὐ-
τοῦ ἄγγελος κυρίου εἶπεν αὐτοῖς. καὶ ὁ μὲν Καΐν ἔλαβε γυναῖκα
τὴν πρώτην ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἀζουράν, Σὴθ δὲ τὴν δευτέραν B
Ἀσουάμ· καὶ ὁ μὲν Ἀβὲλ παρθένος τε καὶ δίκαιος ὑπῆρχε καὶ
ποιμὴν προβάτων, ἐξ ὧν θυσίας προσαγαγὼν τῷ θεῷ καὶ δεχθεὶς
ἀναιρεῖται, φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Καΐν.

Inscribit editio Oxoniensis *Χρονογραφία Ἰωάννου Ἀντιοχέως, τοῦ καὶ Μαλάλα. Cui, cum sit ἀκέφαλος, praefixa sunt Anonymi cujusdam Excerpta Chronologica, ab Orbe Condito deducta, necdum edita.*

1. *Βίβλος*] Conf. Genes. cap. V. 1. 3. *θεοῦ* codex, *θεῷ* Ox. *ibid. Εὔα* Chilmeadus, *Εβα* editio Oxoniensis. 5. *αὐτοῦ* Ch., *αὐτῆς* Ox. 6. *Ἀσουάμ* Ox., *Ἀσονάμ* cod. 11. *αὐτοῦ* Ch., *αὐτῆς* Ox.

Liber generationis hominum quo die creavit Deus Adamum ad imaginem et similitudinem suam. Hic scilicet primus hominum a Deo conditus est; Adamus autem vocatus est; uxorem vero habuit Evam: Masculum et foeminam Deus creavit eos. Adamus autem ex uxore sua tres genuit filios, Cainum, Abelum, et Sethum; filiasque duas, Azuram et Asuam. Adamus autem ex jussu divino nomina indidit omnibus quadrupedibus, volatilibus, amphibiis, reptilibus, piscibus, liberisque suis. Ipse vero uxorque nomina sua a Dei angelo acceperunt. Cainus autem sororem suam primogenitam, Azuram, uxorem habuit, Sethus vero Asuam natu minorem. Caeterum Abelus virgo justusque erat, et pastoriciam exercebat: de gregibus autem suis victimas Deo offerens, et ab eo acceptus, a fratre suo Caino per invidiam occisus est.

Digitized by Google

Ὁ δὲ Καῒν γεωργὸς τυγχάνων, καὶ μετὰ τὴν καταδίκην χειρόνως βιώσας, πρῶτος μέτρα καὶ στάθμια καὶ γῆς ὅρους ἐπενόησεν· εἶτα κτίσας ἐν γῇ Ναῒδ πόλιν κατέναντι Ἐδὲμ ἐπωνόμασεν
V 2 αὐτὴν εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώς, καὶ εἰς ἓν συνελθεῖν τοὺς οἰκείους αὐτοῦ ἀναγκάσας εἰς πολέμους ἑαυτὸν ἀπησχόλει. κατὰ δὲ 5
ταῦτα τῆς οἰκίας ἐπ' αὐτὸν πεσούσης ἀπέθανεν, ὡς ἔνιοί φασιν, ἕτεροι δὲ ὅτι Λαμὲχ αὐτὸν ἀπέκτεινεν. ἀλλ' ὁ μὲν Καῒν ἐγέννησε τὸν Ἐνώς, ὁ δὲ Ἐνὼς τὸν Γαϊδάδ, ὁ δὲ Γαϊδὰδ τὸν Μαλελεήλ,
O 3 ὁ δὲ Μαλελεὴλ τὸν Μαθουσάλα, ὁ δὲ Μαθουσάλα τὸν Λαμέχ, 10
ὃς καὶ δύο γυναῖκας ἀγόμενος, Ἐλδὰν καὶ Σελάν, ἐγέννησε τὸν Ἰοβὴλ καὶ τὸν Ἰουβὰλ καὶ τὸν Θοβέλ. ὁ δὲ μὲν Ἰοβὴλ κατέδειξε κτηνοτροφίαν, ὁ δὲ Ἰουβὰλ κατέδειξε ψαλτήριον καὶ κιθάραν, ὁ δὲ Θοβὲλ σφυροκοπίαν χαλκοῦ καὶ σιδήρου. καὶ ὁ μὲν ἐν σκη-
B ναῖς κατοικεῖν κτηνοτροφεῖν τε καὶ γεωργεῖν ᾑρετίσατο, ὁ δὲ κι- 15
θαρῳδίας καὶ τραγῳδίας τοῖς δαιμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενόησεν, ὁ δὲ ξίφη τε καὶ ὅπλα χορηγεῖν εἰς πολέμους ἐμηχανήσατο. τὸ οὖν γένος Καΐν μέχρι τούτου ἀξιωθὲν μνήμης τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πατέρων ἀποκρίνεται, ἵνα μήτε τοῖς πρώτοις ᾖ συνταττόμενος μήτε τῶν ἑξῆς ἀφηγούμενος. τὸ τοίνυν „πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει" τοιαύτην ἔχει 20
τὴν λύσιν· ἕκαστος μὲν τῷ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματι ἀποθανεῖται, σὺ

5. κατὰ] Fort. μετὰ. 10. Ἐλδὰν] Sic et p. 3. E. (ed. Venetae, quam semper cito). Ἀδὰν Genesis IV. 19. s. Eadem Σελλὰν et Ἰωβήλ. 15. Vid. Bentleii Epist. ad Millium p. 44. 18. μήτε — μήτε] μὴ καὶ — μηδὲ Ox., μηδὲ — μηδὲ Iulius Pollux Histor. phys. p. 54. ed. Hardt. 19. πᾶς] Genes. IV. 15. 21. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ Ox.

Cainus autem agriculturae intentus erat: post condemnationem vero deterior factus, mensuras, pondera et limites primus excogitavit. Urbe deinde in terra Naid, e regione Eden, extructa, Enos, a filii sui nomine, vocavit eam: coactisque in unum suis omnibus, bellis operam dedit. Aedis deinde ruina oppressum periisse eum volunt nonnulli: alii vero a Lamecho eum perhibent interemptum. Caeterum Cainus genuit Enosum; Enosus vero Gaidadum; Gaidadus Maleleelem; Maleleel Mathusalam; a quo Lamechus genitus est; qui duabus ductis uxoribus, Elda et Sela, Jobelum, Jubalum, et Thobelum progenuit. Jobelus autem armentarius fuit: Jubalus vero psalterium excogitavit et citharam, at Thobelus aere et ferro tractando occupatus fuit. Ille itaque in tentoriis degens, armentis nascendis atque agriculturae sese devovit: alter tragoediarum et comoediarum, daemonicis addictus studiis, primus auctor fuit: Hic vero gladiis, armisque in belli usum fabricandis operam dedit. Atque hactenus quidem Caini progenies memoratu digna, a numero tamen Patriarcharum excluditur; adeo ut nec ipse primis Patribus annumeretur; nec, ceu generis sui auctor, deinceps recenseatur. Illud vero: *Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur*, hoc modo intelligendum est. Unus-

Digitized by Google

δὲ ὁ τοῦ φόνου κατάρξας καὶ τοῖς ἄλλοις ὑφηγητὴς τοῦ ἁμαρτήματος γενόμενος ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσεις, τουτέστιν ἑπταπλασίως τιμωρηθήσῃ καὶ πάμπολλα. σύνηθες γὰρ τῇ γραφῇ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἑπταπλασίονα κεχρῆσθαι, καὶ ἔστιν ἀδιορίστου πλήθους σημαντικόν, ὡς τὸ „ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα" καὶ τὸ „ἡ στεῖρα ἔτεκεν ἑπτά" καὶ „οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομήκοντα ζ'." ἐν μὲν γὰρ τοῖς παρὰ τοῦ Κάϊν τετολμημένοις πρῶτον ἁμάρτημα φθόνος, β' δόλος, γ' φόνος, δ' ὅτι ἀδελφοῦ, ε' ὅτι πρῶτος φόνος, ς' ὅτι γονεῦσι πένθος ἐποίησεν, ζ' ὅτι θεῷ ἐψεύσατο· ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Κάϊν ζ' ἁμαρτήματα. αἱ δὲ εἰς κόλασιν αὐτοῦ παρὰ τῆς θείας δίκης ἐπενεχθεῖσαι τιμωρίαι εἰσὶν αὗται. α' ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπό σου, β' ἐργᾷ τὴν γῆν, γ' οὐ προσθήσει τοῦ δοῦναί σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, δ' στένων καὶ τρέμων, μετὰ τὴν ε' ὁμοῦ, ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ς' ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ Κάϊν, εἰπών, Εἰ ἐκβάλλῃς με νῦν ἀπό σου καὶ ἀπὸ προσώπου σοῦ κρυβήσομαι, ζ' τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι δηλοποιεῖσθαι· ἔθετο γάρ, φησί, κύριος ὁ θεὸς τῷ Κάϊν σημεῖον τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν πάντα τὸν εὑρίσκοντα αὐτόν.

Ὁ δὲ Ἀδὰμ σλ' ἐτῶν ἦν, ὅτε ἐγέννησε τὸν Σήθ. οὗτος ὁ Σὴθ πρῶτος ἐξεῦρε γράμματα Ἑβραϊκὰ καὶ σοφίαν καὶ τὰ σημεῖα

5. ἀπόδος] Psalm. LXXVIII. 12. 6. ἡ στεῖρα] Samuel. I. 2. 5. *ibid.* οὐ] Matth. XXVIII. 22. 12. αὗται] Conf. Genes. IV. 11. s. 14. τὴν] τῆς Ch. V. p. 25. A. 15. ἐκβάλλῃς] ἐκβάλλεις Genes. IV. 14. 17. δηλοποιεῖσθαι Ch., δηλοποιῆσθαι Ox. 18. φησί] Genes. IV. 15.

quisque pro peccato suo morietur: Tu vero, qui homicidium primus patrasti, aliisque hujus sceleris auctor primus extitisti, septuplum punieris; id est, septemplices gravesque dabis poenas. Scripturis enim solenne est numerum hunc pro multiplici ponere; indefiniti enim numeri nota est: ut in illo loco; *Redde vicinis nostris septuplum:* et, *Sterilis peperit septem:* et, *Non dico tibi, usque septies; sed usque septuagies septies.* In facinore vero hoc a Caino perpetrato, peccatum I, erat Invidia: II, Fraus: III, Homicidium: IV, Quod in fratrem commissum est: V, Quod homicidium primum erat: VI, Quod parentes luctu affecit: VII, Quod Deo mentitus est. Haec quidem septem sunt Caini peccata. Poenae vero, quibus a Justitia Divina castigatus est, sunt istae: I, *Maledicta terra propter te:* II, *Operaberis terram:* III, *Non dabit tibi vires suas:* IV, *Gemebundus et pavefactus;* ibidemque V, *eris super terram:* VI, quam Cainus ipse indicavit his verbis; *si ejeceris me a te et a facie tua abscondar:* VII, Quod nec occulta fuit haec poena, sed signo notabili omnibus manifestata: dictum enim est; *Posuitque Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset.*

Adamus autem, annos natus CCXXX genuit Sethum. Sethus vero iste primus invenit literas Hebraicas, et sapientiam, signa item coelestia, an-

Digitized by Google

τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν καὶ τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἄστροις ἐπέθηκεν ὀνόματα καὶ τοῖς πέντε πλανήταις, εἰς τὸ γνωρίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ μόνον, καὶ τὸν μὲν α' πλανήτην ἀστέρα ἐκάλεσε Κρόνον, τὸν δὲ β' Δία,
O 5 τὸν δὲ γ' Ἄρεα, τὸν δὲ δ' Ἀφροδίτην, τὸν δὲ ε' Ἑρμῆν· τοὺς 5
E γὰρ δύο φωστῆρας ἥλιον καὶ σελήνην ὁ θεὸς ἐκάλεσε.

Σὴθ δὲ ὢν ἐτῶν σε' ἐγέννησε τὸν Ἐνὼς ἕτερον, ὃς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸν κύριον. μετὰ τοῦτον οἱ αὐτοῦ ἀπόγονοι καὶ ὁ Σήθ, προμηνυθέντες ἄνωθεν, ἔγραφον τὰ μέλλοντα περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν λιθίναις καὶ ὀστρακίναις πλαξί, σημαίνοντες ὅτι 10
V 8 ἀναλωθῆναι καὶ φθαρῆναι μέλλει τὸ πᾶν ἢ ὑπὸ πυρὸς ἢ ὑπὸ ὕδατος, καὶ εἰ μὲν ὑπὸ πυρός, σωθήσονται τὰ γράμματα ἐν ὀστρακίναις πλαξί, εἰ δὲ ὑπὸ ὕδατος, ἐν λιθίναις. ἐλθόντος δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἅπαντας ἀπολέσαντος, μόνος ἐσώθη Νῶε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες πρὸς δευτέρου ἀνακαίνισιν κό- 15
σμου. μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Καϊνάν, ὃ υἱὸς Ἀρφαξάδ, συνεγράψατο τὴν ἀστρονομίαν, εὑρηκὼς τὴν τοῦ Σὴθ καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ὀνομασίαν, ὡς εἴρηται, τῶν ἀστέρων ἐν πλακὶ λιθί-
O 6 νῃ γεγραμμένην· ἥτις στήλη μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰς τὸ Σίριδος ὄρος ἔμεινε, καὶ ἔστιν ἕως ἄρτι, ὥς φησιν Ἰώσηπος. 20

Ἀδὰμ τοίνυν κατὰ τὸν σοφώτατον καὶ θεῖον ὑποφήτην

4. Δία Ch., Δίαν Ox. 7. τὸν male positum. Conf. vol. II. p. 7. D. 14. ἀπολέσαντος Ch., ἀπολέσας Ox. 18. τέκνων τὴν Ox. ibid. καὶ ante τῶν delendum vidit Ch. 20. Ἰώσηπος] Arch. I. 2. 3., ubi est Συριάδα. De pravo Σίριδος conf. Schurzfleisch. Notit. Bibl. Vinar. p. 60.

norumque conversiones, menses etiam, et septimanas; stellis etiam nomina indidit, et quinque Planetis, tantum ut ab hominibus dignoscerentur: quorum I, Saturnum nominavit; II, Jovem; III, Martem; IV, Venerem; V, Mercurium; duobus enim Luminaribus, Soli nempe et Lunae, Deus nomina imposuit.

Sethus vero, annum agens quintum supra ducentesimum, Enosum alterum genuit; qui speravit vocari Dominus. Hujus posteri, atque Sethus, coelitus edocti, de futuro diluvio scripserunt in tabulis tum lapideis, tum latericiis, innuentes mundum universum consumptum iri, vel ab igne, vel ab aqua; et si ab igne, literas hasce tabulas latericias, sin ab aqua, lapideas incolumes praesitituras. Superveniente itaque diluvio, cunctaque obruente, solus Noa, cum filiis et filiabus suis, in orbis novi instaurationem, servatus est. Post diluvium vero Cainan, filius Arphaxad, inventa hac Sethi, filiorumque ejus tabula lapidea astrorum, uti dictum est, nominibus inscripta, Astronomicam scientiam conscripsit. Columna vero haec post diluvium in Sirido monte reperta est; superestque ad hunc usque diem, uti Josephus testatur.

Adamus itaque annos natus ccxxx, uti tradit sapientissimus ac divi-

Digitized by Google

Μωϋσῆν γενόμενος ἐτῶν σλ' ἐγέννησε τὸν Σήθ, ἔνησκει δὲ κατὰ B
τὴν παραβάσεως ἡμέραν· χιλιονταετίας γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας
ἰχούσης τὸ διάστημα, ϡλ' ἔτη μόνον ζήσας τελευτᾷ. τοῦτον λέγε-
ται ταφῆναι κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γῆν, ὥς φησιν Ἰώσηπος.
Σὴθ δὲ γενόμενος ἐτῶν σε' ἐγέννησε τὸν Ἐνώς, καὶ μετὰ
τοῦτο ἔζησεν ἔτη ψζ', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡιβ'.
περὶ οὗ εἴρηται „εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας
τῶν ἀνθρώπων," ἤτοι τὰς ἀπὸ τοῦ Κάϊν. Θεὸν γὰρ αὐτὸν οἱ τότε
ἄνθρωποι προσηγόρευον διὰ τὸ ἐξευρεῖν τὰ Ἰουδαϊκὰ γράμμα-
τα, τὰς τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὴν πολ-
λὴν αὐτοῦ εὐσέβειαν θαυμάσαντες, ὥστε καὶ πρῶτον ἐπικαλεῖ- C
σθαι θεὸν καὶ ὀνομάζεσθαι, καθὰ καὶ τῷ Μωϋσεῖ λέγει κύριος,
„θεὸν δέδωκά σε τῷ Φαραῷ," καὶ περὶ τῶν ἐναρέτων καὶ πνευ-
ματικῶν καὶ τῶν κριτῶν ἔφη, „θεοὺς οὐ κακολογήσεις καὶ ἄρ-
χοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς." εἰκότως οἱ τοῦ Σὴθ
καὶ τοῦ Ἐνὼς καὶ Ἐνὼχ παῖδες υἱοὶ Θεοῦ καὶ υἱοὶ τῶν θεῶν κα- O 7
τὰ τὸν Σύμμαχον νοεισθωσαν, οἵτινες ἁλόντες ἀκολασίᾳ πρὸς
τὰς θυγατέρας Κάϊν εἰσῆλθον, ἐξ ὧν οἱ ἐκ τῆς καταλλήλου μιαι-

1. *Μοϋσῆν* Ox. Est Genes. V. 3. 5. *Σὴθ δὲ γενόμενος* — p. 16. 19. in codice sequuntur post illa p. 8. A. *Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.* vid. Hodii Proleg. XLI. 1. Transposuit Chilmeadus, quem imitandum duxi. 7. *εἴρηται*] Genes. VI. 4. 11. *ὥστε* restitui ex Suida v. *Σήθ*, *ὅς γε* Ox. *ibid. πρῶτον*] *πρῶτος* Ox. 12. *ὀνομάζεσθαι* Suidas, *ὀνομάζειν* Ox. *ibid. τῷ Μοϋσεῖ*] *τὸ Μοϋσῇ* Ox. Vide Exod. VII. 1. 14. *ἔφη*] Exod. XXII. 28. *ibid. ἄρχοντας*] Sic et Theodoretus vol. I. p. 60. Sch., *ἄρχοντα* Exodus et Suidas. 15. *Σὴθ καὶ* cod., *Σὴθ* Ox. 17. *ἁλόντες* Ch., Suidas, *ἁλῶντες* Ox. 18. *ἐκ τῆς* Ch. cum Suida v. *μιαιγαμίαι*, *τῆς* Ox. et Suidas v. *Σήθ*. *ibid. καταλλήλου — γίνονται* Ch. cum Suida, *κατ' ἀλλήλου — γένονται* Ox.

nus Propheta Moses, Sethum genuit: mortuus autem est ipso transgressionis die. Quum enim dies apud Deum mille annorum sit spatium, Adamus annis DCCCCXXX tantum exactis, diem suum obiit: sepultum vero eum tradunt in regione Hierosolymitana, uti testatur Josephus.

Sethus autem annos natus CCV, genuit Enosum; et deinceps vixit annos DCCVII, et mortuus est: omnes itaque anni ejus fuerunt DCCCCXII. De hoc dictum est: *Ingressi sunt filii Dei ad filias hominum*; nempe ad mulieres a Caino oriundas. Deum enim eum appellarunt illius aevi homines, tum ob literas Hebraicas, et astrorum nomina ab illo excogitata; tum ob insignem ejus pietatem. Hic etiam primus Dei nomine appellatus est; juxta illud quod Moisi dicit Dominus: *Constitui te Deum Pharaonis.* De virtute etiam illustribus, et spiritualibus hominibus, et de Judicibus populi dixit, *Diis non detrahes, et principibus populi tui non maledices.* Merito itaque Sethi, Enosi, et Enochi filii, secundum Symmachum, filii Dei et Deorum, dicti intelligantur; qui amore filiarum Caini flagrantes,

Digitized by Google

γαμίας γίνονται γίγαντες, διὰ μὲν τὸν δίκαιον Σὴθ ἰσχυροὶ καὶ μέγιστοι, διὰ δὲ τὸν ἄδικον καὶ βέβηλον Κάϊν πονηροὶ καὶ κάκιστοι.

Ἐνὼς δὲ γενόμενος ἐτῶν ρμ' ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν, καὶ μετὰ
D τοῦτο ἔζησεν ἔτη ψμ', καὶ ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ, καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡι'.

Μαλελεὴλ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρξε' ἐγέννησε τὸν Ἰάρεδ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ψλ', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ωϟε'.

Ἰάρεδ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρξβ' ἐγέννησε τὸν Ἐνώχ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ω', καὶ ἀπέθανε, περὶ οὗ εἴρηται ἡ μετάθεσις, ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡξβ'.

O 8 Ἐνὼχ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρξε' ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ωβ', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡξθ'.

Λάμεχ δὲ γενόμενος ρπη' ἐγέννησε τὸν Νῶε, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη φξε', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ψνγ'. δύο

4. Ἐνὼς δὲ γενόμενος ἐτῶν ρμ'] „Omnia hic mendosa et mutila: verisimile est hoc modo scripsisse Auctorem. Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ρϟ', ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν· καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη φιε', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡε'. Καϊνᾶν δὲ γενόμενος ἐτῶν ρο', ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ψμ', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϡι'." Ch. V. Genes. V. 9. s. 5. Μελελεήλ Ox. 10. περὶ — μετάθεσις post Ἐνώχ pone. 12. καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ωβ'] „Iterum confusa omnia: locus tamen iste ab oscitantibus librariis foedissime mutilatus, hoc modo fortasse ex Eusebio restituendus. καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη σ', καὶ μετετέθη, ζήσας τὰ πάντα ἔτη τξε'. Μαθουσάλα δὲ γενόμενος ἐτῶν ρξζ', ἐγέννησε τὸν Λάμεχ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ωβ', καὶ ἀπέθανε, ζήσας etc. Sed videamus etiam LXX. hoc loco." Ch. V. Genes. V. 22. s. 16. ψνθ'] „Numerus iste mendosus est: scribendum ψνγ', secundum Auctoris computum." Ch. V. Genes. V. 31.

ad eas ingressi sunt: ex quibus pollutis nuptiis Gigantes nati sunt, propter justum quidem Sethum, robusti et procerissimi; propter Cainum vero iniquum et profanum, improbi pessimique.

Enosus autem annos natus CXL, genuit Cainanum; et deinde vixit annos DCCXL, et genuit Maleleelem, et mortuus est, cum vixisset annos DCCCX.

Maleleel vero annos natus CLXV, genuit Jaredum, et deinceps vixit annos DCCXXX, et mortuus est, cum vixisset annos DCCCXCV.

Jaredus autem annos natus CLXII, genuit Enochum, (qui translatus esse dicitur:) et deinde vixit annos DCCC, et mortuus est, cum vixisset annos DCCCCLXII.

Enochus vero annos natus CLXV, genuit Mathusalam, et deinde vixit annos DCCCII, et mortuus est, cum vixisset annos DCCCCLXIX.

Lamechus autem annos natus CLXXXVIII, genuit Noam, et deinceps vixit annos DLXV, et mortuus est, cum vixisset annos DCCLIX. Duorum

Digitized by Google

τοίνυν Λάμεχ ἡ γραφὴ μνημονεύει, ἕνα μὲν τὸν ἀπὸ τοῦ Κάϊν, E
ἕτερον δὲ τὸν πατέρα Νῶε· γεγέννηται γὰρ Νῶε διὰ Λάμεχ οὐκ
ἐκ τοῦ Καΐν τοῦ καὶ πεφονευκότος ἄνδρα καὶ νεανίσκον, ἀλλ' ἐκ
μεταγενεστέρου καὶ ἐξ ὁμωνύμου τοῦ ἀπὸ Σήθ· ἐκεῖνος γὰρ λέγει
„ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα
ἐμοί." καὶ ὡς δύο φόνους πεποιηκὼς καὶ τῶν δύο τὰς γυναῖκας
εἰληφώς, Ἐλδὰν καὶ Σελάν, ἑαυτὸν καταμέμφεται ἑβδομηκον- V 4
τάκις ἑπτὰ ἄξιον εἶναι κολάσεως, ὅτι ἐκ Κάϊν μέν, φησίν, ἐκδι-
κεῖται ἑπτάκις, ἐκ δὲ Λαμὲχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, διὰ τοῦτο
μειζόνως κολάζεται, ὥσπερ καὶ ὁ Λάμεχ οὕτως πέπονθε· τοῦ δι-
καίου γὰρ Ἐνὼχ ἀδελφοὺς ἀνεῖλε, τοῦ πίστει διὰ τούτων προσευ-
ξαμένου μὴ ἰδεῖν τοιοῦτον θάνατον, καὶ ἀκουσθεὶς μετετέθη. ἦν
δὲ Ἐνὼχ ἐκ τοῦ δικαίου Σήθ, ἐξ οὗ Χριστὸς κατάγεται, γενεα- O 9
λογούμενος κατὰ τὴν τοῦ θείου καὶ εὐσεβοῦς Λουκᾶ ἀναπόδισιν
ἕως τοῦ Σὴθ καὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ θεοῦ.

Νῶε δὲ γενόμενος ἐτῶν φ' ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, τὸν Σήμ,
τὸν Χάμ, τὸν Ἰάφεθ. μετὰ δὲ ἔτη ρ' τοὺς ἑαυτοῦ τεχθῆναι B
υἱοὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν κιβωτόν, ὑπάρχων ἐτῶν χ', καὶ οὕτω γί-
νεται ὁ κατακλυσμός. καὶ ἐν τῷ ἑνὶ καὶ χ' ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ
ἐξῆλθεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔζησεν ἔτη

2. τὸν πατέρα Ch., τοῦ πατρὸς Ox. 4. λέγει] Genes. IV. 23. s. 10. κολάζεται cod., κολάζηται Ox. ibid. οὕτως] „Forte legendum οὗτος." Ch. 12. μετετέθη cod., μετατέθη Ox. 14. Λουκᾶ] III. 38. ἀναπόδισιν cod., ἀναπόδησιν Ox. 17. τοὺς] „Articulus τοῦ hoc loco deesse videtur." Ch. 19. ἔτει Ch., ἔτη Ox.

vero Lamechorum meminit scriptura; unius, a Caino oriundi; alterius, qui Noae pater erat. Noa enim natus est, non a Lamecho qui a Caino ortum duxit; qui etiam virum occidit et adolescentulum; sed a posteriore ejusdemque cognomine qui ex Sethi posteris erat. Ille enim dicit: „Occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum." Et quod duo homicidia perpetrasset, occisorumque uxores ambas, Eldam et Selam, sibi accepisset, ipse septuagies septemplicis punitionis se dignum profitetur. „Septuplum enim (*inquit*) ultio dabitur de Cain; de Lamech vero septuagies septies." Atque ideo majorum poenarum dignus censebatur Lamechus, (quas etiam passus est) eo quod Enochi justi fratres e medio sustulisset; qui ex fide idcirco Deum precatus est, ne ipse tali morte periret: precibus itaque ejus auditis, translatus est. Enochus vero ortum duxit a justo Setho, a quo Christus oriundus est; cujus genealogiam divinus et sanctus Lucas recenset, retro eam deducens adusque Sethum, Adamum, et Deum.

Noa vero D annos natus, tres genuit filios, Semum, Chamum, et Japhetum. Exacto autem anno centesimo post filios hosce natos, Noa in arcam ingressus est, annos natus DC, propter aquas diluvii. Anno autem vitae suae DCI, ex arca egressus est: post diluvium vero vixit annos CCCL,

Digitized by Google

τν', καὶ ἀπέθανεν ζήσας τὰ πάντα ἔτη ϑν'. ἐπειδὴ δέ ποτε ὁ κατακλυσμὸς ἐπαύσατο, ὁ μὲν φόβος ἐνεδίδου λοιπόν, ἐπετείνετο δὲ τὰ τῆς ἀϑυμίας αὐτῷ σφόδρα, καὶ τὸ προφητικὸν ἔπασχεν, ὃ περὶ τῆς ἡμέρας κυρίου φησὶν Ἀμώς, „ὃν τρόπον ἐὰν ἐκφύγῃ ἄνϑρωπος ἀπὸ προσώπου λέοντος καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκος καὶ εἰσ- 5
ἐλϑῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καὶ ἀπερείσῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον καὶ δάκῃ αὐτὸν ὄφις," οὕτω συνέβαινε τότε. καὶ γὰρ τῆς
C κιβωτοῦ προκύψαντα καὶ τῆς δυσώδους καὶ στενοχωρουμένης
O 10 εἱρκτῆς ἐκείνης ἀπαλλαγέντα, χειμὼν ἕτερος διεδέχετο τοῦ προτέρου οὐχ ἧττων, τὴν ἀπορίαν καὶ ἀπώλειαν ἐννοήσας τοῦ γένους. 10

Σὴμ δὲ μετὰ δύο ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ, γενόμενος ρβ' ἐτῶν, ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξάδ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη φ', καὶ ἀπέϑανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη χβ'.

Ἀρφαξὰδ δὲ γενόμενος ρλέ' ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη νγ', καὶ ἀπέϑανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη φλη'. 15

Καϊνᾶν δὲ γενόμενος ἐτῶν ρϑ' ἐγέννησε τὸν Σάλα, καὶ μετὰ

1. τ'] „Scribendum τν', ut ex Textu sacro et Auctoris ipsius computatione manifesto apparet." Ch. V. Genes. IX. 28. 4. Ἀμώς] V. 19. 5. εἰσέλϑῃ] εἰσέλϑοι Ox. 6. ἀπερείσῃ] ἀπερίσοι Ox., ἀπερείσοι Ch. 7. συνέβαινε Ch., συνέβενε Ox. 8. στενοχωρουμένης cod., στενοχορουμένης Ox. 9. ἐκείνης addit cod., om. Ox. 10. ἧττων Ch., ἧττον Ox. ibid. ἐννοήσαντα Ch. 14. Ἀρφαξὰδ δὲ γενόμενος ρλβ' etc.] „Omnia hic mendosa: Legendum, Ἀρφ. δὲ γενόμενος ἐτῶν ρλέ', ἐγέννησε etc. et deinde pro ν'. scribe νγ'. uti habet LXX versio, quam Graeci ubique sequuntur: ex istis enim numeris rite conficitur numerus totalis annorum DXXXVIII, quem auctor nobis exhibet. Caeterum de Cainan hoc insititio nihil dicemus: Nodus iste summa jamdudum exercuit ingenia, necdum explicatur." Ch. Reposui ρλέ' et νγ'. 16. Καϊνᾶν δὲ γενόμενος ἐτῶν ρϑ',] „Nec aliis, nec sibi in hisce calculis constat Auctor noster. LXX seniores Cainan CXXX annorum fuisse cum Salam generaret, et deinde vixisse annis CCCXXX affirmant: quibus numeris compositis, anni CCCCLX, non CCCLXVII, uti Noster habet, conficiuntur." Ch.

et mortuus est, cum vixisset annos DCCCCL. Diluvio tandem cessante, timorem quidem omnem deinceps deposuit; caeterum maxima eum cepit animi dejectio; et Propheticum illud omnino passus est, quod de die Domini ab Amoso dictum est: „Quomodo si fugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus; et ingrediatur domum, et innitatur manu sua super parietem, et mordeat eum coluber:" eodem modo tunc temporis evenit. Ex arca quippe egressum, et foetido illo arctoque carcere liberatum, tempestas alia priore nequaquam mitior eum excepit; cum generis sui angustias, ipsamque adeo deletionem ob oculos jam haberet.

Semus vero, post annum secundum a diluvio, vitae suae anno CII, genuit Arphaxadum; et deinde vixit annos D, et mortuus est, ubi vixisset annos DCII.

Arphaxadus autem annos natus CXXXII, genuit Cainanum, et deinde vixit annos CCCC, et mortuus est, cum vixisset annos DXXXVIII.

Cainanus vero annum agens CIX, genuit Salam, et deinceps vixit an-

Digitized by Google

τοῦτο ἔζησεν ἔτη τλ', καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη τξζ'. τὸν δὲ Σάλα ὁ πατὴρ αὐξηθέντα γράμματα ἐξεπαίδευσε· καὶ δή ποτε ὁ Σάλα πορευθεὶς ἀποικίαν κατασκέψασθαι, ἐλθὼν κατὰ D γῆν Χαλδαίων γράμματα ἐπί τινων διακεχαραγμένα πετρῶν ἐντυχών· τὰ δ' ἦν ἄρα τῶν Ἐγρηγόρων παράδοσις· ταῦτα δὲ ἐγγραψάμενος ὁ Σάλα αὐτός τε ἐν αὐτοῖς ἐξημάρτανε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν αὐτὴν ἀτοπίαν ἐξεπαίδευσεν. ὁ δὲ Σάλα γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ἔβερ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη υ' τρία, καὶ ἀπέθανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη φλγ'. O 11

Ἔβερ δὲ γενόμενος ρλδ' ἐγέννησε τὸν Ἰεκτὰν καὶ τὸν Φάλεκ. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἔβερ ἐννοοῦσιν οἱ ἄνθρωποι πύργον κατασκευάσαι οὐρανομήκη πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ κατακλυσμοῦ, ὡς τοῦ θεοῦ ἐπιβουλεύοντος αὐτοῖς· ἦσαν γὰρ πάντες μιᾷ φωνῇ. Νεβρὼδ δὲ ὁ γίγας, Χουσαὶ τοῦ Αἰθίοπος υἱός, προσέτασσε καὶ εἰς βρῶσιν E ἀγρεύων ἐχορήγει ζῶα. ὁ δὲ Ἔβερ, ὁ τοῦ Σάλα υἱός, ἐπείγειν ἐγκειρίστο τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου καὶ τῆς Βαβυλῶνος, ὅ ἐστι σύγχυσις. τῶν δὲ πάντων ἐπὶ τὴν τοῦ πύργου καὶ τῆς πόλεως ὁρμησάντων οἰκοδομὴν ἀρχηγοὺς εἶχεν οβ', μόνος δὲ Ἔβερ οὐ συνέθετο τῇ τούτων ἀλογίστῳ ἐργασίᾳ· διὸ καὶ πάντων αἱ γλῶσσαι συνεχύθησαν, τῶν συντεθειμένων εἰς οβ' γλώσσας διαι- V 5
ρεθέντων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρχόντων αὐτῶν· τούτῳ μόνῳ O 12

4. διακεχαραγμένα Pollux p. 66. pro ἐντυχὼν ponens εὑρίσκει, διακεχαραγμένων Ox. Idem mox παραδόσεις — τοὺς ἄλλους — ἐξεπαίδευσεν. 9. φλγ' Ch., φγ' Ox. 14. Χουσαὶ] Χοῦς Ch. Χουσὲ Theod. Melit. 15. ἐχορήγει cod., ὀχορήγει Ox. 20. συνεχύθησαν vel συνεχέθησαν Ch., συνεχήθησαν Ox. ibid. συντεθειμένων Ox., συντεθημένων cod.

nos CCCXXX, et mortuus est, cum vixisset annos DCCLXVII. Caeterum Sala jam grandior factus literis a patre imbutus est. Egressus autem, ad explorandum habitandi locum, in Chaldaeam venit: ubi incidens in tabulas quasdam lapideas literis inscriptas, (ab Egregoris hae traditae sunt) easdem Sala describens et ipse in eis peccavit, et alios etiam iisdem imbuit ineptiis. Sala autem annos natus CXXX, genuit Heberum; et deinde vixit annos CCCCIII, et mortuus est, cum vixisset annos DIII.

Heberus vero, annos natus CXXXIV, genuit Jectanum et Phalecum. Heberi autem tempore consilium inierunt homines turris extruendae, cujus culmen ad coelum pertingeret, ad evitanda scilicet diluvia; ac si Deus eis insidias structurus esset: erant enim omnes labii unius. Nebrodus autem gigas, Chusi Aethiopis filius, coepti hujus aliis auctor erat, feras etiam ex venatione captas eis in victum suppeditans. Extructionem vero tum turris, tum urbis Babyloniae (quae Confusionem sonat) urgere jussus est Heberus Salae F. Populo autem universo ad turrim hanc, urbemque extruendas convenienti, praefecti erant LXXII: solus scilicet Heberus istorum stulto conatui non est adsensos; unde cum reliquorum omnium sermo, secundum praefectorum numerum, in linguas LXXII divisus esset, so-

Digitized by Google

τῷ Ἕβερ θεὸς οὐχ ὑστέρησε τὴν ἀρχαίαν φωνήν. ὅθεν οἱ ἀπομείναντες ἐν τῇ προτέρᾳ γλώσσῃ Ἑβραῖς αὐτὴν ἐπωνόμασαν κατὰ τὴν τοῦ κρατήσαντος αὐτὴν ἐπωνυμίαν Ἕβερ εἰς τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, οἵτινες πατρωνυμικῶς καὶ φερωνύμως Ἑβραῖοι καλοῦνται. διὸ καὶ τῇ τῶν Ἑβραίων γλώσσῃ ἐχρῶντο οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε καταγομένους καὶ τὸν δεύτερον Ἀδάμ, τὸν Χριστὸν λέγω, τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ δῆλον κατὰ τὸν πρῶτον πάντων Ἀδὰμ χρώμενον, ὡς τὸ ἐφαθὰ καὶ ταλιθὰ κοῦμι καὶ λιμὰ σαβαχθανὶ καὶ τὰ ὅμοια. καὶ μέντοι καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα ἐναργὲς τεκμήριον
B τοῦ ταύτην εἶναι φωνὴν τὴν πρὸ τῆς συγχύσεως, καὶ ταύτῃ τὸ ζητούμενον ἑρμηνεύεται, ἐφ' ὧν κατ' οὐδεμίαν ἔστι γλῶσσαν τὸ σημαινόμενον ἐπιλύσασθαι, οἷον τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῶν λοιπῶν αἱ προσηγορίαι δι' ἑτέρας οὐδεμίας ἑρμηνεύονται, εἰ μὴ διὰ τῆς Ἑβραϊκῆς καὶ μόνης. ταύτην γὰρ τὴν γλῶσσαν καὶ Συριακὴν λέγουσιν, ὡς ὁ πολυμαθὴς οὕτω μαρτυρεῖ Ὠριγένης, ἑρμηνεύων ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου καὶ ἐξῆς Συριακὴν εἰπὼν τὴν Ἑβραίων
O 13 διάλεκτον, ἐπειδὴ γὰρ Συρίαν τὴν Ἰουδαίαν καὶ Σύρους οἱ παλαιοὶ τοὺς Παλαιστίνους ὠνόμαζον. ὁ μὲν οὖν πύργος ᾠκοδομήθη ἐπὶ Ἑβὲρ ἐν ἔτεσι τεσσαράκοντα, καὶ ἔστι κεχαλασμένος τὰ

1. οὐχ] οὐκ Ox. 2. Ἑβραῖς] Exspectares Ἑβραΐδα. Conf. p. 12. E. vol. II. p. 14. B. 65. B. 78. D. 4. πατρωνυμικῶς Ch., πατρονυμικῶς Ox. 8. πάντων Ox., πάντως cod. 9. ταληθακούμη — λιμάσα βαχθανὴ Ox. Vid. Marc. VII. 34. V. 41. XV. 34. 10 τεκμήριον Ch., τεκμήρια Ox. 18. γὰρ] περ? 19. ᾠκοδομήθη Ch., οἰκοδομήθη Ox. 20. κεχαλασμένος] κεχαλαγμένος cod., κεχαλκαμένος Ox. neglecto etiam τὰ.

lum Heberum Deus antiqua lingua non privavit. Atque ideo qui linguam hanc retinuerunt, Hebraeam eam vocarunt, juxta nomen Heberi, qui in genus Hebraeorum eam propagavit, qui etiam appellatione patris nomini conveniente, Hebraei dicti sunt. Adami itaque posteri Hebraea lingua usi sunt. Abrahamum etiam et Noae filios, sed et Adamum etiam secundum, Christum dico, eadem Hebraea lingua, qua Adamus primus, usum fuisse manifestum est; ut ex hisce verbis apparet: *Ephata*, *Talitha Cumi*, *Lama sabachthani*, et similibus. Quin et ab antiquorum nominibus argumentum clarum peti potest, hanc esse linguam, qua usi sunt homines ante Confusionem. Siquando enim de horum quibusvis quaestio facta est, ex hac sola lingua solutionem habere potest: sicut Adami aliorumque nomina ex nulla alia lingua quam Hebraea explicari possunt. Linguam hanc Syriacam etiam appellatam esse testatur doctissimus Origenes, in Commentariis suis super Biblia Syriaca; ubi Syriacam dialectum Hebraeorum esse asserit. Syriam enim, Judaeam, et Syros, Palaestinos antiqui vocarunt. Turris itaque Heberi tempore quadraginta annorum spatio extructa est; cujus etiam adhuc supersunt vestigia quaedam,

Digitized by Google

ἦγεν αὐτοῦ φυλασσόμενα μόνον ἀνὰ μέσον Ἀσσὼρ καὶ Βαβυλῶνος. ἦν δὲ ,ευλγ'. C

Φάλεκ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη σϑ', καὶ ἀπέϑανε ζήσας τὰ πάντα ἔτη τλϑ'.

Γίνονται οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσξβ', καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς συγχύσεως τῆς πυργοποιίας καὶ τῆς τελευτῆς Φάλεκ, ὅ ἐστι μερισμός, ἔτη φλς'.

Καὶ οὕτω γίνεται διαμερισμὸς ἤτοι διασπορὰ τῶν υἱῶν Νῶε καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν γεννηϑέντων· διόπερ καὶ μέροπες ἐκλήϑησαν ἀπό τε τῆς μεμερισμένης φωνῆς ἀπό τε τοῦ μερισμοῦ τῆς γῆς. ὁ μέντοι Σὴμ ἐγέννησε τὸν Ἐλὰμ καὶ Ἀσσὼρ καὶ τὸν Ἀρφαξὰδ D καὶ τὸν Λούδ, ὁ δὲ Χὰμ τὸν Χοὺς καὶ τὸν Μεσραΐμ καὶ τὸν Φοὺδ καὶ τὸν Χανάν, ὁ δὲ Ἰάφεϑ τὸν Γάμερ καὶ τὸν Μαγὼγ καὶ τὸν Θηρὰν καὶ τὸν Ἰωὺαν καὶ τὸν Ἰεκτὰν καὶ τὸν Θόβελ καὶ τὸν Μο- O 14 σὸχ καὶ τὸν Μαδαΐ, ἀφ' οὗ Μῆδοι γενόμενοι καὶ τῶν Βαβυλωνίων κρατήσαντες, ἡ χώρα Μηδία προσηγορεύϑη κυρίως καὶ φερωνύμως.

Μετὰ γοῦν τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν τοῦ πύργου διάλυσιν μεταστέλλονται οἱ τρεῖς υἱοὶ τοῦ Νῶε πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, καὶ διδόασιν αὐτοῖς ἔγγραφον τῶν τόπων τὴν κατανέμησιν,

3. ἐγέννησε Ch., καὶ ἐγέννησε Ox. *ibid.* Ῥαγαῦ cod., Ῥαεῦ Ox. 5. βσξβ'] Numeri superiores annos efficiunt 2242, quot vulgo solent ab Adamo ad diluvium computari. Hic Africanum sequitur. 12. Λούδ] „Aram hic omittitur." Ch. *ibid.* Μεσραΐμ] Μεσρὲμ Ox. 13. Χανάν] Χαναάν Ch. *ibid.* Ἰάφεϑ cod., Ἰαφεδ Ox. 14. Ἰωὺαν] Ἰωΐαν Ox. 16. φερωνύμως Ch., φερονύμως Ox. 18. γοῦν cod., οὖν Ox. 20. τῶν τόπων Pollux p. 70., τὸν τόπον Ox.

aere compaginata, inter Assur et Babylonem sita: sunt autem numero ɪɔccccxxxiii.

Phalecus vero annos natus cxxx genuit Ragauum; et deinde vixit annos ccix, et mortuus est, cum vixisset annos cccxxxix.

Ab Adamo itaque ad diluvium anni numerantur mmcclxii: a diluvio, ad linguarum confusionem obitumque Phaleci, (cujus nomen Divisionem sonat) anni dxxxvi.

Atque hoc modo dissipati sunt Noae filii, eorumque posteri: unde et *Μέροπες* appellati sunt, tum ob vocem eorum divisam, tum ob terram inter eos distributam. A Semo nati sunt Elam, Assur, Arphaxad, et Lud. A Chamo, Chus, Mesraim, Phut et Canan. A Japheto autem Gamer, Magog, Theras, Jovan, Jectan, Thobel, Mosoch et Madai, a quo Medi orti sunt, qui Babylonicum tenuerunt imperium, a quorum etiam nomine Media regio proprie dicta est.

Post Confusionem igitur, turrisque eversionem, Noae filii tres, progenitis suis omnibus ad se vocatis, unicuique eorum loca, climata, regio-

Digitized by Google

ἥπερ ἐκ τοῦ πατρὸς Νῶε παρειλήφασι, καὶ λαγχάνουσιν ἑκάστῳ καὶ ταῖς ἑκάστου φυλαῖς καὶ πατριαῖς τόπον καὶ κλίματα
E καὶ χώρας καὶ νήσους καὶ ποταμοὺς κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἔκθεσιν, καὶ κατακληροῦνται τῷ μὲν πρωτοτόκῳ υἱῷ Νῶε Σὴμ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς καὶ Ῥινοκουρούρων τὰ πρὸς ἀνατολήν, τῷ δὲ Χὰμ ἀπὸ Ῥινοκουρούρων ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς νότον, τῷ δὲ Ἰάφεθ ἀπὸ Μηδίας ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς βορρᾶν.

V 6 Αἳ δὲ λαχοῦσαι χῶραι τῷ μὲν Σὴμ εἰσὶν αὗται, Περσίς,
O 15 Βακτριανή, Ὑρκανία, Βαβυλωνία, Κορδυαία, Ἀσσυρία, Με- 10
σοποταμία, Ἀραβία ἡ ἀρχαία, Ἐλυμαΐς, Ἰνδική, Ἀραβία ἡ εὐδαίμων, κοίλη Συρία, Κομμαγηνὴ καὶ Φοινίκη πᾶσα καὶ ποταμὸς Εὐφράτης· τῷ δὲ Χὰμ Αἴγυπτος, Αἰθιοπία ἡ βλέπουσα κατ' Ἰνδούς, ἑτέρα Αἰθιοπία, ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ ποταμὸς τῶν Αἰθιόπων, ἐρυθρὰ βλέπουσα κατ' ἀνατολάς, Θηβαΐς, Λιβύη 15
ἡ παρεκτείνουσα μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρίς, Σύρτις, Λιβύη ἄλλη, Νουμιδία, Μασσυρίς, Μαυριτανία ἡ κατέναντι Γαδείρων· ἐν δὲ τοῖς κατὰ βορρᾶν τὰ παρὰ θάλασσαν ἔχει Κιλικίαν,

2. πατριαῖς Ch., Pollux, πατριὰς Ox. 3. νήσους cod., νέσους Ox. 5. 6. Ῥινοκουρούτων Ox. 7. νότον Ch., νῶτον Ox. *ibid.* Ἰάφεθ cod., Ἰάφηθ Ox. 10. Κορδυαία] Κορδήνα Ox. 12. κοίλη Συρία] Κοιλησυρία Ox. *ibid.* Κομμαγενὴ (Κομμαγηνὴ) Ch., Κομμαγινὴ Ox. 13. βλέπουσα] malim ἡ addi ex Syncello p. 48. D, Polluce p. 72. 15. Θηβαΐς Ch., Pollux, Syncellus et Chron. Pasch. p. 29. D, Θήναις Ox. 16. Σύρτις] Σύρτης Ox. 17. Νουμιδία Ch., Νουμηδία Ox. *ibid.* Μασσυρίς] Μασσουρίς Syncellus, Μασσυρής Ox. 18. τοῖς Syncellus, Pollux p. 74., Chron. Pasch., ταῖς Ox. *ibid.* θάλασσαν Syncellus, Pollux, θάλασσα Ox.

nes, insulas, fluviosque adsignarunt; singulis tribubus et familiis eorum facta distributione quam a patre Noa scriptis proditam acceperunt.

Semo itaque, Noae filio primogenito, sorte obtigerunt regiones omnes orientales a Perside et Bactris, usque ad Indiam et Rhinocorutos.

Chamo vero partes Meridionales, a Rhinocorutis ad Gades usque.

Japheto autem obtigit, quicquid a Media est, septentrionem versus usque ad Gades.

Regiones vero, quae Semo sorte obvenerunt, sunt hae: Persis, Bactriana, Hyrcania, Babylonia, Cordena, Assyria, Mesopotamia, Arabia vetus, Elymais, India, Arabia Foelix, Coelesyria, Commagena, Phoenicia tota, et fluvius Euphrates.

Chamo obtigerunt Aegyptus, Aethiopia, quae Indiam spectat, Aethiopia altera, unde profluit Aethiopum flumen, Erythra, quae orientem respicit, Thebais, Libya ad Cyrenem protensa, Marmaris, Syrtis, Libya altera, Numidia, Massyris, Mauritania, quae Gadium est e regione. Boream autem versus mari adjacentes regiones habuit Ciliciam, Pamphy-

Digitized by Google

Παμφυλίαν, Πισιδίαν, Μυσίαν, Λυκαονίαν, Φρυγίαν, Καμαλίαν, Λυκίαν, Καρίαν, Λυδίαν, Μυσίαν ἄλλην, Τρωάδα, Αἰολίδα, Βιθυνίαν, τὴν ἀρχαίαν Φρυγίαν, καὶ νήσους ὁμοίως B
Σαρδανίαν, Κρήτην, Κύπρον, καὶ ποταμὸν Γειὼν τὸν καὶ Νεῖ- O 16
λον καλούμενον· τῷ δὲ Ἰάφεθ Μηδία, Ἀλβανία, Ἀρμενία μικρά τε καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παμφλαγονία, Γαλατία, Κολχίς, Βόσπορος, Μαιῶτις, Λέρβη, Σαρματίς, Ταυριανίς, Βαστάρνις, Σκυθία, Θρᾴκη, Μακεδονία, Δαλματία, Μολοσσή, Θεσσαλία, Λοκρίς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Ἀττική, Ἀχαΐα, Πελλήνη, ἣ καλουμένη Πελοπόννησος, Ἀρκαδία, Ἤπειρῶτις, Ἰλλυρίς, Λυχνῖτις, Ἀδριακή, ἐξ ἧς τὸ Ἀδριακὸν πέλαγος· ἔχει δὲ καὶ νήσους Βρεττανίαν, Σικελίαν, Εὔβοιαν, Ῥόδον, Χίον, Λέσβον, Κύθηραν, Ζάκυνθον, Κεφαλληνίαν, Ἰθάκην, Κέρκυραν, καὶ μέρος τι τῆς Ἀσίας, τὴν καλουμένην Ἰωνίαν, καὶ πο- C
ταμὸν Τίγριν τὸν διορίζοντα μεταξὺ Μηδίας καὶ Βαβυλωνίας.

1. *Πισιδίαν* Ch., *Πισσιδίαν* Ox. *ibid. Λυκαονίαν* Ch., *Λυκαονίαν* Ox. *ibid. καὶ Μαλίαν*] *Καββαλλίαν* Syncelli MS. A, *Καμιλίαν* Chron. Pasch. Scripsi *Καμαλίαν* cum Theodoro Meliteno. v. Ducang. ad Chron. Pasch. p. 30. A. Verum autem est *Καβαλίαν*. 2. *Καρίαν* Ch., *Καρύαν* Ox. 3. *Βιθυνίαν* Ch., *Βηθυνίαν* Ox. Post *τὴν ἀρχαίαν* interpungit Ox. contra codicem. 6. *καὶ* addit cod., om. Ox. 7. *Μαιῶτις* Syncellus p. 50. B, Chron. Pasch. p. 27. D, Cedrenus p. 14. r. C, *Μαλάτης* Ox. *ibid. Σαρματής, Ταυριανής*, *Βονταρνής* Ox., quorum postremum correxi ex Chronico Pasch. p. 27. D, Polluce p. 74., Syncello p. 50. B, qui *Βαστραvή*, et Libro generat. post Chron. Pasch. p. 414. b, qui *Bastarnia*. Conf. Ducang. ad Chron. P. p. 492. B. 9. *Βοιωτία*] *Βοιοτεία* Ox. 10. *Πελλήνη*] *Πειληνή* Ox. v. Bentleium Epist. p. 71. *ibid. Ἤπειρῶτις* Syncellus et alii, *Ἤπειρώτης* Ox. 11. *Λυχνῖτις* Chron. P. p. 27. C, Sync., Ecl. MS. apud Ducang. l. c., *Λαχνίτης* Ox. 12. *Εὔβοιαν* Ch., *Εὔοιαν* Ox. 13. *Κύθηραν* Chron. Pasch. p. 28. A, *Κύθειραν* Ox. *ibid. Ζάκυνθον* Ch., *Ζάκινθον* Ox. *ibid. Κεφαλληνίαν* Ox. 14. *τὴν καλουμένην Ἰωνίαν* Ch., Pollux, Syncellus, Cedrenus, *τὸ καλούμενον Ἰωνία* Chron. P., *τῆς καλουμένης Ἰωνίας* Ox. 15. *Τίγριν* cod., *Τίγρον* Ox.

liam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam, Camaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam alteram, Troadem, Aeoliam, Bithyniam veterem, Phrygiam: insulas etiam has; Sardiniam, Cretam, Cyprum; et fluvium Geon, qui Nilus etiam dictus est.

Japheto obvenerunt Media, Albania, Armenia minor majorque, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Colchis, Bosporus, Malates, Derbe, Sarmatia, Taurians, Butarna, Scythia, Thracia, Macedonia, Dalmatia, Molossia, Thessalia, Locris, Boeotia, Aetolia, Attica, Achaia, Pelena, quae et Peloponnesus dicta est, Arcadia, Epirus, Illyricum, Lychnitis, Adria, unde mari Adriatico nomen factum. Insulas vero habuit Britanniam, Siciliam, Euboeam, Rhodum, Chium, Lesbum, Cytheram, Zacynthum, Cephaleniam, Ithacam, Corcyram, Asiae quoque partem quae Jonia vocatur: fluvium vero habuit Tigrim, qui Mediam a Babylonia disterminat.

Digitized by Google

Τούτων οὖν τῶν κληροδοτηθέντων ὁ τοῦ Χὰμ υἱὸς Χαναὰν
O 17 *ἰδὼν τὴν πρὸς τῷ Λιβάνῳ γῆν ὡς ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καὶ κατὰ πολὺ τῆς ἑαυτοῦ διαλλάττουσα γῆς, τυραννικῶς καθήρπασεν αὐτήν, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Σὴμ κλήρους ἐξήλασε, καὶ οὕτω πᾶσα ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Χαναὰν προσηγόρευται. κἀντεῦθεν τοίνυν* 5
ὁ δίκαιος κριτὴς μετὰ ταῦτα τοῖς ἐκ τοῦ Σὴμ υἱοῖς Ἰσραὴλ ἀπέδωκεν αὐτὴν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καθὼς καὶ τῷ Ἀβραὰμ προεπηγγείλατο.

ην αὐτῷ, μὴ δυνάμενος δὲ ἀπελθεῖν μηδὲ ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν, τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν, ὡς λύσας αὐτῆς τὸ βασίλειον, παραχωρήσας τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν ἀνεχώρησεν, ἀποπλεύσας ἐπὶ τὴν Καλαβρίων χώραν· καὶ κτίζει πόλιν ἐκεῖ παραλίαν, ἣν ὠνόμασεν Ἀργυρίππην, ὡς προγέγραπται, τὴν μετακληθεῖσαν D
Βενέβεντον νῦν. καὶ δεξάμενος τὸν Αἰνείαν ἐκριφέντα ἐν τῇ O 212
αὐτῇ πόλει κατέσχεν, ἐν πόλλῃ τιμῇ καὶ θεραπείᾳ ἔχων αὐτόν· καὶ συνδιῆξεν αὐτῷ ὁ Αἰνείας τὸν χειμῶνα.

Καὶ λέγει τῷ Διομήδει ὁ Αἰνείας, Ἔγνων ὅτι τὸ θεῖον Παλ-
λάδιον τὸ ἐν τῇ Τροίῃ ἀποκείμενον ἐκομίσω, ὅπως ἐπιγραφῇ
δίδοται τὸ Παλλάδιον τῷ Αἰνείᾳ. ὁ δὲ Διομήδης εἶπεν αὐτῷ
ὅτι Ἐξ οὗ τοῦτο μετὰ τοῦ Ὀδυσσέως ἀφειλόμην οὐκ ἔλειψάν μοι
συμφοραὶ οὔτε τῷ ἐμῷ στρατῷ· ὅθεν ἠναγκάσθην αἰτῆσαι τὴν
Πυθίαν περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐδόθη μοι χρησμὸς ἀποδυῦναι αὐτῷ τοῖς
Τρωσί. καὶ εἶπεν ὁ Αἰνείας, Δός μοι αὐτό. καὶ εὐθέως ποιή-
σας θυσίαν ὁ Διομήδης παρέσχε τὸ Παλλάδιον τῷ Αἰνείᾳ. καὶ E
λαβὼν αὐτὸ ὁ Αἰνείας, καταφθάσαντος τοῦ θέρους, ἐξώρμησεν
ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν πρὸς τὸν Λατῖνον· καὶ ἑαυτὸν συμμίξας αὐτῷ
μεθ' ἧς εἶχε βοηθείας ἐνόπλου στρατοῦ τῶν Φρυγῶν, ἐπολέμη-
σαν τοῖς Ῥουστούλοις· καὶ εἰς αὐτὸν τὸν πόλεμον ὁ Λατῖνος
ὁ τοῦ Τηλέφου υἱὸς ἐσφάγη, καὶ ἡττήθησαν οἱ Ῥουστοῦλοι τὰς
ἐπάνω.

1. *μηδὲ* Cedrenus, *μήτε* Ox. 4. *Καλαβρίων*] *Καλαβρίαν* Cedrenus. 10. *ὅπως ἐπιγραφῇ δίδοται*] Haec vix sana.

pium hostes se habere; neque integrum sibi esse, in patriam suam Aetoliam redire, cujus imperium ipse dissolverat: regno suo relicto, in Calabriam navigavit; ubi urbem condidit maritimam, quam Argyrippam, uti diximus, appellavit; Beneventum haec nunc vocatur: sicuti haec a sapiente Didymo narrantur. Ad hanc ipsam urbem ventis jactatum Aeneam Diomedes humaniter et honorifice excepit: cujus etiam hospitio usus est Aeneas per totam Hyemem.

Diomedem autem Aeneas affatus; Novi, inquit, divinum Palladium, Trojae olim religiose asservatum, et a Te exinde delatum, ex Inscriptione mihi Aeneae deberi. Ad haec Diomedes; ex quo, inquit, Palladium hoc ab Ulisse accepi, multas ego exercitusque meus calamitates experti sumus. Coactus itaque Oraculum de hac re consulere, responsum tuli; Palladium Trojanis reddendum esse. Mihi itaque reddas: inquit Aeneas. Diomedes igitur, sacris rite peractis, Palladium Aeneae tradidit. Aeneas autem, Palladio accepto, aestate tum ineunte, in Italiam, ad Latinum, profectus est: et societate cum eo inita, exercitum, quem ex Phrygia armatum habuit, contra Rutulos duxit. In hoc bello Latinus, Telephi filius, cecidit; victoriaque penes Rutulos erat.

Digitized by Google

Καὶ ἀπῆλθεν ὁ Αἰνείας πρὸς τὸν Εὔανδρον καὶ τὸν υἱὸν
V 71 αὐτοῦ Πάλλαντα, ἄνδρας πολεμικωτάτους· οἵτινες διῆγον εἰς
τὴν Ἰταλίαν, οἰκοῦντες κώμην λεγομένην Βαλεντίαν, ἰθύνοντες
O 213 ἐπαρχίαν μίαν. ἐν ᾗ κώμῃ καὶ ἔκτισεν ὁ Πάλλας οἶκον μέγαν
πάνυ, οἷον οὐκ εἶχεν ἡ περίχωρος ἐκείνη, ὅστις οἶκος ἐκλήθη τὸ
Παλλάντιν, καὶ ἀπὸ τότε ἐκλήθη τὰ βασιλικὰ κατοικητήρια παλ-
λάντιον ἐκ τοῦ Πάλλαντος. καὶ ᾔτησεν αὐτοὺς λαβεῖν παρ' αὐ-
τῶν ὁ Αἰνείας βοήθειαν στρατοῦ· ᾧτινι παρέσχεν ὁ αὐτὸς Πάλ-
λας καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ Εὔανδρος γενναίους πολεμιστὰς ἄνδρας υ'.
καὶ πάλιν ἀπελθὼν ὁ αὐτὸς Αἰνείας πρὸς ἄλλους τοπάρχας ἔλα-
βε πολλὴν βοήθειαν στρατοῦ, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ χώρα ἐκείνη ἐναν-
τιοῦτο τοῖς Ῥουστούλοις καὶ τῷ Τούρνῳ, βασιλεῖ αὐτῶν. καὶ
B συνέβαλεν αὐτοῖς ὁ Αἰνείας πόλεμον, καὶ ἐνικήθησαν τὸν πόλεμον
οἱ Ῥουστοῦλοι ὑπὸ τοῦ Αἰνείου, σφαγέντος τοῦ Τούρνου· καὶ
ἔλαβεν ὁ Αἰνείας μετὰ τὴν νίκην τὴν βασιλείαν καὶ τὴν θυγα-
τέρα τοῦ Λατίνου Ἀλβανίαν. καὶ κτίζει ἐκεῖ πόλιν ὁ αὐτὸς Αἰ-
νείας μεγάλην, ἥντινα ἐπωνόμασεν Ἀλβανίαν· καὶ ἀποτίθεται ὁ
Αἰνείας ὃ ἔλαβε Παλλάδιον ἀπὸ τοῦ Διομήδους ἐν τῇ αὐτῇ
πόλει Ἀλβανίᾳ. ἐβασίλευσε δὲ ὁ Αἰνείας μετὰ τὸν Λατῖνον
ἔτη ιϑ'.

O 214 Μετὰ δὲ τὸν Αἰνείαν ἐβασίλευσεν ἐκεῖ Ἀσκάνιος Ἰούλιος,
ὁ υἱὸς τοῦ Αἰνείου ἀπὸ τῆς Κρεούσης τῆς Τρῳάδος, τῆς
πρώτης γυναικὸς τοῦ αὐτοῦ Αἰνείου ἔτη κε'. καὶ ἔκτισε τὴν

9. ὁ] Addidi καὶ. Ἰοῦλος, rectius." Ch. Cedrenus p. 136. A.
21. Ἀσκάνιος Ἰούλιος] „Cedrenus habet,
22. Τρωάδος Ox.
23. κε'] λε' Ce-

Aeneas autem deinde profectus est ad Evandrum et filium ejus Pallantem, viros bellicosos; qui provinciam Italicam tenentes, in vico quodam Valentia dicto sedes habuerunt: ubi aedes plane magnificas et in ea regione omnium splendidissimas extruxerat sibi Pallas; quas etiam *Pallantium* vocavit. Unde et Regiae domus deinceps, a Pallante, *Pallantia* dicta sunt. Aeneas autem ab Evandro, et filio Pallante exercitu cccc virorum fortium et bellicosorum, instructus; impetratis etiam ab aliis Italiae regulis, (qui Turno omnes Rutulisque inimicissimi fuerunt) auxiliarium virorum copiis ingentibus; Rutulus iterum aggressus est: Turnoque, rege eorum, occiso, in eos victoria potitus est. Aeneas autem exinde Latini regnum filiamque Albaniam uxorem consecutus, urbem magnam condidit, quam Albaniam nominavit, ubi etiam Palladium, a Diomede receptum, reposuit. Regnavit autem Aeneas, post Latinum, annos XIX.

Aeneam excepit Ascanius Julus, Aeneae filius, ex Creusa Trojana, uxore priore. Regnavit autem Ascanius per annos XXV, urbemque ipse

Digitized by Google

Λαβινίαν πόλιν, καὶ τὸ βασίλειον τοῖς Λαβινησίοις ἐπέθηκε, μεταγαγὼν ὁ αὐτὸς Ἀσκάνιος ἐκ τῆς Ἀλβανίας πόλεως τὸ Παλ- C
λάδιον εἰς τὴν αὐτοῦ κτισθεῖσαν πόλιν Λαβινίαν.

Ἐν τῷ καιρῷ δὲ τῷ αὐτῷ ἀρχιερεύς τις ἦν τῆς Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Βαβυλῶνος τῶν δύο ἡμίσεος σκήπτρων τῶν ἀνελθόντων ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ Ἐλιακεὶμ ὁ υἱὸς Ἰησοῦ.

Ἐν δὲ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἦν Ἱππάσιος, φιλόσοφος Πυθαγορικός· ὅστις τὴν σφαῖραν τοῦ οὐρανοῦ πρῶτος ἐξήνεγκεν ἐκ τῶν δεκαδύο ζωδίων, καὶ κατὰ θάλασσαν ναναγήσας ἐτελεύτα. ἦν δὲ καὶ Ἰσοκράτης τότε καὶ Περικλῆς καὶ Θουκυδίδης ὁ συγγραψάμενος τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Θουκυδίδου ἦν καὶ Φειδίας ὁ ἀγαλματοποιὸς καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, οἳ ἦσαν ὀρχήσεως εὑρεταὶ καὶ ποιη- D
ταί, μετὰ τοὺς προειρημένους φιλοσόφους ἄνδρας· μετὰ δὲ χρό- O 215
νον οἱ προρρηθέντες τῶν Ἑλλήνων ἦσαν παιδευταί. ἀναφαίνεται δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Δημοσθένης καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδός.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Δαρείου τοῦ νεωτέρου ἐβασίλευσε Περσῶν Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων καλούμενος ἔτη λϑ'.

Ἀλβανῶν δὲ ἐβασίλευσεν Ἄλβας ὁ υἱὸς τοῦ Ἀσκανίου ἔτη μ'. καὶ κτίζει τὴν Σίλπιν πόλιν· ἀπὸ τότε οἱ βασιλεῖς Σίλβιοι

1. 3. Λαβινίαν Cedrenus, Ἀλβανίαν Ox. Eadem Λαβηνισίοις. 4. αὐτοῦ] Scribe παρ' αὐτοῦ. ὑπ' αὐτοῦ Cedrenus. 7. Ἱππάσιος] Ἴππασος Ch.

condidit, nomine Laviniam, ubi et sedem regni posuit; Palladiumque, ab Albanis delatum, in urbe illa, a se condita, collocavit.

Eo tempore Pontifex maximus Hierosolymis fuit, post reditum a Babylone tribuum duarum cum dimidia, Eliachimus, Jesu filius.

Iisdem temporibus floruit Hippasius, philosophus Pythagoricus; qui Coelestem sphaeram primus composuit, ex duodecim signis: in mari autem deinde naufragus periit. Eodem tempore etiam claruerunt Isocrates, Pericles, et Thucydides, belli Attici et Peloponnesiaci scriptor. Aequales huic fuerunt Phidias statuarius, Stesichorus, et Bacchylides, Poetae et Saltatoriae artis inventores. Caeterum hi, praedictorum Philosophorum temporibus aliquanto posteriores, doctores deinde inter Graecos emerserunt. Posthaec floruerunt etiam Demosthenes et Aristophanes Comicus.

Dario autem juniori successit in regno Persarum Artaxerxes, qui et Mnemon vocatus est: et regnavit per annos XXXIX.

Albenis vero regnavit Albas, Ascanii filius, annos XXXVI, qui et urbem Silviam condidit: unde et reges eorum deinceps Silvii vocati sunt:

Digitized by Google

ἐκαλοῦντο· μεταγαγὼν ἐν τῇ αὐτῇ Σίλβει πόλει καὶ τὸ Παλλάδιον ὁ αὐτὸς Ἄλβας βασιλεύς. καὶ ἐβασίλευσαν λοιπὸν οἱ ἐκ τοῦ γένους τοῦ Αἰνείου, οἱ λεγόμενοι Αἰνειάδες, ἔτη τλα'.

3. *Αἰνείου* Ch., *Ἀλανείου* Ox. *ibid.* *Αἰνειάδες*] *Αἰνειάδαι* Cedrenus.

Palladium vero et is quoque in Silviam transtulit. Regnarunt autem Aeneae posteri, qui et Aeneadae vocabantur, per annos CCCXXXI.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ O 216 V 72

ΠΕΡΙ ΚΤΙΣΕΩΣ ΡΩΜΗΣ.

Καὶ λοιπὸν ἐβασίλευσε Ῥῶμος ὁ κτίστης τῆς Ῥώμης καὶ Ῥῆ- A
μος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· ὅθεν μετεκλήθησαν Ῥωμαῖοι. οἵτινες
καὶ τὰ ὅπλα τοῦ Ἡρακλέος τοῦ ἐκ τοῦ γένους τοῦ Πίκου Διὸς
εὑρηκότες, ἀπέθεντο ἐν τῇ παρ' αὐτῶν κτισθείσῃ πόλει Ῥώμῃ
τῇ πρώην λεγομένῃ κώμῃ Βαλεντίᾳ ἐν τῷ Βοαρίῳ φόρῳ εἰς
τὸν ναὸν τοῦ Πίκου Διός, ἀποκλείσαντες αὐτὰ ἐκεῖ ἕως ἄρτι.
οἱ δὲ αὐτοὶ ἀδελφοὶ ἀνενέωσαν τὸ λεγόμενον Παλάντιον, τὸν βα-
σιλικὸν οἶκον τὸν τοῦ Πάλλαντος, καὶ ναὸν μέγαν τῷ Διὶ κτί-
σαντες ἐκάλεσαν αὐτὸν Καπετώλιον ῥωμαϊστί, ὅ ἐστιν ἡ κεφα-
λὴ τῆς πόλεως· ἀγαγόντες δὲ τὸ Παλλάδιον τὸ ξόανον ἀπὸ πό- O 217
λεως Σίλβης ἀπέθεντο αὐτὸ ἐν τῇ Ῥώμῃ. οἵτινες ἀδελφοὶ ἐν τῷ B
βασιλεύειν εἰς ἔχθραν ἦλθον πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἐφονεύθη ὁ
Ῥῆμος ὑπὸ τοῦ Ῥώμου, καὶ ἐβασίλευσε μόνος ὁ Ῥῶμος.

10. δὲ Chron. Pasch. p. 109. D, καὶ Ox.

LIBER SEPTIMUS

DE ROMA CONDITA.

Regnavit posthaec Romulus, Romae conditor, cum Remo fratre: unde et Romani nomen acceperunt. Hi arma Herculis, a Jove Pico oriundi, inventa, Romae urbis, a se conditae, (quae prius Valentia dicebatur,) in Templo Pici Jovis, ad forum Boarium, ubi adhuc visuntur, reposuerunt. Porro fratres isti Palatium, regiam nempe domum a Pallante conditam, instaurarunt: Jovi etiam Templum ingens excitantes, quod Romana lingua, *Capitolium*, vocabant, (quasi diceres, *Caput urbis*:) Simulacrum etiam, quod Palladium dicebatur, ex urbe Silvia, in Romam suam transtulerunt. Fratres autem communiter regnantes, mutuis laborarunt odiis: Remoque adeo a fratre interfecto, Romulus regnavit solus.

Digitized by Google

Ἐξότε δὲ ἀπέκτεινε τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀδελφόν, ἐσείετο ἡ πόλις
πᾶσα Ῥώμη καὶ ἐγίνοντο πόλεμοι ἐμφύλιοι ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βα-
σιλείας. καὶ ἀπελθὼν ὁ αὐτὸς Ῥῶμος εἰς τὸ μαντεῖον ἐπηρώ-
τησε, Διὰ τί γίνεται ἐπὶ τῆς ἐμῆς μόνης βασιλείας ταῦτα; καὶ ἐρ-
έθη αὐτῷ ἐκ τῆς Πυθίας ὅτι Εἰ μὴ συγκαθεσθῇ σοι ὁ σὸς ἀδελ-
φὸς ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ, οὐ μὴ σταθῇ ἡ πόλις σου Ῥώμη
οὔτε ἡσυχάσει ὁ δῆμος οὔτε ὁ πόλεμος. καὶ ποιήσας ἐκ τῆς εἰ-
κόνος τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ ἐκτύπωμα τοῦ προσώπου, ἤτοι χαρα-
C κτῆρος, αὐτοῦ, χρυσοῦν στηθάριον, στήλην ἔθηκεν ἐν τῷ θρό-
νῳ αὐτοῦ, ἔνθα ἐκάθητο. καὶ οὕτως ἐβασίλευσε τὸν ὑπόλοιπον
χρόνον, συγκαθημένου αὐτῷ τοῦ ὁλοχρύσου ἐκτυπώματος τοῦ
αὐτοῦ ἀδελφοῦ Ῥήμου· καὶ ἐπαύσατο ὁ σεισμὸς τῆς πόλεως καὶ
ἡσύχασεν ἡ δημοτικὴ ταραχή. καὶ εἴτι δὲ ἂν ἐκέλευε Θεσπίζων,
O 218 ἔλεγεν ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, λέγων Ἐκελεύσα-
μεν καὶ ἐθεσπίσαμεν· ὅπερ ἔθος κατέσχεν ἐξ ἐκείνου παρὰ τοῖς
βασιλεῦσιν ἕως τοῦ παρόντος, τὸ λέγειν Ἐκελεύσαμεν καὶ ἐθε-
σπίσαμεν. ἐκτότε καὶ εἰς τὰς πόλεις τὰς ὑπὸ Ῥωμαίους ἔπεμψε
στηθάρια ὁλόχρυσα αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὥστε τίθε-
σθαι πλησίον τῶν ἀρχόντων.

D Ὁ δὲ αὐτὸς Ῥῶμος βασιλεὺς μετὰ τὸ πληρῶσαι τὰ τείχη καὶ
κοσμῆσαι τὴν πόλιν ἔκτισε καὶ τῷ Ἄρει ναόν· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ
μηνὶ ἐποίησεν ἑορτὴν μεγάλην θυσίας τῷ Ἄρει, καλέσας καὶ τὸν
μῆνα αὐτὸν μάρτιον, τὸν πρώην λεγόμενον πρῖμον, ὅπερ ἑρμη-

3. ἐπηρώτησε] ἐπερώτησε Ox. 13. ἐκέλευε Chron., ἐκέλευσε Ox.
17. Ῥωμαίους Chron., Ῥωμαίων Ox.

Exinde autem post caedem fratris, tota motibus agitata est urbs Roma; regnumque ejus intestinis seditionibus tumultuabatur. Ad Oraculum itaque profectus, rogavit: Undenam (inquiens,) cum ego nunc solus regno, fiunt ista? „Respondit Pythia: Nisi tu fratrem in regio solio tibi assessorem constituas, urbs Roma a motibus liberari non poterit, neque populi tumultuum, nec bellorum finis erit.“ Statuam itaque, quae fratris formam et vultum exprimeret, ex auro fabricari jussit: quam eodem, quo sedebat ipse, throno collocavit. Deinceps igitur regnanti illi assidebat fratris ex auro solido statua: atque ita conquieverunt urbis motus, et seditiones populi consopitae sunt. Rex autem, si quid ediceret, tanquam suo, fratrisque nomine id faceret, hac formula utebatur, *Jussimus* et *Sancivimus*. Unde mos iste dimanavit, qui apud Reges etiamnum obtinuit, Edicta proponendi sub hac formula; *Jussimus* et *Sancivimus*. Exinde vero ad civitates Romanae ditionis singulas, sui fratrisque, ex auro solido, statuas transmisit; ut juxta urbis magistratus collocarentur.

Idem rex Romulus, urbe moenibus cincta et ornata, Marti quoque Aedem erexit: mensemque eum, qui antea, Primus, vocabatur, a Marte, Martium nominavit. Festum etiam solenne eodem mense instituit, in

Digitized by Google

πέται Ἄρεως. ἥνπερ ἑορτὴν κατ' ἔθος οἱ Ῥωμαῖοι πάντες ἐπιτελοῦσιν ἕως τῆς νῦν, καλοῦντες τὴν ἡμέραν τῆς πανηγύρεως Μάρτις ἐν κάμπῳ. καὶ εὐθέως πάλιν ἀρξάμενος ἔκτισε τὸ V 73
ἱππικὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ, θέλων διασκεδάσαι τὸ πλῆθος τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, ὅτι ἐστασίαζον καὶ ἐπήρχοντο αὐτῷ διὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ ἐπετέλεσε πρῶτος ἱπποδρόμιον ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ῥώμης εἰς ἑορτὴν τοῦ Ἡλίου, φησί, καὶ εἰς τιμὴν τῶν ὑπ' αὐτὸν τεσσάρων στοιχείων, τοῦτ' ἐστὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἀέρος, λογισάμενος καὶ τοῦτο, ὅτι εὐτυχῶς φέρονται οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς εἰς τοὺς πολέμους, ὡς τιμῶντες τὰ αὐτὰ τέσσαρα στοιχεῖα. ὁ δὲ τῆς Πισαίων χώρας βασιλεὺς Οἰνόμαος ἀγῶνα ἐπετέλει ἐπὶ τὰ Εὐρώπεια μέρη μηνὶ O 219
ὑστρῳ τῷ καὶ μαρτίῳ κέ τῷ Ἡλίῳ Τιτᾶνι ὡς ὑψουμένῳ ἀγωνιζομένης, φησί, τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης, ὅ ἐστι Δημή- B
τρας καὶ Ποσειδῶνος, τῶν ὑποκειμένων στοιχείων τῷ Ἡλίῳ. καὶ ἐβάλλετο κλῆρος μεταξὺ τοῦ αὐτοῦ Οἰνομάου βασιλέως καὶ τοῦ ἐρχομένου ἀπὸ οἱασδήποτε χώρας καταγωνίσασθαι αὐτόν· καὶ ὅτε μὲν ὁ κλῆρος ἐκάλει τὸν Οἰνόμαον ἀγωνίσασθαι ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐφόρει σχῆμα ἱματίων κυανῶν, ὅ ἐστι τῶν ὑδάτων, καὶ ὁ ἀνταγωνιζόμενος κατ' αὐτοῦ ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, ὅ ἐστι τῆς γῆς. καὶ πάλιν εἰ ἤνεγκεν ὁ κλῆρος τῷ Οἰνομάῳ φορῆσαι τὸ τῆς Δημήτρας σχῆμα, ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, καὶ O 220

3. *Μάρτις* Chron., *Μάρτιος* Ox. 4. *διασκεδάσαι* Chron., *διασχεδάσαι* Ox. 8. *αὐτὸν*] *αὐτοῦ* Ox., *αὐτῶν* Chron. 11. *δὲ* Chron., *γὰρ* Ox. *ibid. Πεσαίων* Ox. 12. *ἐπετέλει — Εὐρώπεια* Chron., *ἐπιτελεῖ — Εὐρώπια* Ox. 19. *ἱματίων κυανῶν*] *ἱμάτιον κυανόν* Chron.

quo sacra Marti peragebantur: quod et Romani, ritu anniversario usque adhuc celebrant; vocantes diem illum, *Festum solennitatis in Campo Martio*. Necdiu ab incoepto desistens, Circum in urbe extruxit; uti tumultuantis populi motus dissiparet: adhuc enim, ob caesum fratrem, seditiones in eum identidem moliebantur. Primus itaque Romulus, in ditione Romana, Circensia instituit, in honorem solis, (ut dixit,) et quatuor illi subjectorum Elementorum; Terrae nimirum, Maris, Ignis, et Aeris. Quippe existimavit, Persarum regibus expeditiones bellicas foeliciter ideo semper cessisse; quod quatuor ista Elementa in Veneratione habuissent. Oenomaus enim, Pisarum rex, certamen Europaeis in regionibus instituit, Dystri, sive Martii xxv celebrandum, solis Titanis in honorem, tanquam jam exaltati certantibus (inquit) inter se, Terra Marique, id est, Cybele et Neptuno, soli subjectis Elementis. Sors vero mittebatur inter Oenomaum et alterum, a quacunque ille orbis parte venisset, qui cum eo certaturus erat. Et si sorte data Oenomaus pro Neptuno certaturus erat; habitum sumebat coeruleum, aquis respondentem: Antagonista autem ejus viridi ornatu utebatur; ut qui Terram repraesentaret. Sin autem Cybelis habitum sumere Oenomaum sors voluisset; tum viridi habitu

Digitized by Google

ὁ ἀνταγωνιστὴς αὐτοῦ ἐφόρει τὸ σχῆμα τοῦ Ποσειδῶνος, ὅ ἐστι
τῶν ὑδάτων, τὸ κυανόν· καὶ ὁ ἡττώμενος ἐφονεύετο. καὶ πλῆ-
C θος ἄπειρον ἤρχετο θεωρῆσαι τὸν ἐτήσιον βασιλικὸν ἀγῶνα ἀπὸ
ἑκάστης χώρας καὶ πόλεως· καὶ οἱ μὲν τὰς παραλίους πόλεις οἰ-
κοῦντες καὶ τὰς νήσους πολῖται καὶ τὰς κώμας τὰς παραλίους
καὶ ναῦται ηὔχοντο νικῆσαι τὸν φοροῦντα τὸ κυανὸν σχῆμα,
τοῦτ' ἐστὶ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος, οἰωνιζόμενοι ὅτι ἐὰν ἡττηθῇ ὁ
ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος ἀγωνιζόμενος, ἔκλειψις ἰχθύων γίνεται παν-
τοίων καὶ ναυάγια θαλάσσης καὶ ἀνέμων βιαίων ἀνάγκαι. οἱ
δὲ τὰς μεσογείους οἰκοῦντες πολῖται καὶ ἐπιχώριοι ἄγροικοι καὶ
πάντες οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ κάμνοντες ηὔχοντο νικῆσαι τὸν φοροῦν-
D τα τὸ χλοῶδες σχῆμα, οἰωνιζόμενοι ὅτι εἰ ἡττηθῇ ὁ ὑπὲρ τῆς
Δημήτρας ἀγωνιζόμενος, ὅ ἐστιν ὑπὲρ τῆς γῆς, λιμὸς σίτου
καὶ σπάνις οἴνου καὶ ἐλαίου καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν γίνεται.
καὶ ἐνίκησε πολλοὺς ὁ Οἰνόμαος ἀνταγωνιστὰς καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη·
εἶχε γὰρ καὶ τὸν Ἄψυρτον διδάσκοντά αὐτὸν τὴν ἡνιοχικὴν τέχνην.
ὅστις Οἰνόμαος ἡττηθεὶς ὑπὸ Πέλοπος τοῦ Λυδοῦ ἐφονεύθη.

Τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐπενόησε πρῶτος Ἐνυάλιός τις
ὀνόματι, υἱὸς Ποσειδῶνος, ἀγαγόμενος τὴν Λιβύην, θυγατέρα
τῆς Ἰοῦς καὶ τοῦ Πίκου Διός, ὃς κρατήσας τὰ μεσημβρινὰ μέρη
O 221 ἐκάλεσε τὴν αὐτὴν χώραν ἐν ᾗ ἐβασίλευσε Λιβύην εἰς ὄνομα
τῆς αὐτοῦ γυναικός. τὸν δὲ αὐτὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ὁ Ἐνυάλιος

6. καὶ ναῦται] ναῦται Chron. 19. ἀγαγόμενος Chron., τοῦ ἀγαγομένου Ox. Conf. supra p. 12. A.

ipse usus est; et qui contra certabat, Neptuni, coeruleo, juxta speciem Aquarum. Victus autem neci dabatur. Ad hoc regium et anniversarium Certamen infinita hominum multitudo, ex regionibus atque urbibus omnibus confluebat: Et maritimi quidem ac insulani, qui vicos litorales incolebant, nautaeque, vovebant illi victoriam, qui coeruleum, sive Neptuni habitum ferebat: quod existimarent, magnam, si vinceretur is, futuram piscium omnifariorum caritatem, maris naufragia et ventorum adversorum necessitates. Contra, qui continentem habitabant, mediterranei cives et agricolae, tota etiam agrestium turba, illum vincere optabant, qui viridem gerebat habitum: rati, magnam annonae caritatem ac famem, vinique et olei frugumque omnium inopiam secuturam, si vinceretur is, qui pro Cybele, id est, Terra decertabat. Superior omnibus in hoc certamine, per multos annos, Oenomaus evasit: ut qui aurigandi artem ab Apsyrto edoctus esset. Tandem vero ipse, a Pelope Lydo victus, morte multatus est.

Equestris autem Certaminis auctor primus erat Enyalius quidam filius Neptuni illius, qui Libyam, Jovis Pici ex Jo filiam, in uxorem duxit; quique regiones ad meridiem vergentes in potestatem suam redactas, ab uxoris nomine, Libyam appellavit. Equestre autem hoc certamen Bigis

Digitized by Google

ἅρμασι δικαίλοις ἐφεῦρε, καθὼς ταῦτα συνεγράψατο Καλλίμαχος ὁ σοφὸς ἐν τοῖς Ἑτησίοις αὐτοῦ.

Καὶ λοιπὸν μετ' αὐτὸν ὁ Ἐριχθόνιος ἐπετέλεσε τὸν αὐτὸν E ἀγῶνα ἅρμασι τετραπώλοις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος ἐμφέρεται ἱστορίαις· ὃς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τοῦ ἱπποδρομίου τὸ κτίσμα εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ᾠκοδομήθη, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης· τὰς δὲ δεκαδύο θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους ἱστόρησε τοῦ ζωδιακοῦ τοῦ διοικοῦντος τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τῶν ἀν- V 74 θρώπων τὸν παροδικὸν τοῦ βίου δρόμον. τὸ δὲ πέλμα τοῦ ἱππικοῦ τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν δὲ εὔρηπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολήν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἑπτὰ σπάτια τὸν δρόμον καὶ τὴν κίνησιν τῆς ἀστρονομίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου.

Ὁ δὲ Ῥῶμος βασιλεὺς πρὸς τιμὴν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἡλίου καὶ O 222 τῶν ὑπ' αὐτὸν τεσσάρων στοιχείων τὸν ἀγῶνα ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἐφεῦρε, καὶ ἐπετέλεσεν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας, ἅρμασι τετραπώλοις, τοῦτ' ἐστὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ καὶ τῷ πυρὶ καὶ τῷ ἀέρι. καὶ ἐπέθηκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐ- B τοῖς τέτρασι στοιχείοις τὰ ὀνόματα, τῇ γῇ τὸ Πράσινον μέρος, ὅ ἐστι τὸ χλοῶδες, τῇ δὲ θαλάσσῃ, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασιν, τὸ Βένετον μέρος, ὡς κυανόν, τῷ δὲ πυρὶ τὸ Ῥούσιον μέρος, ὡς ἐρυ-

2. Ἑτησίοις] *Αἴτια* dici vidit Ch. 13. σπάτια Ch. cum Cedreno p. 147. C et Ducangius Gloss. v. σπάτιον, σπαθία Ox.

primum celebravit Enyalius: uti memoriae prodidit, in Anniversariis suis, sapiens Callimachus.

Hunc secutus est Ericthonius, qui certamen hoc Equestre Quadrigis peregit: unde magnum sibi nomen comparavit: sicuti scriptum reliquit Charax, in Historiis: Qui praeterea addit, extructum fuisse Hippodromum ad formam Universi; nempe ut Coelum, terram, et Mare repraesentaret. Ostia enim duodena ad Zodiaci domus duodecim retulit, qui terras et maria gubernat, vitamque Mortalium transitoriam: Area Hippodromi terram; Euripus Mare, a terra media interceptum, referebat: flexus qui ad ostia, Orientem, qui ad fundam, occasum designavit: septem denique spatia Septentrionum motus et cursum Atronomicum indicarunt.

Romulus porro et ipse, ad cultum solis, et, quae illi subjecta sunt, Elementorum quatuor, Certamen hoc in Romam primus introduxit: primus etiam in Occidente, id est, in Italia, Quadrigis illud peregit, Terrae, Mari, Igni, atque Aeri, respondentibus. Indidit etiam Romulus quatuor istis Elementis nomina, a Terra Prasinam Factionem appellavit, propter colorem viridem: a Mari Venetam, ob aquarum colorem coeruleum: ab Igne Russeam, ob colorem rubentem: ab Aere vero Albam,

Digitized by Google

θρόν, τῷ δὲ ἀέρι τὸ Ἄλβον μέρος, ὡς λευκόν· κἀκεῖθεν ἐπενοήθη τὰ τέσσαρα μέρη ἐν Ῥώμῃ. ἐκάλεσε δὲ τὸ Πράσινον μέρος, ὅ ἐστι ῥωμαϊστὶ τὸ ἐμπαράμονον, πραισεντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν, διότι ἡ χλοώδης γῆ διὰ παντὸς ἵσταται σὺν τοῖς ἄλσεσι. τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν ἐκ τοῦ εἶναι ὑπὸ τὴν Ῥώμην ἐπαρχίαν μεγάλην χώραν λεγομένην Βενετζίαν, ἧστινος μητρόπολίς ἐστιν Ἀκυληία, κἀκεῖθεν ἐξέρχεται τὰ κυανά, τοῦτ' ἐστὶ τὰ Βενέτζια βάμματα τῶν ἱματίων. καὶ προσεκόλλησε τῷ Πρασίνῳ μέρει, ὅ ἐστι τῇ γῇ, τὸ λευκόν, φησί, τὸν ἀέρα, καθότι καὶ βρέχει καὶ ὑπουργεῖ καὶ ἁρμόττει τῇ γῇ· καὶ τῷ Βενέτῳ μέρει, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι, προσεκόλλησε συμμίξας τὸ Ῥούσιον μέρος, ὅ ἐστι τὸ πῦρ, καθότι σβέννυσι τὸ ὕδωρ τὸ πῦρ, ὡς ὑποτεταγμένον αὐτῷ. καὶ λοιπὸν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες διεμερίσθησαν εἰς τὰ μέρη, καὶ οὐκέτι ὡμονόησαν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ ἐρᾶν λοιπὸν τῆς ἰδίας νίκης καὶ ἀντιποιεῖσθαι τοῦ ἰδίου μέρους, ὥσπερ θρησκείας τινός. καὶ ἐγένετο μέγα σχίσμα ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ μεγάλην ἔχθραν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ μέρη, ἀφότε ἐπενόησεν αὐτοῖς τὴν τοῦ ἱππικοῦ θέαν ὁ Ῥῶμος. καὶ ὅτε ἐν οἱῳδήποτε μέρει εἶδεν ὁ Ῥῶμος φιλοῦντας τοὺς λελυπημένους καὶ ἀνθισταμένους αὐτῷ δήμους ἢ συγκλητικοὺς διὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν οἱανδήποτε, ἐδύ-

O 223 C

3. ἐμπαράμονον Chron., ἐμπαράμενον Ox. 4. χλοώδης Ch., Chron., χλοῶδες Ox. 5. ἄλσεσι Ox. 8. τῷ Ch., Chron., τό Ox. 9. φησι post καθότι ponit Chron. 14. ἐρᾶν Chron., ὁρᾶν Ox. 15. λοιπὸν] ἕκαστον Chron. 18. ἀφότε Ch., ἀπότε Ox.

propter coloris albedinem. Inde quatuor illae in Roma Factiones. Prasinam autem factionem ideo vocavit, quia terra virens cum nemoribus suis firma stat semper. Prasinum enim Latinis Permanens est. Venetam autem factionem appellavit, quod ex Veneta provincia, Romae subjecta, cujus Metropolis est Aquileia, panni Veneti, id est, coeruleo colore tincti, afferuntur. Prasinae autem Factioni, sive Terrae Albam, sive Aerem conjunxit; ex eo quod Aer Terrae sit accommodatus, eam irrigans, eique subserviens. Factioni autem Venetae, sive aquis, Russeam, id est, Ignem assignavit; eo quod Aqua ignem, tanquam sibi subjectum, extinguat. Caeterum Romani hoc modo in Factiones distracti, propter studia Partium; dum quisque eam cupivit superiorem esse, cui ipse maxime favebat; non amplius inter se concordes fuerunt. Quisque enim pro Factione sua tanquam pro Religione propugnavit: inde odia intestina gravissimaque dissidia inter factiones in urbe extiterunt, ex quo tempore Romulus primum Equestris illius certaminis spectaculum exhibuit. Romulus etiam, si quando advertisset ex populo, vel senatoribus quoscunque, hujus, vel illius factionis, in partes eorum euntes, qui odio ipsum habuerunt atque adversabantur ei, vel ob fratris caedem, vel aliam ob causam quamcun-

Digitized by Google

πο ἀπέχεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους, καὶ εἶχεν αὐτοὺς εὐμενεῖς καὶ
ὑπεπτευμένους τῷ σκοπῷ τῶν ἐναντίων αὐτοῦ. ἐξ ἐκείνου καὶ
οἱ μετ' αὐτὸν βασιλεῖς τῆς Ῥώμης τῷ αὐτῷ κανόνι ἐχρήσαντο.

Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ αὐτοῦ Ῥώμου ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἐγέ- O 224
νετο πολὺς ἐπείσακτος, καὶ πλῆθος ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῶν ἀγρίων
ἀνδράπων, καὶ οὐκ ἦσαν πρὸς τὰ πλήθη τῶν ἀνδρῶν γυναῖκες. E
καὶ ἐπεθύμουν τῆς τοῦ βίου ἡδονῆς τὰ τῶν νεανιῶν στρατεύμα-
τα· καὶ ἐπήρχοντο κατὰ τὴν ἀγορὰν ταῖς γυναιξί, καὶ ἐγένετο
ταραχὴ καὶ ἐμφύλιος πόλεμος. καὶ ἠθύμει ὁ Ῥῶμος, ἀμηχανῶν
τί πράξῃ· οὐδεμία γὰρ ἠνείχετο τῶν γυναικῶν καταμῖξαι τοῖς
στρατιώταις, ὡς ἀγρίοις καὶ βαρβάροις. καὶ ἐξεφώνησε νόμον
ὥστε λαμβάνειν τοὺς στρατιώτας πρὸς γάμον παρθένους, ἃς ἐκά-
λεσε Βρυτίδας· καὶ οὐδεὶς εἵλετο δοῦναι αὐτοῖς τὴν ἰδίαν θυγα-
τέρα, ἀλλ' ἔλεγον ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἐλπὶς ζωῆς
διὰ τοὺς πολέμους, ἀλλὰ πάντες τοῖς τῆς πόλεως ἐζεύγνυον τὰς V 75
ἑαυτῶν θυγατέρας. καὶ ἀθυμῶν ὁ Ῥῶμος ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαν-
τεῖον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ὥστε ἐπιτελέσαι ταῖς γυναιξὶ
θέαν ἱππικοῦ, ἵνα ἀγώγηται ἑαυτῷ ὁ στρατὸς γυναῖκας. καὶ O 225
στενάξας τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἐν τῷ παλατίῳ ἐπετέλεσεν ἱπ-
πικὸν, κελεύσας μόνον γυναῖκας θεωρῆσαι τὸ ἱπποδρόμιον. καὶ
ὡς παραξένου τινὸς θέας μελλούσης γίνεσθαι, ἀπὸ πάσης τῆς
περιχώρου καὶ τῶν πόρρωθεν πόλεων καὶ κωμῶν ἦλθον ἐν τῇ πό-

10. οὐδεμία Ch., οὐδεὶς Ox. et Chron. 21. παραξένου Ch., Chron., παρὰ ξένου Ox.

que; statim contrariae factionis hominibus adhaerere visus est; unde illos conciliavit sibi effecitque, ut adversantibus sibi et ipsi forent adversarii. Reliqua, qui eum secuti sunt, reges Romani eodem usi sunt artificio.

Romulo autem regnante, crevit admodum exercitus ejus, undequaque confluens; eratque in urbe ingens agrestium militum copia, quibus pro tanto numero deerant uxores. Cumque libidinis pruritu correptae essent juvenum cohortes, passim in foro mulieres contrectabant: inde seditio orta est et civile bellum. Cumque Romulus inops consilii quid ageret, animi penderet; (dedignabantur enim foeminae cum rurestribus et barbaris militibus rem habere:) edixit tandem, ut miles virgines illas quas Brutidas vocavit, in uxores duceret. Nemo autem erat, qui militibus filiam suam tradere dignatus est: quisque enim dicebat, eos in diem tantum vivere, quibuscunque belli casibus obnoxios. Itaque Romanis civibus filias suas locabant omnes. Conturbatus ad hoc Romulus, Oraculum consuluit: responsumque tulit, Equestris Certaminis spectaculum foeminis exhiberet; quo exercitus uxores sibi utcunque compararent. Romulus igitur coacto in Palatium exercitu, certamen equestre celebravit: jussitque, foeminas solum ad spectaculum admitti. Itaque numerosa foeminarum turba, velati ad insolitum quoddam spectaculum, ex omni in circuitu vicinia

Digitized by Google

λει Ῥώμῃ πλήθη γυναικῶν, καὶ ἀνεπλήρωσαν τὸ ἱππικὸν γυναῖκες ὕπανδροι καὶ νεώτεραι παρθένοι· ἦλθον δὲ καὶ αἱ θυγατέρες τῶν λεγομένων Σαβίνων, χώρας πλησίον τῆς Ῥώμης οὔσης, γυ-
B ναῖκες εὐπρεπεῖς. καὶ δοὺς ὁ Ῥῶμος μανδᾶτα λάθρᾳ γυναῖκα ὕπανδρον οὖσαν Ῥωμαίαν πολίτιδα μὴ θεωρῆσαι, κελεύσας καὶ ἰδίῳ στρατῷ ὥστε ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ τολμῆσαι ἅψασθαι, ἀλλὰ τὰς παρθένους ἁρπάσαι καὶ τὰς μὴ ἐχούσας ἄνδρας καὶ μόνας, ἀνελθὼν ἐν τῷ ἱππικῷ ὁ Ῥῶμος ἐθεώρει. καὶ ἐν τῷ ἐπιτελεῖσθαι τὸ ἱπποδρόμιον ἀπολυθεὶς ὁ στρατὸς ἐκ τοῦ παλατίου ὥρμησαν ἐν τῷ ἱππικῷ, καὶ ἐκ τῶν βάθρων ἀνέσπασαν τὰς παρ-
O 226 θένους γυναῖκας καὶ τὰς μὴ ἐχούσας ἄνδρας· καὶ ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας. τοῦτο δὲ πρὸς ἅπαξ ἐποίησεν ὁ Ῥῶμος γενέσθαι· καθὼς ὁ σοφώτατος Βεργίλλιος ἐξέθετο· ὡσαύτως δὲ καὶ Πλί-
C νιος ὁ Ῥωμαίων ἱστοριογράφος συνεγράψατο, ὁμοίως δὲ καὶ Λίβιος. ἕτεροι δὲ ἱστορικοὶ συνεγράψαντο πρῶτον ἱπποδρόμιον ἐπιτελέσαι αὐτοῖς τὸν Ῥῶμον εἰς βούρδωνας.

Τὸν δὲ Ῥῶμον καὶ τὸν Ῥῆμον τοὺς ἀδελφοὺς ἱστοροῦσιν ὑπὸ Λυκαίνης γαλακτοτροφέντας, ὅτι βασιλεὺς ὁ Ἀμούλιος, ὁ αὐτῶν πάππος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ῥιφῆναι εἰς τὰς ὕλας, ὡς πορνογεννήτους, ἐπειδὴ ἡ Ἰλία ἡ μήτηρ αὐτῶν, ἱέρεια οὖσα τοῦ Ἄρεως, ἐφθάρη, πορνευθεῖσα ὑπό τινος στρατιώτου, περὶ οὗ λέγουσι μυθολογοῦντες τὸν Ἄρεα ἐγγαστρῶσαι αὐτήν, καὶ

8. μόνας] μόνος Ox. sequentibus haec iungens. 13. Βεργίλιος Ch., Βεγγίλλιος Ox. 18. γαλακτοτροφέντας] γαλακτοτροφηθῆναι Chron. V. ad p. 37. D. *ibid.* ὅτε Ox., διότι Chron. 21. Ἀρέως — Ἄρεα Ox.

urbibusque et viculis etiam longe remotis ad urbem Romam concurrebat; Circumque implebant matronae virginesque innuptae: inter quas et Sabinorum forma praecellentes adfuerunt filiae; quorum regio ab urbe propius aberat. Dederat porro Romulus clam in mandatis, ne cujusquam civis Romani uxor in spectaculo adesset: Militique itidem suo edixit, ut Matronam nullam contingerent; solas raperent virgines, et quae viris omnino carerent. Solus autem in Circum Romulus venit, ut certamini spectaret. Interim autem dum ferverent aurigationes, emissus ex Palatio miles, in Circum erumpit, virginesque, et quae viris carerent foeminas ex gradibus raptas, in uxores sibi duxit. Hoc autem semel duntaxat fieri voluit Romulus: uti sapientissimus Virgilius testatus est: cui accinit quoque Plinius Romanus Historiographus, uti et Livius etiam. Caeteri vero tradiderunt, primos ludos Equestres burdonibus a Romulo celebratos.

Romulum vero et Remum fratres a Lupa lactatos fuisse, fama est: cum rex Amulius, avus eorum, tanquam nothos, eos in silvas exponi jussserat. Mater enim illorum Ilia Martis sacerdos, a milite quodam compressa fuerat, unde eam a Marte gravidam fuisse factam, fabulantur. Gemellos autem edidit: quos, propterea ab avo in silvis expositos, rep-

Digitized by Google

ἠύρησεν αὐτοὺς διδύμους, καὶ διὰ τοῦτο ὁ πάππος αὐτῶν ἔρ-
ριψεν αὐτοὺς εἰς τὰς ὕλας. καὶ εὗρε τοὺς αὐτοὺς παῖδας χωρική
τις, βόσκουσα πρόβατα· καὶ σπλαγχνισθεῖσα, ὅτι ἦσαν εὔμορφα, D
λαβοῦσα ἔθρεψεν αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ γάλακτι. εἰς δὲ τὴν χώραν
ἐκείνην λυκαίνας καλοῦσιν ἕως ἄρτι τὰς χωρικὰς τὰς βοσκούσας
πρόβατα, ὡς ἀεὶ τὸν βίον καὶ τὴν διαγωγὴν ἐχούσας μετὰ λύ-
κων. τούτου οὖν ἕνεκεν ὁ Ῥῶμος ἐπενόησε τὰ λεγόμενα Βρουμά- O 227
λια, ἐρηκώς, φησίν, ἀναγκαῖον εἶναι τὸ τρέφειν τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον πᾶσαν καὶ τοὺς ἐν ἀξίᾳ καὶ πάσας τὰς ἔνδον τοῦ παλατίου οὔσας στρατιάς, ὡς ἐντίμους, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος, ὅτε τὰ πολεμικὰ ἔνδοσιν ἔχει. καὶ ἦρξατο πρώτους καλεῖν καὶ τρέφειν τοὺς ἀπὸ τοῦ ἄλφα ἔχοντας τὸ ὄνομα, καὶ λοιπὸν ἀκολούθως ἕως τοῦ τελευταίου γράμματος, κελεύσας καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον θρέψαι τῷ αὐτῷ σχήματι. καὶ ἔθρεψαν καὶ αὐτοὶ τὸν στρατὸν ἅπαντα καὶ οὓς ἐβούλοντο. E
οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι ἀπὸ ἑσπέρας ἀπιόντες εἰς τοὺς οἴκους τῶν καλεσάντων αὐτοὺς ἐπ' ἀρίστῳ εἰς τὴν ἑξῆς ἠθύλουν πρὸς τὸ γνῶναι ἐκεῖνον ὅτι παρ' αὐτῷ τρέφονται αὔριον. καὶ κατέσχε τὸ ἔθος τῶν Βρουμαλίων ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ ἕως O 228
τῆς νῦν. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ αὐτὸς Ῥῶμος, θέλων ἐξαλεῖψαι
τὴν ἑαυτοῦ ὕβριν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐχθροὶ αὐτοῦ ὄντες καὶ μι- V 76
σοῦντες αὐτὸν καὶ λοιδοροῦντες ἔλεγον ὅτι οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν βασιλεῦσαι ἐνυβρισμένον ὄντα, διότι ἐξ ἀλλοτρίων ἐτράφησαν οἱ

3. εὔμορφα] Fort. εὔμορφοι. 10. στρατιὰς Chron., στρατείας Ox.
12. πρώτους Chron., πρῶτος Ox.

rit mulier quaedam agrestis, quae greges ovium pascebat: haec vero miserata puerulos elegantes, eos lacte suo enutrivit. In ea autem regione usque adhuc etiam rurestres illas ovium custodes, Lupas, vocitant: ut quae inter lupos vitam suam transigunt. Brumalia autem quae dicuntur instituit Romulus, hanc ob causam: eo quod necessarium duxit, ut hyberno tempore, cum bellorum induciae sunt, Rex pro tempore, quicunque fuerit, senatum omnem Proceresque, Palatinos item milites, honoris causa, conviviis exciperet. Primos itaque ad convivium vocavit, qui nomina sua ab Alpha exordiebantur; et sic deinceps, suo quosque ordine, usque ad ultimam Alphabeti literam. Jussit etiam, ut Senatus populum eodem modo invitaret. Itaque vocabant etiam hi exercitum omnem, et quoscunque praeterea volebant. Singularum vero turmarum Panduristae, pridie ad vesperam ibant ad convivatorum aedes, ibidemque canebant, usque ad sequentem diem, uti scirent apud quem essent postridie epulaturi: quae quidem Brumalia in Repub. Romana celebrantur ad hunc usque diem. Hoc autem eo animo fecit Romulus, ut maculam deleret, quam Romani, qui ei infensi erant oderantque, contra eum contumeliae causa objectabant, indignum scilicet eum esse qui regnaret, affirmantes; eo quod infamis esset nominis: ut qui, cum fratre, aliena quadra vixisset;

Digitized by Google

δύο ἀδελφοί, ἕως οὗ τελείας ἡλικίας ἐγένοντο καὶ ἐβασίλευσαν, σημαίνοντες ὅτι ὑπὸ τοῦ Φαύστου τοῦ γεωργοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λυκαίνης ἐτράφησαν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐσθίοντες, ὡς προγέγραπται. ὄνειδος γὰρ ὑπῆρχε παρὰ Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις ποτὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφεσθαί τινα· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις τοῖς λεγομένοις φιλικοῖς ἕκαστος τῶν συνερχομένων εἰς τὸ συμπόσιον τὸ ἴδιον αὐτοῦ βρῶμα καὶ πόμα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζει, καὶ εἰς τὸ κοινὸν πάντα παρατίθεται, καὶ
B ἐσθίουσι κρατήσαντες τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἕως τῆς νῦν, τὸ μὴ ἀκούειν ἀλλοτριοφάγοι. τούτου χάριν ἐπενόησε τοῦτο ὁ αὐτὸς
O 229 Ῥῶμος, πρὸς τὸ ἐξιλεώσασθαι τὴν ὕβριν ἑαυτοῦ, καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου ῥωμαϊστὶ βρουμάλιουμ, καθὼς ὁ σοφώτατος Λικίννιος ὁ Ῥωμαίων χρονογράφος ἐξέθετο.

Μετὰ δὲ Ῥῶμον καὶ Ῥῆμον τοὺς ἀδελφοὺς ἐβασίλευσαν ἄλλοι ἓξ τῆς Ῥώμης ἕως τοῦ Ταρκυνίου Σουπέρβου τοῦ ἀδίκου. ἑβδομὸς γὰρ βασιλεὺς τῆς Ῥώμης μετὰ τὸ κτισθῆναι αὐτὴν ἐγένετο· καὶ ἐπήρθη τὸ βασίλειον παρ' αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦν Σίβυλλα ἡ Κυμαία μάντις.

C Ἔσχε δὲ ὁ αὐτὸς Ταρκύνιος υἱὸν ὀνόματι Ἄρρουνς, ὃν ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας, ὅτι βιασάμενος τὴν Λουκρητίαν συγκλητικὴν ἐμολύνεσεν ὁ υἱὸς τοῦ Ταρκυνίου ὁ Ἄρρουνς· καὶ κείνη ἔσφαξεν ἑαυτήν, ὡς σώφρων. καὶ ἐγένετο ἐμφύλιος πόλε-

1. ἐβασίλευσαν Chron., βασίλευσαν Ox.

et ab incunabulis, ad perfectam usque aetatem, quoad regnare coepisset, aliorum victu enutritus fuisset: nempe innuentes, eum apud Faustum colonum, et Lupam uxorem ejus, ex alieno enutritum fuisse: uti antea dictum est. Apud Romanos enim; veteres etiam omnes, vitio vertebatur si quis alieno pane vesceretur. Unde et in Symposiis, quae *Amicalia* dicta sunt, singuli ex convivis cibum potumque suum proferentes, in commune conferunt; morem antiquum usque adhuc servantes, ne forte *Alienivori* audirent. Ob hanc igitur causam, nempe ad contumeliam illam a se amovendam, genus hoc convivii Romulus instituit; et Latina lingua *Brumalium* vocavit: uti haec tradidit sapientissimus Licinius, Romanorum Chronographus.

Post Romulum et Remum fratres, reges VI alii Romae regnarunt ad injustum usque illum Tarquinium superbum. Ab urbe enim condita Romanorum rex septimus fuit iste: a quo etiam ablatum est regium imperium.

Hujus sub regno floruit Cumaea Sibylla, vaticinatrix.

Tarquinius iste filium habuit, qui Aruns dictus est: qui in causa fuit quod Tarquinius pater regno deturbatus fuerit; eo quod Lucretiae, matronae nobili vim intulerat: illa vero, ut castam se argueret, mortem sibi

Digitized by Google

μης μέγας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ χρόνων, καὶ πολλοὶ ἐσφάγησαν. ταῦτα δὲ συνεγράψατο ὁ σοφὸς Σέρβιος ὁ Ῥωμαίων συγγραφεύς.

Ὁ δὲ Ταρκύνιος ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας τῷ τρόπῳ τούτῳ. πολέμου κινηθέντος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν λεγομένων Ἀρδηνῶν, λαβὼν βοήθειαν ὁ Ταρκύνιος βασιλεὺς ἦλθε πολε- O 230
μῶν τὴν Ἀρδηνῶν χώραν. καὶ εὑρόντες καιρὸν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ οἱ συγκλητικοὶ Βροῦτος ὁ θεῖος τῆς Λουκρητίας καὶ Κολλάτῖνος D
ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, κατεσκεύασαν αὐτῷ, συμποιησαμένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ τῶν τῆς πόλεως πάντων εἰς τὸ αὐ-
τὸν ἐκβληθῆναι τῆς βασιλείας, πείσαντες συμμαχεῖν αὐτοῖς εἰς τὸ μὴ δέξασθαι τοῦ λοιποῦ τὸν Ταρκύνιον βασιλέα εἰς τὴν Ῥώ-
μην ὑποστρέφοντα τὸν στρατὸν τὸν φυλάττοντα τὸ παλάτιον καὶ τὴν πόλιν Ῥώμην τῶν λεγομένων Κελεριανῶν, ἀνδρῶν μαχι-
μωτάτων ἐν πολέμοις. καὶ γνόντος τοῦ Ταρκυνίου τὸ τρακτευ-
θὲν κατ' αὐτοῦ παρὰ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ δήμου, πέμψας αὐτὸς ὑπενόθευσε καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Βρούτου, τὸν φίλον ὄντα καὶ συννεώτερον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρρούνης. καὶ πεισθεὶς συνετάξατο ἐρχομένου τοῦ αὐτοῦ Ταρκυνίου κατὰ τῆς E
Ῥώμης προδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὸν ἴδιον πατέρα φονεύειν τὸν
Βροῦτον. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ δοῦλος τοῦ Βρούτου Βινδίκιος, ὁ συνδιάγων τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἀνήγγειλε λάθρᾳ τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ O 231
Βρούτῳ τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὴν παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ εὐθέως ἀκούσας ὁ Βροῦτος συνέσχε τὸν ἴδιον

1. χρόνων] Malim χρόνον. 7. Κολλαντῖνος Ox. hic et p. seq. v. 9. Κολλατῖνος est infra p. 79. D.

consivit. Inde bellum civile ingens Romae coortum est: in quo plurimi ceciderunt. Haec autem Servius, sapiens Romanorum scriptor, memoriae mandavit.

Ejectus autem fuit e regno suo Tarquinius, hoc modo. Bellum Romanis intulerunt Ardeani: Tarquinius igitur rex, copiis collectis, regionem eorum invasit. Tempus itaque nacti opportunum, qui ei infensi erant, Brutus, Lucretiae avunculus, et Collatinus ejusdem maritus, Senatorii ordinis viri; una cum senatoribus reliquis, populoque adeo omni, consilium inierunt, quomodo Tarquinium e regno deturbarent. Conjurationis etiam socios habuerunt Flexumines illos, qui *Celeriani* vocabantur; bellicosos viros, Palatii, atque urbis custodes; a quibus obtinuerunt, ne Tarquinium regem deinceps in urbem admitterent. Tarquinius autem certior factus de his, quae contra se senatus, exercitus, omnisque adeo populus, machinabantur: Bruti filium, Aruntis filii sui amicum, et a pueris sodalem, in partes suas corrupit; ipsumque paciscentem habuit, uti veienti Tarquinio contra Romam, urbem ipse proderet; Brutum etiam, patrem suum, neci daret. Haec vero ubi intellexisset Bruti servus, qui filium assectabatur, nomine Vindicius; conspirationem totam, quam in eum filius machinatus est, Domino aperuit. Brutus, his auditis, statim

Digitized by Google

αὐτοῦ υἱόν, καὶ ἐν τῷ φόρῳ Ῥώμης ἐπὶ πάντων ἐξετάσας αὐτόν,
V 77 ἠνάγκαζεν αὐτὸν ἐξειπεῖν τὰ αὐτῷ καὶ τῷ Ταρκυνίῳ βεβουλευμένα. ὁ δὲ ὡμολόγησε τῷ ἰδίῳ πατρὶ τὴν γενομένην παρ' αὐτοῦ σύνταξιν τῆς προδοσίας πρὸς τὸν Ταρκύνιον· καὶ εὐθέως ἐφόνευσε τὸν ἴδιον υἱόν. καὶ λοιπὸν συναθροισθεῖσα ἡ σύγκλητος Ῥώμης πᾶσα ἀπεκήρυξε τὸν Ταρκύνιον τῆς βασιλείας, ἐγγράφως τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ ποιήσαντες, ψηφισάμενοι ἐν πρώτοις καὶ δισιγνιτεύσαντες ὑπάτους δύο, τὸν Βροῦτον τὸν μέγαν καὶ τὸν Κολλατῖνον τὸν ἄνδρα τῆς Λουκρητίας, διοικεῖν τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων προβαλλομένους κατὰ ἰδίαν δοκιμασίαν ἄρχοντας, καὶ μὴ εἶναι τοῦ λοιποῦ βασιλέα ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντες καὶ τῷ στρατῷ τῷ ὄντι μετ' αὐτοῦ Ταρκυνίου ἀπολιπεῖν αὐτόν· καὶ ἀπέ-
B στησαν εὐθέως. ἦ μόνον δὲ προῆλθεν ὕπατος ὁ Βροῦτος, εὐθέως ἐπὶ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου ἀγαγὼν τὸν ἴδιον δοῦλον τὸν Βινδίκιον ὑπὲρ εὐχαριστίας, ὅτι πιστὰ ἐφύλαξε τῷ ἰδίῳ δε-
σπότῃ, καὶ ἐπιτελέσας ἑορτὴν πανηγυρικὴν τῇ Λίκῃ καὶ καθίσας
O 232 ἐν τῷ ὑψηλῷ βήματι ἀνήγαγε τὸν Βινδίκιον ἐν ὕψει ἄντικρυς αὐτοῦ, καὶ ἐκτείνας τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ τῇ παλάμῃ αὐτοῦ πληγὰς τρεῖς ἐπὶ τὴν αὐτοῦ παρειὰν ἐπαγαγὼν μετὰ κραυγῆς ἔφη ταῦτα, Ἀποτιναξάμενος τὴν τῆς σῆς δουλείας τύχην, ὦ Βινδίκιε, καὶ τὴν ταύτης ἐκδυσάμενος ζυγὸν ἔνδυσαι Ῥωμαϊκῆς ἐλευθερίας θώρακα τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς σου χρόνον. καὶ ἀφελόμενος ἐκ
C τῆς ἰδίας χειρὸς δακτύλιον χρυσοῦν ἐπέβαλεν εἰς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἀξίαν κόμητος καὶ μέρος τῆς αὐτοῦ

comprehendit filium suum; eumque in foro, coram omnibus, examini subjecit; totumque Tarquinii consilium detegere cogit. Filius itaque patri conjurationis omnem seriem indicavit: pater inde illico filium neci tradidit. Senatus deinde Romanus omnis in unum congregatus, Tarquinium regno abdicavit, ejectione ejus in Acta publica etiam relata; cum prius Consules duos constituissent Brutum magnum et Collatinum, Lucretiae conjugem. His itaque communi consensu Reipublicae administratoribus designatis; cautum deinde erat, ne unquam Potestas Regia in Roma denuo admitteretur. Exercitum etiam, quem secum habuit Tarquinius, per literas hortati sunt, uti regem desererent: quod et factum est. Brutus vero Consul factus, servum suum Vindicium Senatus et populi in conspectum adduxit, ob fidem ejus Domino praestitam, beneficium ei repensaturus. Festivitatem itaque solennem *Justitiae* indixit: et consedens throno excelso, servum suum Vindicium loco etiam sublimiore sibi e regione collocavit: deinde manum dextram protendens, tres ei alapas palma impegit super faciem, elata hac voce locutus. „Excusso, Vindicie, servitutis tuae jugo, servilem conditionem tuam exuas; et Romanae libertatis thorace deinceps indutus, quamdiu vixeris incedas.“ Anulum deinde aureum suo digito detractum, dexterae ejus imposuit: et concessa etiam ei facultatum suarum portione aliqua, Comitem fecit. Diem autem Celebri-

Digitized by Google

πρωσίας, καλέσας τὴν αὐτὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς Κονσίλια, ἐπὶ ἑρμηνεύεται παροχῆς ἡμέρα, προστάξας καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβληθεῖσιν ὑπατικοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κατ' ἔτος ἱερὰν παννυχίδα καὶ ἑορτὴν τῇ Δίκῃ ἐπιτελεῖν εἰς μνημόσυνον τῆς κατὰ τοῦ Ταρκυνίου νίκης καὶ τῆς κατ' ἀξίαν ἐλευθερίας τοῦ Βινδικίου εἰς τὸ προτρέψασθαι τοὺς λοιποὺς τοὺς πανταχοῦ οἰκέτας εὐγνωμονεῖν τοῖς ἰδίοις δεσπόταις καὶ τοιαύτης ἐλευθερίας ἀξιοῦσθαι καὶ τιμῆς. ἅτινα Κονσίλια οἱ O 233
ὑπατικοὶ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν ἕως τῆς νῦν ἐπιτελοῦσι πανηγυρίζοντες. περὶ ὧν καὶ Λίβιος ὁ σοφὸς καὶ ἕτεροι πολλοὶ συνεγράψαντο. D

Μετὰ δὲ χρόνους πολλοὺς τυραννήσαντες οἱ Γάλλοι ἐκίνησαν πόλεμον Ῥωμαίοις· καὶ τοῦτο γνοῦσα ἡ σύγκλητος Ῥώμης προεχειρίσατο κατ' αὐτῶν στρατηγὸν δυνατὸν ὀνόματι Μαλλίωνα Καπιτωλῖνον. ὅστις ὁπλισάμενος καὶ λαβὼν στρατὸν πολεμικώτατον, ὥρμησεν εἰς τοὺς Γάλλους· καὶ συμβαλὼν πόλεμον ἐνίκησε κατὰ κράτος. καὶ ὑποστρέψας ἐθριάμβευσε τὴν νίκην ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ εἰσῆλθεν ἀπονενοημένος κατὰ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ δήμου· καὶ διὰ τοῦτο ἐλυπήθη ἡ σύγκλητος καὶ πάντες. φθονηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐχθροῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ, ὄντος ἐν δυνάμει, ὀνόματι Φεβρουαρίου, καταγομένου ἐκ γένους τῶν Γάλλων, κατεσκευάσθη. ἐν κομβεντίῳ γὰρ O 234
E

1. *Κονσίλια*] *Consualia* in mente habuisse videtur. 2. *παροχῆς*] Conf. inscr. p. 121. 6. *τοὺς λοιποὺς*] Fort. *τοῦ λοιποῦ*. 14. *Μαλλίωνα*] *Μαλλίων* Ox. 16. *Γάλλους*] *Γαλλίους* Ox.

tatis hujus vocavit *Consilia*: ac si diceres, *Diem Largitionis*. Insuper etiam Proconsulibus omnibus Provinciarum Praefectis imperavit, uti eodem die sacrum pervigilium et Festum anniversarium *Justitiae* celebrarent; in memoriam ejecti Tarquinii et Libertatis pro meritis Vindicio concessae: ut hinc nimirum servi omnes documenta sibi sumerent, debitam Dominis fidem praestandi; libertatem, et honores tantos pro meritis reportaturi. Itaque etiam Proconsules ubique Provinciarum Solennitates illis usque adhuc pompa maxima celebrant. De his autem sapiens Livius, aliique plurimi scripserunt.

Longo autem post tempore, Galli in Romanos insurgentes, bellum eis intulerunt: quod ubi intellexisset Senatus Romanus, missus est contra eos Manlius Capitolinus, dux fortissimus. Paravit hic sibi exercitum bellicosissimum; et in Galliam profectus, commissoque cum Gallis praelio, eos profligavit. Romam deinde reversus, triumphum de illis egit. Urbem vero ingressus, senatum, exercitum, populumque fastidire animo visus est: quod senatus quidem, caeterique omnes aegre tulerunt. In eum etiam machinatus est Februarius quidam, adversarius potens, Senatorii ordinis vir et ex Gallis oriundus. Convocato enim Consilio, cum Comi-

Digitized by Google

καὶ κρατήσας πάλιν τῆς Ῥώμης ὁ Μαλλίων Καπιτωλῖνος εὐθέως
O 237 ἐλυπήθη διὰ τὴν παράληψιν τῆς πόλεως Ῥώμης καὶ τὴν ὕβριν
E καὶ τὴν ἧτταν Ῥωμαίων. ἐν δὲ τῷ λεγομένῳ μηνὶ ἐξτιλλίῳ
τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τὰς ἡμέρας ἐκολόβωσεν, ὡς δυσοιωνίστου γε-
νομένου τῇ πόλει Ῥώμῃ, ἀποχαράξας καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μη-
κέτι καλεῖσθαι οὕτως. συσχὼν δὲ καὶ τὸν συγκλητικὸν τὸν
ἐχθρὸν αὐτοῦ, τὸν κατασκευάσαντα αὐτῷ, ὀνόματι Φεβρουά-
ριον, τὸν καὶ ποιήσαντα αὐτὸν ἐκβληθῆναι ἔξω τῆς πόλεως Ῥώ-
μης, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ ἀφελόμενος, εὐθέως ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ
ἐρρόγευσε τῷ ἐλθόντι στρατῷ μετ' αὐτοῦ εἰς ἐκδίκησιν τῆς πό-
V 79 λεως Ῥάμης, προσφωνήσας τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ στρατῷ ὅτι
οὗτος ἐκ γένους ἐστὶ τῶν Γάλλων, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε, κἀ-
κείνους ἐκδικῶν κατεσκεύασέ μοι. ἔχει δὲ καὶ ἐνυβρισμένον
βίον· ἔστι γὰρ κίναιδος, καὶ οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν τῇ Ῥώ-
μῃ, ἀλλὰ χρὴ ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἀτίμως καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ζωῇ
ἀφαιρεθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ δοθῆναι αὐτὸν εἰς θυσίαν
τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. καὶ συνῆνεσεν ἡ σύγκλητος καὶ ὁ στρα-
τός· καὶ εὐθέως ἀφελόμενος αὐτοῦ ἀξίαν ἀπέδυσεν αὐτὸν γυ-
μνόν, καὶ περιειλήσας αὐτὸν ψιλαθον καὶ περιζώσας αὐτὸν σχοῖ-
O 238 νον μάσσινον, ἐπιθεὶς τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ δι' ἐγ-
γράφου προστάξεως αὐτοῦ τῷ μηνὶ τῷ ἐξτιλλίῳ, ποιήσας λέ-
B γεσθαι τὸν αὐτὸν μῆνα ἐξ ἐκείνου Φεβρουάριον, ὡς ἄξιον ὄντος
τοῦ ὀνόματος τοῦ μηνὸς δυσοιωνίστου καὶ ἀτίμου, κελεύσας τοῖς
βερνάκλοις, τοῦτ' ἐστὶ περιπόλοις, βαλισσήνοις βάκλοις τύπτειν

suffragantibus. Manlius igitur Capitolinus Roma sua iterum potitus, ob urbis protinus direptiones Romanorumque victorum ignominiam, indignatione commotus est. Mensis vero Sextilis nomen immutari voluit; et tanquam Rebus Romanis infausti, dierum ejus numerum decurtavit. Comprehenso deinde Februario senatore, inimico suo, qui machinationibus suis auctor fuit, ut ex urbe ejiceretur Manlius; bona ejus omnia diripit, ipsiusque in conspectu, militibus suis, qui urbis Romae ultionem secum advenerant, distribuit. Senatum porro exercitumque his affatus; „Februarius, inquit, iste a Gallis oriundus est, uti vos probe nostis: quorum etiam in vindictam ista in me machinatus est. Sed et vitam agit ignominiosam: est enim Cinaedus; nec in urbe Roma degere jure potest. Quin potius ejiciatur inglorius, nomenque ejus, etiam vivente ipso, deleatur. Vos vero ipsum Diis Manibus devovete.“ Annuente senatu, cum exercitu, Februarius statim insignibus omnibus exutus est, nudusque factus. Tum vero storea indutum funiculoque praecinctum, vernaculis eum, sive Excubitoribus tradiderunt, uti virgis caedentes, clamarent: *Exi Februari:* quod Graecis idem est, ac si diceres, ἔκβα περίττιε. Atque hunc in modum senator iste Februarius, ejectus ex urbe, periit, Diis Manibus Sacratus. Cavebat etiam Edicto Manlius, ut Mensis Sexti-

Digitized by Google

αὐτὸν καὶ κράζειν, Ἔξιθι, φεβρουᾶρι, ὅπερ ἐστὶ τῇ Ἑλληνίδι γλώσσῃ Ἔκβα, περίτιε. καὶ οὕτως ἐκβληθεὶς ἀπὸ τῆς πόλεως Ῥώμης ὁ αὐτὸς συγκλητικὸς ἐτελεύτα, θυσιασθεὶς τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. καὶ ἐπιτρέψας τοῖς ἱερεῦσιν ὁ αὐτὸς Μαλλίων ποιεῖν θυσίαν ἐν τῷ αὐτῷ μηνὶ φεβρουαρίῳ, κελεύσας ἐν ἑκάστῃ πόλει Ῥωμαίων τὸ αὐτὸ σχῆμα τοῦ φορέματος τοῦ ψιαθίου γίνεσθαι καὶ τὰ λοιπὰ κατ' ἔτος, καὶ διώκεσθαι τὸν φεβρουάριον τὸν καὶ περίτιον μῆνα πρὸ τῆς πόλεως τυπτόμενον, τὴν κατὰ τοῦ Βρήνου καὶ τῶν Γάλλων σημαίνων νίκην C
καὶ τὴν τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Μαλλίωνος ἐκδίκησιν, ὅπερ γίνεται ἕως τῆς νῦν εἰς ἑκάστην πόλιν Ῥωμαίων. ἦντινα ἔκθεσιν ηὗρον ἐν Θεσσαλονίκῃ πόλει· καὶ ἀναγνοὺς ηὗρον ἐπιγεγραμμένην τὴν O 239
βίβλον Ἔκθεσις Βρουνιχίου Ῥωμαίου χρονογράφου.

Μετὰ δὲ τοῦ διοικῆσαι τοὺς ὑπάτους ἔτη πολλὰ πάλιν ἐβασίλευσε πρῶτος Ὀκταβιανὸς Αὔγουστος. ὃς ἐπεμέμφετο τῷ Μαλλίωνι Καπιτωλίνῳ, ὡς τάξαντι τὸν κακοιώνιστον φεβρουάριον μῆνα μέσον, καὶ μεταγαγὼν εὐθέως ὁ αὐτὸς Αὔγουστος διὰ θείας αὐτοῦ κελεύσεως τὸ ὄνομα τοῦ φεβρουαρίου μηνὸς ἕστερον πάντων τῶν μηνῶν/ἔταξε, καὶ ἀντ' αὐτοῦ τὸ ἴδιον ἑαυτοῦ ὄνομα αὔγουστον τὸν ἕκτον ἀπὸ τοῦ πρίμου καὶ τὸν πρὸ τοῦ αὐγούστου μηνὸς ἐκάλεσεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος. D

1. Ἔξιθι] Immo Ἔξι. Tum *Περίτιε* Ox. Sic et v. 8. 14. τοῦ] τὸ Ch. V. vol. II. p. 24. B, 34. D. 15. τῷ] τοῦ Ox. 20. ἀπὸ] τὸν ἀπὸ Ox.

is in posterum Februarius a Senatore isto diceretur: uti mensis infaustus nomen etiam inauspicatum et inhonorandum haberet. Sacerdotibus etiam Sacrificia indixit Manlius, eodem mense peragenda. Quinetiam urbibus Romanae ditionis universis imperavit; uti, anniversario rito, simulachrum quoddam, storea funiculoque circumcinctum, eodem quo Februarius modo, virgis extra urbem caederetur: nempe hoc facientes, in odium mensis Februarii; in memoriam vero Brenni, cum Gallis suis profligati, Manliique in adversarium vindictae. Durat autem mos iste, singulis Romanorum urbibus observatus, in hunc usque diem. Ista autem desumpta sunt ex codice quodam, quem in urbe Thessalonica inveni; cujus iste fuit Titulus: *Brunichii, Chronographi Romani, Historia.*

Postea vero quam Consules Romanam Rempub. plures per annos administrassent, regium rursus imperium primus introduxit Octavianus Augustus: qui Manlium Capitolinum culpavit, quod inauspicatum mensem Februarium inter menses medium posuisset. Itaque divino suo Edicto cavit, uti in posterum Februarius in serie mensium ultimus esset: ejus autem in loco, mensem a primo sextum, suo nomine, *Augustum* vocari jussit: antecedentem vero mensem, a Caesaris avunculi nomine *Julium* vocari voluit.

Digitized by Google

Μετὰ δὲ τὸ ἐκβληθῆναι τὸν Ταρκύνιον τῆς βασιλείας διῴκουν τὴν πόλιν οἱ προειρημένοι ὕπατοι δύο, Βροῦτος ὁ μέγας καὶ ὁ Κολλατῖνος ὁ ἀνὴρ τῆς Λουκρητίας, καὶ ἄλλοι ὕπατοι πολλοὶ ἕως Καίσαρος Ἰουλίου ἐπὶ ἔτη υξδ'.

Ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις χρόνοις μετὰ Ἰωακεὶμ Ἀδδοῦς, 5
O 240 *ὅστις ἱερεὺς ἦν τῶν Ἰουδαίων, τῶν δὲ Ἑλλήνων φιλόσοφος παιδευτὴς Πλάτων· ὅστις γράφων πρὸς Τίμαιον περὶ Θεοῦ εἶπεν ὅτι τὸ θεῖον ἐν τρισὶν ὀνόμασι, μία δὲ δύναμις καὶ Θεότης, εἰπὼν εἶναι πρῶτον αἴτιον τὸ ἀγαθὸν τὸ οἰκτεῖρον τὰ πάντα, δεύ-*
E *τερον αἴτιον νοῦς ὁ δημιουργήσας τὰ πάντα, τρίτον αἴτιον ἡ* 10
ζωοποιὸς ψυχή, ἥτις ἐζωογόνησε τὰ πάντα. τὰς οὖν τρεῖς δυνάμεις μίαν ὑπάρχειν Θεότητα ὡμολόγησε. ταῦτα Κύριλλος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐν τοῖς συγγράμμασιν αὐτοῦ ἐνέταξε τοῖς κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως τοῦ παραβάτου, λέγων ὅτι τὴν ἁγίαν τριάδα εἰς μονάδα Θεότητος πάντας προει- 15
πεῖν ἀγνοοῦντας τὸ μέλλον.

V 80 *Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τοῦ αὐτοῦ Πλάτωνος ἦσαν καὶ ἄλλοι φιλόσοφοι Ἑλλήνων παιδευταί, Ξενοφῶν καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀριστοτέλης. οἵτινες πλάνην μετεμψυχώσεως παρεισήγαγον τοῖς ἀν-* 20
θρώποις· καὶ τὴν μὲν Καλλίστην, θυγατέρα τοῦ Λυκάονος, με-

3. *Κολλατῖνος* Ch., *Καλλατῖνος* Ox. 5. *μετὰ*] *κατὰ* Ox. *ibid.* *Ἀδδοῦς*] *Ἰαδδοῦς* Ch. V. p. 81. D. 6. *ὅστις*] Manca haec, aut delendum *ὅστις*, nisi forte *ὁ ς'* scripsit. 9. Addidi *πρῶτον*. 12. *Κυρίλλος* Ox. 14. *κατὰ Ἰουλιανοῦ*] I. p. ed. Spanh. 34. A, B. 20. *Καλλίστην*] *Καλλιστώ* dicit. *ibid.* *Λουκάονος* Ox.

Post Tarquinium vero regno ejectum, Rempublicam administrarunt supradicti duo Consules, Brutus magnus et Collatinus, Lucretiae conjux; et, post hos, alii multi, usque ad Caesarem Julium; per spatium annorum CCCCLXIV.

XXV: post hunc quintus Ptolomaeus Philopator, annos XVII. Excepit illum sextus Ptolomaeus Epiphanes: post quem Ptolomaeus septimus, cognomine Philometor, regnavit annos XI. Post hunc Ptolomaei alii V. regnarunt, per annos XCII. Ptolomaeus autem duodecimus, Dionysius vocatus, regnavit annos XXIX. Habuit hic filium, nomine Ptolomaeum; filiamque, Cleopatram dictam: Haec, decimatertia in serie Ptolomaeorum, regnavit annos XXII. Tredecim itaque Ptolomaei Macedones Aegypti universae imperium tenuerunt, a Ptolomaeo scilicet, Lagi F. usque ad Cleopatram, Dionysii filiam, per spatium annorum CCC: nempe ad annum decimum quintum Imperatoris Augusti Caesaris Octaviani; qui Antonium, atque ipsam etiam Cleopatram, navali praelio vicit, ad locum, Leucadem, dictum et occisis eis Aegyptum omnem subjugavit: uti scriptum reliquerunt in Chronicis suis, Eusebius Pamphili et Pausanias.

Asiae vero Dominum constituerat Alexander Antigonum, Poliorcetem dictum; usque ad Ciliciam et Draconem fluvium, qui Syriam a Cilicia dirimens, Orontes hodie, olim vero Typhon et Ophites, dictus est.

Syriae vero Babyloniae et Palaestinae praefecit Seleucum Nicano-

Digitized by Google

κρατεῖν καὶ βασιλεύειν Σέλευκον τὸν Νικάτορα· ὅστις καὶ τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσε φονεύσας τὸν Ἀντίγονον. πόλεμον γὰρ συνέβαλε μετ' αὐτοῦ, διότι ἔκτισε πόλιν πλησίον τῆς λίμνης καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Δράκοντος, ἥντινα ἐκάλεσεν Ἀντιγονίαν. καὶ νικήσας αὐτὸν ὁ Σέλευκος ἔλαβε καὶ τὴν Ἀσίαν πᾶσαν καὶ πάντα τὰ διαφέροντα τοῦ αὐτοῦ Ἀντιγόνου. ὅστις Σέλευκος ἐπέτρεψε τῆς σατραπείας τὴν φροντίδα πάσης τῆς Ἀσίας ἔχειν Νικομήδην καὶ Νικάνορα, τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, υἱοὺς δὲ Διδυμέας, ἀδελφῆς τοῦ αὐτοῦ Σελεύκου. ὁ δὲ αὐτὸς Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἔλαβε γυναῖκα ἐν τῷ πολέμῳ ἀπὸ Πάρθων ὀνόματι Ἀπάμαν παρθένον· ἥντινα ἐπῆρεν ἀνελὼν τὸν πατέρα αὐτῆς Πιθαμένην, ὄντα στρατηγὸν Πάρθων μέγαν. ἀφ' ἧς Ἀπάμας ἔσχεν ὁ αὐτὸς Σέλευκος θυγατέρας δύο, Ἀπάμαν καὶ Λαοδίκην. καὶ τελευτησάσης τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Ἀπάμας τῆς ἐκ Πάρθων, ἐωρακὼς ἐφίλησεν ἄλλην Στρατονίκην ὀνόματι, κόρην εὐπρεπῆ πάνυ, θυγατέρα Δημητρίου, υἱοῦ Ἀντιγόνου τοῦ λεγομένου Πολιορκητοῦ τοῦ φονευθέντος ὑπ' αὐτοῦ, ἥντινα ηὗρεν ὁ Σέλευκος ἐν Ῥώσῳ κρυπτομένην μετὰ Δημητρίου τοῦ πατρὸς αὐτῆς· τὴν δὲ Ῥῶσον πόλιν ἔκτισε Κίλιξ ὁ υἱὸς Ἀγήνορος. ὁ δὲ Σέλευκος ἔσχε θυγατέρα ἐξ αὐτῆς τῆς Στρατονίκης ὀνόματι Φίλαν. καὶ λοιπὸν ἐβασίλευσεν ὁ αὐτὸς Σέλευκος τῆς Συρίας καὶ τῆς Ἀσίας πάσης καὶ τῆς Βαβυλῶνος καὶ Παλαιστίνης ἔτη μγ'.

Ὁ δὲ Νικάτωρ Σέλευκος εὐθέως μετὰ τὴν νίκην Ἀντιγόνου

E 253 O V 84

1. *Νικάτορα* Ch., *Νικάνορα* Ox. 7. *σατραπείας* Ch., *Σατραπίας* Ox. 11. *Πιθαμένην*] Fort. *Σπιθαμένην*.

rem: qui, Antigono occiso, Asiae etiam regnum occupavit. Bellum enim ei intulit, eo quod prope stagnum et fluvium Draconem, urbem extruxerat, quam Antigoniam nominavit. Devicto autem Antigono, totam invasit Asiam Seleucus, et bona Antigoni omnia diripuit. Praefectos autem totius Asiae constituit Seleucus Nicomedem et Nicanorem, consanguineos suos, sororis suae Didymeae filios. Seleucus autem Nicator uxorem sibi acceperat in bello virginem Parthicam, nomine Apamen: quam inde occiso patre ejus, Pithamene vocato, magni nominis inter Parthos duce, secum abduxit. Ex ea Seleucus duas habuit filias, Apamam et Laodicen. Apama autem uxore, quam ex Parthis tulit, fatis defuncta, alterius statim puellae amore correptus est, nomine Stratonices, elegantis formae virginis. Filia erat haec Demetrii, Antigoni Poliorcetis, quem Seleucus interfecerat, filii. Virginem hanc invenerat Seleucus in urbe Rhoso, (quam condidit Cilix, Agenoris filius) cum patre Demetrio latitantem. Habuit autem ex ea filiam Seleucus, nomine Philam. Caeterum Seleucus Syriae imperavit, Asiaeque omni, Babyloni et Palaestinae, annos XLIII.

Seleucus autem Nicator, statim post victum Antigonum Poliorcetem,

Digitized by Google

τοῦ Πολιορκητοῦ, βουλόμενος κτίσαι πόλεις διαφόρους ἤρξατο κτίζειν πρῶτον εἰς τὴν πάραλον τῆς Συρίας. καὶ κατελθὼν παρὰ τὴν θάλασσαν εἶδεν ἐν τῷ ὄρει κειμένην πόλιν μικράν, ἥντινα ἔκτισε Σύρος ὁ υἱὸς Ἀγήνορος. τῇ δὲ κγ' τοῦ ξανθικοῦ μηνὸς ἦλθε θυσιάσαι εἰς τὸ ὄρος τὸ Κάσιον Διὶ Κασίῳ· καὶ πληρώσας τὴν θυσίαν καὶ κόψας τὰ κρέα ηὔξατο ποῦ χρὴ κτίσαι πόλιν. καὶ B
ἐξαίφνης ἥρπασεν ἀετὸς ἀπὸ τῆς θυσίας καὶ κατήγαγεν ἐπὶ τὴν O 254
παλαιὰν πόλιν· καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω Σέλευκος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὀρνοσκόποι, καὶ ηὗρε τὸ κρέας ῥιφὲν παρὰ θάλασσαν κάτω τῆς παλαιᾶς πόλεως ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῆς λεγομένης Πιερίας. καὶ περιχαράξας τὰ τείχη εὐθέως ἔβαλε θεμελίους, καλέσας αὐτὴν Σελεύκειαν πόλιν εἰς ἴδιον ὄνομα. καὶ εὐχαριστῶν ἀνῆλθεν εἰς Ἰώπολιν καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐπετέλεσεν ἑορτὴν ἐκεῖ τῷ Κεραυνίῳ Διὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῷ κτισθέντι ὑπὸ Περσέως τοῦ υἱοῦ Πίκου καὶ Δανάης, τῷ ὄντι εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος, ἔνθα κεῖται ἡ Ἰώπολις, ποιήσας τὴν θυσίαν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀρτεμισίου μηνός. καὶ ἐν τῇ πόλει ἐλθὼν Ἀντιγονίᾳ τῇ κτισθείσῃ ὑπὸ Ἀντιγόνου τοῦ Πολιορ- C
κητοῦ, ἀπὸ γὰρ τῆς λίμνης ἐξερχομένου ἄλλου ποταμοῦ Ἀρχευθᾶ τοῦ καὶ Ἰάφθα, ἐμεσάζετο ἡ πόλις Ἀντιγονία καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ ἐκαθέζετο· καὶ ποιήσας ἐκεῖ θυσίαν τῷ Διὶ εἰς τοὺς βωμοὺς τοὺς ἀπὸ Ἀντιγόνου κτισθέντας ἔκοψε τὰ κρέα· καὶ ηὔξατο ἅμα τῷ ἱερεῖ Ἀμφίονι μαθεῖν διὰ διδομένου σημείου, εἰ τὴν αὐτὴν ὀφείλει οἰκῆσαι πόλιν Ἀντιγονίαν μετονομάζων αὐτὴν ἢ οὐκ ὀφείλει

9. ὀρνοσκόποι] Fort. ὀρνεοσκόποι. Redit p. seq. v. 6. 10. τῷ] τὸ Ox. 14. Πήκου Ox. 18. Ἀρχευθᾶ] Ἀρκεύθου est. 22. εἰ] καὶ Ox.

urbes nonnullas condere in animo habens, initium condendi sumpsit ab oris Syriae maritimis. Itaque per mare descendens, urbem conspexit exiguam, in monte sitam, a Syro, Agenoris F. olim conditam. Aprilis itaque XXIII die, Casium montem conscendit, Jovi Casio Sacra facturus: quibus rite peractis et carnibus in frustula concisis, precibus rogavit, ubinam loci condenda esset urbs. Derepente vero Aquila, ex sacrificio carnis offulam surripiens, detulit eam Palaeopolim: quam insecuti Seleucus, quique cum eo erant, Auspices, projectam invenerunt offulam, ad Emporium, Pieriae vocatae, prope mare, infra Palaeopolim. Designato itaque muro, urbis statim jecit fundamenta; quam ex nomine suo, Seleuciam vocavit. Inde Deo gratiis actis, Jopolim contendit, urbem in monte Silpie sitam: ubi Fanum erat, a Perseo, Pici ex Danae filio extructum. Hic, post tres dies, festum Jovi Ceraunio celebravit; sacrificium faciens, Mensis Mail I. Antigoniam deinde profectus, urbem ab Antigono Poliorcete conditam, (quae inter paludem, Arceuthamque fluvium (qui et Japhtha dictus,) ex ea emanantem, media interjacens, situ gaudebat tutissimo) sacra illic Jovi fecit, super altaribus, quae erexerat ibi Antigonus: et excisis offulis, una cum sacerdote Amphione, Numen exoravit, uti signo aliquo dato edisceret, utrum ibi in Antigonia, mutato loci nomine, sedem

Digitized by Google

αὐτὴν οἰκῆσαι ἀλλὰ κτίσαι πόλιν ἄλλην ἐν ἄλλῳ τόπῳ. καὶ ἐξαίφνης ἐκ τοῦ ἀέρος κατῆλθεν ἀετὸς μέγας, καὶ ἐπῆρεν ἐκ τοῦ βω-
O 255 μοῦ τοῦ πυρὸς τῆς ὁλοκαυτώσεως κρέα, καὶ ἀπῆλθε παρὰ τὸ
D ὄρος τὸ Σίλπιον. καὶ καταδιώξας ἅμα τοῖς αὐτοῦ εὗρε τὸ κρέας τὸ ἱερατικὸν καὶ τὸν ἀετὸν ἐπάνω ἑστῶτα. τοῦ δὲ ἱερέως καὶ τῶν ὀρνοσκόπων καὶ τοῦ αὐτοῦ Σελεύκου ἑωρακότων τὸ θαῦμα, εἶπον ὅτι Ἐνταῦθα δεῖ ἡμᾶς οἰκῆσαι, ἐν τῇ δὲ Ἀντιγονίᾳ οὐ δεῖ ἡμᾶς οἰκῆσαι οὔτε δὲ γενέσθαι αὐτὴν πόλιν, ὅτι οὐ βούλονται τὰ θεῖα. καὶ λοιπὸν ἐβουλεύετο ἅμα αὐτοῖς ἐν ποίῳ τόπῳ ἀσφαλῆ ποιήσει τὴν πόλιν. καὶ φοβηθεὶς τὰς ῥύσεις τοῦ Σιλπίου ὄρους καὶ τοὺς κατερχομένους ἐξ αὐτοῦ χειμάῤῥους, ἐν τῇ πεδιάδι τοῦ αὐλῶνος κατέναντι τοῦ ὄρους πλησίον τοῦ Δράκοντος ποταμοῦ τοῦ μεγάλου τοῦ μετακληθέντος Ὀρόντου, ὅπου ἦν ἡ κώμη ἡ καλουμένη Βωττία, ἄντικρυς τῆς Ἰωπόλεως, ἐκεῖ διεχάραξαν τὰ
E θεμέλια τοῦ τείχους, θυσιάσας δι' Ἀμφίονος ἀρχιερέως καὶ τελεστοῦ κόρην παρθένον ὀνόματι Αἱμάθην, κατὰ μέσον τῆς πόλεως καὶ τοῦ ποταμοῦ μηνὶ ἀρτεμισίῳ τῷ καὶ μαΐῳ κβ', ὥρᾳ ἡμερινῇ α', τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος, καλέσας αὐτὴν Ἀντιόχειαν εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ λεγομένου Ἀντιόχου Σωτῆρος, κτίσας εὐθέως καὶ ἱερόν, ὃ ἐκάλεσε Βωττίου Διός, ἀνεγείρας
O 256 καὶ τὰ τείχη σπουδαίως φοβερὰ διὰ Ξεναίου ἀρχιτέκτονος, στή-

4. ἅμα τοῖς αὐτῷ] „Scr. αὐτοῦ· aut supplendum, σύν." Ch. 7. ὑμᾶς Ox. 18. ἀνατέλλοντος Ch., ἀνατέλοντος Ox. 20. Βωττίου] Βοττιαίου Wesselingius ad Herodoti VII. 123. Potuerat lenius Βοττίου. ibid. ἀνεγείρας Ch., ἀναγείρας Ox.

ponceret, necne; an potius alio in loco nova urbis fundamina jaceret. Repente igitur ex aëre descendens Aquila ingens, et arreptis ex ara ignescentibus victimae carnibus; inde per aëra fertur in montem Silpium. Hanc itaque Seleucus et qui cum illo fuerunt, insecuti, sacratam offulam in monte invenerunt, aquilamque ei incubantem. Sacerdos autem atque Auspices, ipse etiam Seleucus, portentum hoc videntes, dixerunt omnes: „Hic sedes nobis ponendae sunt: Antigoniam vero nec incoli, nec in urbem fieri, fas est: quippe sic Numini visum." Consilium itaque cum eis inibat Seleucus, quo tandem in loco urbis fundamenta tuto ponerentur. Cavens autem sibi ab Effluviis montis Silpii, et ab aquis hyberno tempore inde exundantibus; fundamenta urbis molitur in planitie convallis, ex opposito montis, juxta Draconem fluvium magnum, (qui postea Orontes vocatus est,) ubi et vicus fuit, nomine Bottia, e regione Jopolis. Rem vero divinam fecit, via inter urbem et flumen media; victimam immolante Amphione, Sacerdote et Mysta, virginem, nomine Aemathen, Mensis Maii die XXII, hora diei prima, sub ortum solis: urbem vero, ab Antiocho Sotere, filio suo Antiochiam vocavit. Fanum deinde extruxit, Jovi Bottio sacrum: Moeniaque urbis excitavit, speciosa illa quidem et stupenda, Xenario usus Architecto. Statuam praeterea immolatae virginis

Digitized by Google

σας ἀνδριάντος στήλην χαλκῆν τῆς σφαγιασθείσης κόρης τύχην V 85
τῇ πόλει ὑπεράνω τοῦ ποταμοῦ, εὐθέως ποιήσας αὐτῇ τῇ τύχῃ
θυσίαν. καὶ ἀπελθὼν κατέστρεψε τὴν Ἀντιγονίαν πόλιν πᾶσαν
ἕως ἐδάφους, μετενεγκὼν καὶ τὰς ὕλας ἐκεῖθεν διὰ τοῦ ποταμοῦ,
καὶ ποιήσας καὶ τῇ τύχῃ Ἀντιγονίᾳ ἀνδριάντα στήλης χαλκῆς
ἐχούσης Ἀμαλθείας κέρας ἔμπροσθεν αὐτῆς. καὶ ποιήσας ἐκεῖ
τετρακιόνιν ἐν ὕψει ἔστησεν αὐτὴν τὴν τύχην, καταστήσας ἔμ-
προσθεν αὐτῆς βωμὸν ὑψηλόν· ἦντινα στήλην τῆς τύχης μετὰ
τελευτὴν Σελεύκου Δημήτριος ὁ υἱὸς Ἀντιγόνου τοῦ Πολιορκη-
τοῦ ἀπήγαγεν ἐν Ῥώσῳ ἐν τῇ πόλει τῆς Κιλικίας. ἡ δὲ αὐτὴ
πόλις Ῥῶσος ἐκτίσθη ὑπὸ Κίλικος τοῦ υἱοῦ Ἀγήνορος. B

Ὁ δὲ Σέλευκος μετὰ τὸ καταστρέψαι τὴν Ἀντιγονίαν ἐποίη-
σε μετοικῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἰς ἣν ἔκτισε πόλιν Ἀντιόχειαν
τὴν μεγάλην τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἀντιγονίαν· οὗστινας ἦν ἐκεῖ
ἐάσας Ἀντίγονος μετὰ Δημητρίου, υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἄλλους δὲ ἄν-
δρας Μακεδόνας, τοὺς πάντας ἄνδρας ,ετ', ποιήσας ὁ αὐτὸς Σέ-
λευκος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἀνδριάντα χαλκοῦν φοβερὸν τῆς
Ἀθήνης διὰ τοὺς Ἀθηναίους, ὡς αὐτὴν σεβομένους. κατήγαγε
δὲ καὶ τοὺς Κρῆτας ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως, οὓς εἴασεν ὁ Κάσος ὁ O 257
υἱὸς Ἰτύχου ἄνω οἰκεῖν· οἵτινες μετοικήσαντες εἰς τὴν αὐτὴν Ἀν-
τιόχειαν μετὰ καὶ τῶν Κυπρίων, ἐπειδὴ ὁ Κάσος βασιλεὺς ἠγά-
γετο Ἀμυκὴν τὴν καὶ Κιτίαν, θυγατέρα Σασαλαμίνου τοῦ Κυ- C

17. φοβερὸν] φοβερὰν Ox. 19. εἴασεν Ch., ἔασεν Ox. 22. Ἀ-
μυκὴν] Haec fortasse ad Βαμβύκην spectant. ibid. Κιτίαν Ox. ibid. Σασαλαμίνου] „Vocabulum suspectum: forte legendum, Σαλαμίνου.“ Ch.

aeream, urbis in Fortunam, erexit: cui, juxta fluvium collocatae, sacra statim peregit. Antigoniam deinde repetens, eam funditus evertit, utilemque ruinarum materiem flumine inde deportavit. Antigoniae autem urbis Fortunae statuam aeream erexit, Amaltheae cornu manu tenentem. Quin et in sublimi posuit Fortunam illam, quatuor supra columnas collocatam; ara etiam excelsa coram illa extructa. Hanc Fortunae urbis statuam, post Seleuci mortem, Demetrius, Antigoni Poliorcretis filius, devexit in Rhosum, Ciliciae urbem a Cilice, Agenoris F. conditam.

Seleucus vero, post Antigoniam eversam, Athenienses, qui eam incoluerunt, relictos ibi ab Antigono, cum Demetrio filio, praeterea etiam et Macedonas, (quorum omnium numerus fuit ɪɔɔccc virorum) in Antiochiam magnam, a se conditam, transtulit: ubi statuam etiam aeream plane stupendam Minervae posuit; propter Athenienses, qui eam coluerunt. Cretenses etiam deduxit Seleucus, quos arcem, summasque urbis partes habitare fecit olim Casus Inachi filius: et cum his Cyprios etiam in eandem Antiochiam traduxit. Casus enim rex uxorem habuit Amycen, quae et Cittia vocata est, Sasalamini, Cypriorum regis, filiam: cum hac Cyprii

Digitized by Google

πρίων βασιλέως· καὶ ἦλθον μετ' αὐτῆς Κύπριοι καὶ ᾠκησαν τὴν ἀκρόπολιν· καὶ τελευτᾷ ἡ Ἀμυκή, καὶ ἐτάφη ἀπὸ σταδίων τῆς πόλεως ρ', δι' ἣν ἐκλήθη ἡ χώρα Ἀμυκή. προετρέψατο δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος καὶ τοὺς Ἀργείους Ἰωνίτας, καὶ κατήγαγε καὶ αὐτοὺς ἐκ τῆς Ἰωπύλεως ἐν τῇ αὐτῇ Ἀντιοχείᾳ οἰκεῖν· οὕστινας ὡς ἱερατικοὺς καὶ εὐγενεῖς πολιτευομένους ἐποίησεν. ἔστησε δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος καὶ πρὸ τῆς πόλεως ἄγαλμα λίθινον τῷ ἀετῷ. ἐκέλευσε δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τοὺς μῆνας τῆς Συρίας κατὰ Μακεδόνας ὀνομάζεσθαι, διότι εὗρεν ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ γίγαντας οἰκήσαντας·

D ἀπὸ γὰρ δύο μιλίων τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἐστὶ τόπος, ἔχων σώ- ματα ἀνθρώπων ἀπολιθωθέντων κατὰ ἀγανάκτησιν θεοῦ, οὕστινας ἕως τῆς νῦν καλοῦσι γίγαντας· ὡσαύτως δὲ καὶ Παγράν τινα οὕτω καλούμενον γίγαντα ἐν τῇ αὐτῇ οἰκοῦντα γῇ κερα-

O 238 νωθῆναι ὑπὸ πυρός, ὡς δῆλον ὅτι οἱ Ἀντιοχεῖς τῆς Συρίας ἐν τῇ γῇ οἰκοῦσι τῶν γιγάντων. ἐποίησε δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος πρὸ τῆς πόλεως πέραν τοῦ ποταμοῦ ἄλλο ἄγαλμα κεφαλῆς ἵππου καὶ κασσίδα κεχρυσωμένην πλησίον, ἐπιγράψας ἐν αὐτοῖς, Ἐφ' οὗ φυγὼν ὁ Σέλευκος τὸν Ἀντίγονον διεσώθη· καὶ ὑποστρέψας ἐκεῖθεν ἀνεῖλεν αὐτόν. ἀνήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος καὶ τῷ Ἀμφίονι

E στήλην μαρμαρίνην ἔσω τῆς λεγομένης Ῥωμανησίας πόρτας, ὀρ- νεοθυσίαν ποιοῦντι ἅμα αὐτῷ. ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος ὁ Νικάτωρ καὶ ἄλλην παραλίαν πόλιν ἐν τῇ Συρίᾳ ὀνόματι Λαο-

11. κατὰ] τῶν κατὰ Ox. 13. οἰκοῦντα Ch., οἰκοῦντι Ox. 18. διεσώθη] ὁ διεσώθη Ox. 21. ποιοῦντι Ch., ποιοῦντα Ox.

venientes, urbis summitates incoluerunt. Amyce deinde mortua, centum ab urbe stadiis sepulta est; a qua regio ea Amyca dicta est. Argivos etiam Jonitas hortatus est, uti Jopoli relicta, in Antiochiam migrarent: Quos, cum natalibus clari, sacrisque essent instituti, in urbis Administrationem designavit. Idem Seleucus lapideum simulachrum Aquilae, ante urbem posuit. Menses item Syrorum, Macedonum mensium nominibus vocari jussit. Syros autem Antiochenses in terra Gigantum habitare, manifestum inde est; quod, duobus ab Antiochia passuum millibus, locus est, ubi humana corpora inveniuntur: ira Dei in lapides conversa, quos, in hunc usque diem, Gigantes vocant. Sed et Pagram quendam gigantem, loci illius incolam, igne coelesti consumptum, ibi periisse ferunt. Ante urbem vero, ad ripam fluminis ulteriorem, Seleucus aliud etiam posuit simulachrum, Capitis scilicet Equini; juxtaque, cassidem deauratam; quibus haec inscripta sunt. „Huic (insidens) Seleucus, Antigonum fugiens, evasit: et deinde reversus, eum e medio sustulit.“ Amphioni etiam sacerdoti, quicum auspicia ipse captaverat, Seleucus columnam posuit marmoream, intra portam, Romanesiam dictam. Seleucus etiam Nicator urbem etiam condidit in Syria Maritimam, quam a filia sua Laodiceam

Digitized by Google

δίκειαν εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ θυγατρός, πρώην οὖσαν κώμην ὀνόματι Μαζαβδάν, ποιήσας κατὰ τὸ ἔθος θυσίαν τῷ Διί, καὶ αἰτησάμενος ποῦ κτίσει τὴν πόλιν, ἦλθεν ἀετὸς πάλιν καὶ ἥρπασεν ἀπὸ τῆς θυσίας· καὶ ἐν τῷ καταδιώκειν αὐτὸν τὸν ἀετὸν ὑπήντη- O 259
σεν αὐτῷ σύαγρος μέγας, ἐξελθὼν ἀπὸ καλαμῶνος, ὅντινα ἀνεῖλεν ᾧτινι κατεῖχε δόρατι· καὶ φονεύσας τὸν σύαγρον καὶ σύρας τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αἵματος αὐτοῦ διεχάραξε τὰ τείχη ἐάσας V 86
τὸν ἀετόν· καὶ οὕτως τὴν αὐτὴν πόλιν ἔκτισεν ἐπάνω τοῦ αἵματος τοῦ συάγρου, θυσιάσας κόρην ἀδαῆ ὀνόματι Ἀγαύην, ποιήσας αὐτῇ στήλην χαλκῆν εἰς τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως. ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς Σέλευκος ὁ Νικάτωρ καὶ ἄλλην πόλιν εἰς τὴν Συρίαν μεγάλην εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Ἀπάμας, εὑρηκὼς κώμην πρώην λεγομένην Φαρνάκην· καὶ τειχίσας αὐτὴν ὁ αὐτὸς Σέλευκος ἐπωνόμασε πόλιν, καλέσας αὐτὴν Ἀπάμειαν, θυσίαν ποιήσας· ἣν αὐτὸς μετεκάλεσεν ὀνόματι Πέλλαν διὰ τὸ ἔχειν τὴν τύχην τῆς αὐτῆς Ἀπαμείας πόλεως τὸ ὄνομα τοῦτο· ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς Σέλευκος ἀπὸ Πέλλης τῆς πόλεως Μακεδονίας. ἐποίησε δὲ θυσίαν ταῦρον καὶ τράγον· καὶ ἐλθὼν πάλιν ὁ ἀετὸς ἐπῆρε τὰς κε- B
φαλὰς τοῦ ταύρου καὶ τοῦ τράγου· καὶ περιεχάραξεν ἐκ τοῦ αἵματος τὰ τείχη. ἔκτισε δὲ καὶ ἄλλας διαφόρους πόλεις εἰς ἄλλας ἐπαρχίας καὶ εἰς τὰ Περσικὰ μέρη ὁ αὐτὸς Σέλευκος πολλάς, ὧν ἀριθμός ἐστιν οε', καθὼς ὁ σοφὸς Παυσανίας ὁ χρονογράφος O 260
συνεγράψατο, ὄντινων πόλεων καὶ τὰ ὀνόματα ἐξέθετο, εἰς

9. Ἀγανήν Ox. 22. Χρονογράφος Ox.

nominavit: (Vicus hic antea fuit Mazabda vocatus:) sacris autem Jovi, pro more peractis, Numineque rogato ubi urbs condenda esset, advolans Aquila, ut antea, offulam ex ara surripit: quam dum rex insequitur, ecce ei in occursum, ex arundineto, aper ingens: hunc Seleucus hasta, quam ferebat, interfecit: et occisi apri circumtrahens cadaver, missoque aquilae augurio, sanguine ejus designatis moenibus fundamenta urbis in illo posuit: parata in victimam virgine intacta, nomine Agave; cui etiam statuam aeream erexit, in Fortunam urbis. Idem Seleucus Nicator incidens in vicum quendam Syriae, Pharnacen dictum, moenibus eum cingit, urbemque fecit magnam; a filiae suae Apamae nomine, Apamiam vocans. Quam etiam Seleucus deinde, mutato nomine, Pellam, ab urbis Fortunae nomine, (sic dictae, eo quod a Pella Macedoniae urbe, ipse oriundus erat,) appellavit. In sacrificium porro habuit Taurum, et Hircum: et Aquila rursus advolans, Tauri Hircique capita abripuit: quorum ex sanguine, moenia urbis designavit. Sed et alias quamplurimas Seleucus urbes condidit, in aliis regionibus et in Perside etiam, numero LXXV, uti sapiens Pausanias, in Chronicis suis, memoriae prodidit: quas omnes, vel nomine suo, vel filiorum suorum, pro libitu, Seleucus insignivit. Sapiens

Digitized by Google

ὄνομα ἴδιον καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων, ὡς ἔδοξεν αὐτῷ, ὁ Σέλευκος. ὁ δὲ σοφὸς Παυσανίας ἐξέθετο εἰς ὄνομα τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς ἔθηκε τὸ ὄνομα τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ὁ αὐτὸς Σέλευκος, ἐπειδὴ καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ Ἀντίοχος ἐλέγετο. οὐδεὶς δὲ κτίζων πόλιν εἰς ὄνομα τεθνηκότος αὐτὴν καλεῖ· ἔστι γὰρ λῆρος· ἀλλ' εἰς ὄνο-
C μα ζῶντος καὶ ἑστῶτος καλεῖ. ἤντινα πόλιν εἰς ὄνομα Ἀντιόχου τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ, ὡς προείρηται, ἐκάλεσε. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ αὐτὸς σοφώτατος Παυσανίας ποιητικῶς συνεγράψατο.

Ὁ δὲ αὐτὸς Σέλευκος καὶ εἰς τὴν Ἡρακλεῖδα τήν ποτε πόλιν, νυνὶ δὲ λεγομένην Δάφνην, ἐφύτευσε τὰς κυπαρίσσους πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, μετὰ τὰς φυτευθείσας κυπαρίσσους ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέος τοῦ τελεστοῦ, τοῦ κτίσαντος τὴν Δάφνην εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ καὶ καλέσαντος αὐτὴν Ἡρακλεῖδα πόλιν. αὕτη δὲ
O 261 ἔξω τοῦ ἄλσους ἦν κεκτισμένη ἐπὶ τὸν ναὸν τῆς Ἀθήνης· τὸ γὰρ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν Δαφναῖον ἐλέγετο, μέσον ὄντα τοῦ ἄλσους. ὅστις Ἡρακλῆς καὶ τὴν τῆς πάλης ἐξέθετο τέχνην πρῶτος.

D Καὶ λοιπὸν ἐτελεύτησεν ὁ αὐτὸς Σέλευκος ἐν τῇ Ἑλλησπόντῳ ὢν ἐνιαυτῶν οβ', καὶ ἐτάφη ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Σελεύκου ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς Σωτὴρ ἔτη εἴκοσι· ὅστις Ἀντίοχος ἐφίλησε τὴν ἰδίαν μητρυιὰν Στρατονίκην τὴν θυγατέρα Δημητρίου, καὶ

1. ὡς ἔδοξεν αὐτῷ, ὁ Σέλευκος] „ὁ Σέλευκος, redundat." Ch. 5. λῆρον Ox. 9. 13. Ἡρακλεῖδα] Idem quod Ἡράκλειαν. Reddenda haec forma Syncello p. 257. D. Cum diaeresi autem scribendum videtur. 12. Ἡρακλέος] Ἡρακλέως Ox. 14. 15. ἅλσους Ox. 15. Δαφνέων Ox.

autem Pausanias tradidit, Seleucum Antiochiae magnae nomen dedisse, a patre suo Antiocho. Verum nemo urbis Conditor, eam in demortui nomen vocare solet: absurdum enim hoc esset: sed viventis alicujus et superstitis nomen ei indit. Itaque et urbem hanc Seleucus, Antiochi filii sui nomine, Antiochiam vocavit: uti in prioribus dictum. Caeterum multa etiam alia, Poëtice scripta nobis reliquit sapientissimus Pausanias.

Idem Seleucus Cupressos plantavit, ad urbem Heraclidem olim vocatam, quae Daphne nunc appellatur, juxta Fanum Apollinis; ubi ante eum cupressos etiam plantaverat Hercules Mysta; qui Daphnem istam olim condidit et a nomine sue, Heraclidem vocavit. Urbs autem haec extra lucum condita fuit, juxta Minervae templum: Apollinis enim fanum, quod Daphnaeum dicebatur; mediam luci partem occupavit. Hercules autem is fuit, qui Palaestrae artes primus docuit.

Post haec mortuus est Seleucus in Hellesponto annos natus LXXII, et sepultus est in Seleucia Syriae.

Seleuco successit in regno filius Antiochus, cognomine Soter; regnavit annos XX. Hic novercam suam, quam deperibat, Stratonicen, Deme-

Digitized by Google

ἔλαβεν αὐτὴν γυναῖκα· ἀφ' ἧς εἶχεν υἱοὺς δύο, Σέλευκον, ὅστις μικρὸς ἐτελεύτησε, καὶ Ἀντίοχον τὸν ἐπικληθέντα Θεοειδῆ. καὶ ἐτελεύτησεν Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου καὶ ἐβασίλευσε μετ' αὐτὸν Ἀντίοχος ὁ Θεοειδὴς ἔτη ιε'. καὶ μετ' αὐτὸν ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἐκ Βερνίκης Σέλευκος ὁ Καλλίνικος ἔτη κδ', καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Νικάτωρ ἔτη λς', καὶ Σέλευκος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη δέκα, καὶ Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη ιβ'. E

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας λοιμοῦ γενομένου καὶ πολλῶν διαφθαρέντων τῆς πόλεως, Λήιός τις τελεστὴς ἐκέλευσε πέτραν O 262 ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ ὑπεράνω τῆς πόλεως γλυφῆναι ἔχουσαν προσωπεῖον μέγα πάνυ, ἑστεμμένον, προσέχοντα ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν αὐλῶνα· καὶ γράψας ἐν αὐτῷ τινα ἔπαυσε τὴν λοιμικὴν θνῆσιν· ὅπερ προσωπεῖον καλοῦσιν ἕως τοῦ νῦν οἱ Ἀντιοχεῖς Χαρώνιον. V 87

Ὃ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀντίοχος ὁ λεγόμενος Ἐπιφανὴς ἔκτισε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἔξω τῆς πόλεως τὸ λεγόμενον βουλευτήριον εἰς τὸ ἐκεῖσε συνάγεσθαι πάντας τοὺς συγκλητικοὺς αὐτοῦ μετὰ τῶν πολιτευομένων καὶ τῆς πόλεως πάντων τῶν κτητόρων καὶ βουλεύεσθαι τί δεῖ γίνεσθαι περὶ τῶν ἀνακυπτόντων καὶ τότε ἀναφέρειν ἐπὶ αὐτὸν τὰ συμφέροντα. ἔκτισε δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἔξω τῆς πόλεως, καλέσας τὰ αὐτὰ μέρη εἰς τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Ἐπιφανίαν πόλιν, μὴ κτίσας αὐτῇ τεῖχος, ἀλλ' οὕτως ἦν ἡ οἴκησις αὐτῆς ἐπὶ τὸ ὄρος.

Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἠγανάκτησε κατὰ Πτολε- Q 263

8. τῆς] τῇ Ox. 9. τῆς] Fort. τῶν τῆς. 10. προσώπιον Ox.

trii filiam, in uxorem sibi accepit: ex qua filios duos suscepit; Seleucum, qui parvulus interiit; et Antiochum, cognomento Theoidem. Mortuo autem Antiocho, Seleuci F. in regno successit Antiochus Theoides; regnavitque annos xv. Hunc excepit filius ejus ex Bernice, Seleucus Callinicus: et regnavit annos xxiv: deinde Alexander Nicator, qui regnavit annos xxxvi. post hunc Seleucus Philopator, annos x: deinde Antiochus Epiphanes, annos xii.

Hujus sub imperio, peste grassante, plurimisque ex urbe pereuntibus, Leius quidam, qui Mysteriorum peritus fuit, lapidem ex monte urbi imminente exculpi jussit, in quo caput ingens, corona cinctum, exarari curavit, urbi, convallique obversum. Tum capiti quaedam inscribens, pestem repressit. Caput autem hoc Antiocheni, *Charonium*, usque adhuc vocant. Idem rex Antiochus, cognomine Epiphanes, Senaculum primus Antiochensibus extra urbem extruxit: uti in unum convenirent viri senatorii, Magistratus, Primoresque urbis omnes; atque ibi de Reipublicae necessitatibus consulentes, ad se tandem referrent. Quaedam etiam alia extra urbem aedificia erexit; locumque deinde, a cognomine suo Epiphaniam vocavit: quam tamen incolis, moenibus nullis cinctam, reliquit.

Idem Antiochus Epiphanes infensus fuit Ptolomaeo, Aegyptiorum re-

Digitized by Google

B μαίου, βασιλέως Αἰγύπτου, διότι τέλη ἀπῄτησε τοὺς ἐκ τῆς ὑπ' αὐτὸν ὄντας χώρας Ἰουδαίους. τῶν γὰρ αὐτῶν Ἰουδαίων ἐκ τῆς Παλαιστίνης ἐλθόντων ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ αἰτησάντων τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον γράψαι Πτολεμαίῳ τῷ τῆς Αἰγύπτου τοπάρχῃ καὶ βασιλεῖ μὴ ἀπαιτεῖν αὐτοὺς τέλος μετακομίζοντας σῖτον εἰς ἀποτροφὰς αὐτῶν, μεγάλου λιμοῦ τότε γενομένου ἐν τῇ Παλαιστίνῃ· ἀπὸ γὰρ τῆς Αἰγυπτιακῆς χώρας μετεκόμιζον σῖτον οἱ Ἰουδαῖοι. ὅστις Πτολεμαῖος δεξάμενος τὰ γράμματα Ἀντιόχου πλέον αὐτοὺς ἐκέλευσεν ἀπαιτεῖσθαι. καὶ λοιπὸν Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἐπεστράτευσε κατὰ Πτολεμαίου, διότι οὐκ ἐπείσθη τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ· καὶ συμβολῆς γενομένης μεταξὺ αὐτῶν ἔπεσε πλῆθος τοῦ C αὐτοῦ Ἀντιόχου πολύ, καὶ φυγὼν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ λίμιτον. τοῦτο δὲ γνόντες οἱ τῆς Ἱερουσαλὴμ Ἰουδαῖοι, ἐξάψεις ἐποίησαν πρὸς χάριν τοῦ Πτολεμαίου, νομίσαντες τεθνάναι τὸν Ἀντίοχον, ἑαυτοὺς παρατιθέμενοι. ὁ δὲ Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς συνάξας πλῆθος, ἐπέβριψε τῷ Πτολεμαίῳ καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν κόψας καὶ τὰ πλήθη αὐτοῦ. καὶ γνοὺς περὶ τῶν Ἰουδαίων τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ τί πέπραχαν κατ' αὐτοῦ, ὡς συγχαρέντες τῇ αὐτοῦ ἥττῃ, ὡπλίO 264 σατο κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ· καὶ πολιορκήσας αὐτὴν ἐπολέμησε καὶ παρέλαβεν αὐτὴν καὶ κατέσφαξε πάντας· τὸν δὲ Ἐλεάζαρ τὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων καὶ τοὺς Μακκαβεῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀγαγὼν κολάσας ἐφόνευσε. καὶ καθεῖλε τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ἰουδαίας, D καὶ τὸ ἱερόν, Σολομῶντος ὄντα, τῶν Ἰουδαίων ἐποίησε Διὸς

6. λιμοῦ] λοιμοῦ Ox. 12. λιμιτόν Ox. 18. ἥττῃ Ox.

gi; eo quod a Judaeis, regno suo subjectis, tributa exigeret. Grassante enim per Palaestinam fame maxima, Judaei ex Aegypto frumentum emere coacti sunt. Antiochiam itaque profecti, Antiochum regem exoratum habuerunt, uti Ptolomaeum, Aegypti regem, per literas hortaretur, uti vectigalia a Judaeis non exigeret, qui non nisi in victum necessarium frumenta Aegypto exportabant. Ptolomaeus autem, acceptis Antiochi literis, tributa a Judaeis eo strictius exigebat. Itaque adversus eum arma movit Antiochus: praelioque commisso, ingens ex Antiochi partibus occidit multitudo; rex autem ipse fuga in fines suos evasit. Judaei interim Hierosolymitani his auditis, Antiochum in praelio cecidisse rati, Ptolomaeo sese dederunt; pyrasque, illi congratulantes, accenderunt. Antiochus autem Epiphanes, collecto iterum exercitu, Ptolomaeum adoritur; eoque occiso, copias ejus profligavit. Audito vero, quid contra se fecissent Judaei Hierosolymitani, cladem a Ptolomaeo illatam gratulantes, in Hierosolymas arma movit, easque obsidione cinxit; captas deinde vastavit, Judaeis interuecioni datis omnibus. Eleazarum autem Pontificem Maximum, et Maccabaeos, Antiochiam abductos, morte multavit. Sacerdotium etiam Judaeorum subvertit, Templumque Salomonis Jovi Olympio

Digitized by Google

Ὀλυμπίου καὶ Ἀθηνᾶς, μιάνας τὸν οἶκον χοιρείοις κρέασι, καὶ ἐκώλυσε τοὺς Ἰουδαίους τῆς πατρῴας θρησκείας καὶ ἑλληνίζειν αὐτοὺς ἐβιάζετο ἐπὶ ἔτη τρία.

Καὶ τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Ἀντίοχος, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ αὐτοῦ υἱὸς Ἀντίοχος ὁ Γλαυκὸς ὁ λεγόμενος Ἱεραξ ἔτη δύο.

Καὶ μετ' αὐτὸν ἐβασίλευσεν ὁ Δημητριανὸς ὁ Σελεύκου ἔτη η'. καὶ ἐλθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ Ἰούδας τις ὀνόματι, Ἰουδαῖος τῷ ἔθνει, ἐδυσώπησε Δημητριανὸν τὸν βασιλέα παρακαλέσας αὐτόν, καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸ ἱερὸν καὶ τὰ λείψανα τῶν Μακκαβαίων. καὶ ἔθαψαν αὐτὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐν τῷ Ε λεγομένῳ Κερατέῳ· ἦν γὰρ συναγωγὴ ἐκεῖ τῶν Ἰουδαίων· πρὸ μικροῦ γὰρ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἐτιμωρήσατο αὐτοὺς Ἀντίοχος Ο 265 ἐν τῷ ἀεὶ κλαίοντι ὄρει κατέναντι τοῦ Κασίου Διός. τὸν δὲ ναὸν ἁγνεύσας ὁ Ἰούδας καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ κτίσας τὸ πάσχα ἐτέλεσε τῷ θεῷ. αὕτη β' ἦν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ ἅλωσις, καθὼς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐχρονογράφησε.

Μετὰ δὲ Δημητριανὸν ἐγένετο βασιλεὺς Ἀντίοχος ὁ ἔκγονος V 88 τοῦ Γρύπου, υἱὸς Λαοδίκης, θυγατρὸς Ἀριαράθου, βασιλέως Καππαδόκων, ἔτη θ'. καὶ ἔπαθε τότε ὑπὸ θεομηνίας Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη τῷ ὀγδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐπὶ τῶν αὐτῶν Μακεδόνων, μετὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι θεμέλιον τείχους ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος μετὰ ἄλλα ἔτη ρνβ', ὥραν ἡμερινὴν ι', μηνὶ

1. Ὀλυμπίου Ch., Cedrenus p. 193. B, Ὀλύμπου Ox. 13. Κασίου Ox. ibid. τὸν δὲ ναὸν — 16. ἐχρονογράφησε v. 8. post ἐπὶ ἔτη τρία ponit Schurzfleischius Notit. Bibl. Vinar. p. 54. male.

et Minervae dicavit. Sed et Dei domum porcinis carnibus conspurcavit; Judaeis etiam interdicta religione patria, Graecorum ritus, per tres annos, eos observare coegit.

Mortuus deinde est Antiochus; post quem regnavit filius ejus, Antiochus Glaucus, Hierax vocatus, annis II.

Hunc excepit Demetrianus, Seleuci F. qui regnavit, annos VIII. Judaeus vero quidam, nomine Judas, Antiochiam veniens, a Demetriano precibus suis obtinuit, ut templum sibi iterum et Maccabaeorum concederentur reliquiae; quas Judas in Antiochia magna sepelivit, in loco qui dicitur, Cerateum: ubi etiam erat synagoga Judaeorum. Hos enim prope ab urbe, e regione Jovis Cassii, neci dederat Antiochus, in Monte semper lachrymanti. Judas autem repurgato Templo, urbeque instaurata, Pascham Deo celebravit. Erat haec secunda Judaeorum captivitas: uti in Chronicis tradidit Eusebius Pamphili.

Demetriano successit in regno Antiochus, Grypi nepos, filius Laodices, Ariarathi Cappadocum regis filiae; Et regnavit annos IX. Anno autem octavo imperii ejus Macedonici, terrae motum passa est Antiochia Magna. Accidit hoc ad horam X diei XXI mensis *Peritii*, sive Februarii; anno post jacta a Seleuco Nicatore prima moenium fundamenta

Digitized by Google

περιτίῳ τῷ καὶ φεβρουαρίῳ κα'. καὶ ἀνενεώθη πᾶσα, καθὼς Δόμνος ὁ χρονογράφος συνεγράψατο· μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὰ τείχη καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν μετὰ ρκβ' ἔτη ἔπαθε· καὶ βελτίων ἐγένετο.

Μετὰ δὲ Ἀντίοχον ἔκγονον τοῦ Γρύπου ἐβασίλευσεν Ἀντίο-
B χος ὁ Εὐεργέτης, ὅστις ἐτυραννήθη ὑπὸ Πάρθων καὶ ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν μεγάλως. καὶ μετὰ τὸ πολλοὺς ἀπολέσθαι
O 266 Πάρθους εἰς φιλίαν ἦλθον· καὶ ἔλαβε γυναῖκα Ἀντιόχῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῷ λεγομένῳ Κυζικηνῷ τὴν θυγατέρα Ἀρσάκους τοῦ Πάρθου τοῦ τυραννήσαντος αὐτὸν ὀνόματι Βριττάνην· καὶ ἐπαύθη ὁ πόλεμος.

Μετὰ δὲ Ἀντίοχον τὸν Εὐεργέτην ἐβασίλευσαν ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄλλοι θ' βασιλεῖς ἕως τῆς βασιλείας Ἀντιόχου τοῦ Διονίκους τοῦ λεπροῦ τοῦ πατρὸς Κλεοπάτρας καὶ Ἀντιοχίδος.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τῶν πρὸ Ἀντιόχου τοῦ Διο-
C νίκους τοῦ προειρημένου ἐτυράννησε Ῥωμαίους ὁ βασιλεύς, ἤτοι τοπάρχης, Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης, λαβὼν χρησμὸν ὅτι ὑπὸ γυναικὸς ἀποθνήσκει. καὶ συμβαλὼν αὐτῷ πόλεμον ὁ Κύριος ὕπατος Ῥωμαίων ἐνίκησεν αὐτόν· καὶ φυγὼν ὁ Πύῤῥος ἦλθε πλησίον πόλεως ἐχούσης ἔξω τειχῶν οἰκήματα· καὶ ῥίψασα γυνὴ κεραμῖδα κατὰ τῆς κορυφῆς αὐτοῦ ἐφόνευσεν αὐτόν.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἐγένετο ὕπατος Μάγνος ὁ καὶ Παῦλος ὁ Μακεδών· ὅστις ἐφόνευσεν ἐν πολέμῳ τὸν βασιλέα τῆς Μακεδονίας

1. Περιττίῳ Ox. 3. βελτίω Ox. 13. αὐτοῦ Ch., αὐτῶν Ox. 18. συμβάλλων Ox.

CLII, post moenia autem absoluta, ipsamque urbem totam, annis CXXII. Tum vero de integro restituta est, tota in melius redacta: sicuti Domnus Chronographus scriptum reliquit.

Antiocho Grypi successit in regno Antiochus Evergetes. Hic in Parthos rebellantes arma movit: cumque Parthorum plurimi in bello cecidissent; in gratiam deinde cum eis rediens, filiam Arsacis Parthi, adversarii sui, nomine Brittanen, Antiocho Cyziceno in uxorem accepit: atque hic belli finis fuit.

Post Antiochum vero Evergetem, regnarunt ex genere ejus reges alii IX, usque ad Antiochum Dionicum Leprosum, Cleopatrae et Antiochidis patrem.

Temporibus autem eorum, qui Antiochum Dionicum antecesserunt, Romanos invasit Epiri rex Pyrrhus; oraculo fretus, futurum esse, ut a muliere periret. Congressus itaque cum eo Curius, Consul Romanus, bello superior evasit: Pyrrhus autem in fugam versus, urbem quandam venit, aedificia extra muros habentem: ubi mulier quaedam, tegula in caput ejus vibrata, illum occidit.

Postea temporibus Consul Romanus fuit Magnus; qui et Paulus Macedonicus. Persem hic, Macedoniae regem, bello interfecit; Macedo-

Digitized by Google

ὀνόματι Πέρσην, καὶ παραλαβὼν τὴν Μακεδονίαν χώραν ἐποίησεν αὐτὴν ὑπὸ Ῥωμαίους· περὶ οὗ Σαλλούστιος μέμνηται εἰς τὴν O 267
Κατελλιναρίαν ἔκθεσιν, μνημονεύων τῆς δημηγορίας τοῦ Καίσαρος. καὶ μετὰ ταῦτα βασιλεύει τῆς ἰδίας χώρας Περσεὺς ὁ D
Ἠπειρώτης ὁ νεομάχος καὶ τοπάρχης Θεσσαλίας, ὅντινα Περσέα ὠνόμασε τῇ ἰδίᾳ ἐκθέσει Εὐτρόπιος ὁ συγγραφεὺς Ῥωμαίων ἐν τῇ μεταφράσει αὐτοῦ. τούτου δὲ καὶ Παλαίφατος μέμνηται. τὸν δὲ αὐτὸν Περσέα πολέμῳ ἀνεῖλε Λούκιος Παῦλος, ὕπατος Ῥωμαίων.

Ἐν οἷς χρόνοις Ἀννιβάλ τις ὀνόματι, ῥὴξ τῶν Ἄφρων, ἐτυράννησε τὴν Ῥώμην ἐπὶ ἔτη εἴκοσιν, ἀβασίλευτον οὖσαν, διοικουμένην δὲ ὑπὸ τῶν ὑπάτων. ὅστις τῆς Ἰταλίας πάσης τὸ πολὺ μέρος ἀπώλεσεν ὑποτάξας πολέμοις, καὶ σφάζει τὸν προειρημένον Παῦλον. καὶ λοιπὸν προεβάλετο ἡ σύγκλητος Ῥώμης ὕπατον E
δυνατὸν ἐν πᾶσι, μάλιστα δὲ ἐν πολέμοις, τὸν λεγόμενον Σκηπίονα O 268
τὸν μέγαν. ὅστις Σκηπίων ἐν ᾧ ἦν διατρίβων ὁ Ἀννιβὰλ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ· ἔλαβε πλῆθος στρατοῦ καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν χώραν τοῦ Ἀννιβαάλ, εἰς τὴν Ἀφρικήν, καὶ ἀπώλεσεν αὐτήν, ἐμπρήσας τὴν πόλιν ἔνθα ἦν ῥὴξ ὁ Ἀννιβαάλ, τὴν Καρθάγεναν, καὶ αἰχμαλωτίσας αὐτὴν καὶ λαβὼν τοὺς αὐτοῦ πάντας μετὰ τῆς συγκλήτου αὐτοῦ ὑπέστη εἰς τὴν Ῥώμην.

Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ Ἀννιβαὰλ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Βιθυνίαν πρὸς V 89

2. *Σαλούστιος* Ox. V. p. 90. B. 3. *Κατελλιναρίαν*] c. 51.
14. *προεβάλλετο* Ox. Sic et p. seq. v. 8. 19. *Καρθάγενναν* Ox.
21. *ὑπέστην* Ox.

niamque ipsam Romano subjugavit Imperio. Hujus meminit in Historia sua Catilinaria Salustius: ubi concionem a Caesare habitam recitat. Post haec regioni suae imperavit Perses Epirota, Thessaliae regulus, navalibus pugnis celebris. Hujus etiam in Historia sua, in Graecam linguam traducta, meminit Eutropius, Romanorum Historiographus. Ejusdem etiam mentionem fecit Palaephatus. Hunc itaque bello devictum, neci dedit Lucius Paulus, Consul Romanus.

Illis temporibus, bellum cum Romanis gessit, per annos xx, Hannibal quidam, Afrorum Rex, quo tempore, Regibus dudum exactis, Romana Resp. a Consulibus administrata est. Hic potiorem Italiae partem, bello subactam, vastavit; interfecto etiam Paulo illo, de quo superius. Senatus itaque Romanus Consulem designavit Scipionem illum magnum; virum certe in omnibus, maxime vero in bellis clarum. Scipio hic, interim dum in Italia moras trahebat Hannibal, magnis instructus copiis, in Africam, Hannibalis patriam, maturavit iter: ubi regionibus undique vastatis, Carthaginem ipsam, ubi regnabat Hannibal, incendio dedit: et abductis incolis omnibus, ipsum etiam Senatum Carthaginensem captivum Romam abduxit.

De his autem certior factus Hannibal, Bithyniam profectus est, ad

Digitized by Google

τὸν Ἀντίοχον τὸν Νικομήδους, βασιλέα τῆς Ἀσίας· καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν συμμαχῆσαι αὐτῷ. εἶχον δὲ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος οἱ Μακεδόνες συνωμοσίας μετὰ τῶν Ῥωμαίων φιλίας, ὅτι καὶ στρατὸν ἔδωκαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ κατὰ Δαρείου. ὁ Ἀντίοχος ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς πεισθεὶς τῷ Ἀννιβαὰλ συνέμιξε, καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ κατὰ Ῥωμαίων, θαῤῥῶν τῷ ἰδίῳ στρατῷ, ἐκ τῆς Βιθυνίας ἐξορμήσας. καὶ ἀκούσαντες οἱ Ῥώμης συγκλητικοὶ τοῦτο προεβάλοντο ὕπατον δυνατόν, τὸν δεύτερον Σκηπίονα, τὸν ἀδελφὸν τοῦ πρώτου Σκηπίονος· καὶ ἔπεμψαν αὐτὸν κατὰ τῶν δύο, Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως Ἀσίας καὶ Ἀννιβαὰλ τοῦ ῥηγὸς τῆς Ἀφρικῆς. καὶ ἀπαντήσας αὐτοῖς συνέβαλε πόλεμον μέγαν μετ' αὐτῶν· καὶ σφαγέντων πολλῶν, ἰδὼν ὁ Ἀννιβαὰλ τὴν τοῦ Σκηπίονος δύναμιν καὶ ὅτι τὰς ἐπάνω φέρει, ἔφυγε· καὶ ἑαυτῷ παραχρησάμενος πιπίσας ἀπέθανε. καὶ ἑωρακὼς ὁ Ἀντίοχος τὸν Ἀννιβαὰλ φυγόντα ἔδωκε νῶτα· καὶ κατεδίωξεν αὐτὸν ὁ Σκηπίων ἕως τοῦ ὄρους τῆς Ἰσαυρίας τοῦ λεγομένου Ταύρου· καὶ ἀνελθὼν ἐκεῖ ὁ Ἀντίοχος ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, παρακαλῶν αὐτόν, ὡς μηδεμίαν ἔχθραν ἔχων κατὰ Ῥωμαίων ἀλλ' ὑπὲρ ἄλλου πολεμῶν. καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ὁ Σκηπίων, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ὑπὸ Ῥωμαίους κατὰ γνώμην τῆς συγκλήτου Ῥώμης πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὸν καθ' ἕκαστον ἔτος Ῥωμαίοις χρυσοῦ τάλαντα τέσσαρα καὶ ἀργύρου καὶ ἄλλα τινὰ ἄχρι τῆς αὐτοῦ ζωῆς. καὶ ποιήσας ἄριστον ὁ Σκηπίων ἐκάλεσεν αὐτὸν καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸν

O 269

B

C

O 270

8. συνομοσίας Ox. 12. ἰδὼν Ch., ἴδεν Ox. 17. πρεσβεῖς Ox.

Antiochum, Nicomedis F. Asiae regem: a quo auxilium adversus Romanos petiit. Foedera autem amicitiae cum Romanis habuerunt Macedones, inde ab Alexandri temporibus; eo quod exercitu Romano instructus fuisset Alexander, bello Darium aggressurus. Antiochus vero rex Asiae, copiis suis confisus, adjungit se Hannibali: atque exercitu ex Bithynia educto, contra Romanos cum eo profectus est. Senatus autem Romanus, hoc audito, Consulem designavit Scipionem secundum, Scipionis prioris fratrem, virum strenuum: qui missus a Senatu contra duos illos, Antiochum Asiae, et Hannibalem Africae reges, obviam eis processit: praelioque utrinque acriter commisso, plurimi ceciderunt. Videns autem Hannibal, quantae essent Scipionis vires, et quod ubique superior evasisset, in fugam vertitur; et veneno hausto, mortem sibi consciscit. Antiochus autem ubi Hannibalem fugientem vidit, et ipse terga dedit: quem Scipio insecutus est Isauriam usque, ad montem Taurum. Quo cum venisset Antiochus, Scipionem per legatos exoratum habuit, uti in gratiam se reciperet: ut qui partes tantum alienas egisset; contra Romanos autem nihil hostile cogitasset. Accepit igitur eum Scipio, et ex Senatusconsulto Romanis tributarium fecit; ea scilicet conditione, ut quotannis, quandiu viveret, auri talanta IV, argentique totidem, praeter alia quaedam, perselveret. Scipio autem convivium exhibens, Antiochum vocavit: cui et-

Digitized by Google

πρῶτον τόπον, τιμήσας αὐτόν, ὡς βασιλέα. καὶ μετὰ δόξης ἀνῆλθεν ὁ Σκηπίων ἐν τῇ Ῥώμῃ, καθὼς ὁ σοφώτατος Φλῶρος ὑπεμνημάτισεν ἐκ τῶν Λιβίου συγγραμμάτων.

Τῷ δὲ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει τοῦ προειρημένου Ἀντιόχου τοῦ Διονίκους, βασιλέως τῆς Συρίας, τοῦ λεπροῦ, Τιγράνης τις βασιλεὺς Ἀρμενίων ἐλθὼν ἐπολέμησε τῷ αὐτῷ Ἀντιόχῳ πόλεμον μέγαν. καὶ νικήσας τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον ὁ Τιγράνης βασιλεὺς Ἀρμενίων παρέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀφειλάμενος πάντα παρ' αὐτοῦ ἃ εἶχε, φυγόντος τοῦ αὐ- D
τοῦ Ἀντιόχου βασιλέως ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη τὸν αὐτὸν Τιγράνην. κατελθόντος δὲ ἀπὸ τῆς Ῥώμης Πομπηίου τοῦ καὶ Μάγνου διὰ τὸν Καίσαρα, καὶ ἐλθόντος κατὰ Κιλίκων τυραννησάντων τὸν αὐτὸν Πομπήιον, καὶ νικήσαντος αὐτοῦ τοὺς Κίλικας, ἐπολέμησε καὶ τῷ Τιγράνῃ, βασιλεῖ τῶν Ἀρμενίων, καὶ νικήσας αὐτὸν παρέλαβε καὶ τὴν Ἀρμενίαν καὶ τὴν Κιλικίαν καὶ τὴν Συρίαν, λύσας καὶ τὰς τοπαρχίας αὐτάς. καὶ ἐξεδίκησε τοὺς Ἀντιοχεῖς, καὶ εἰσῆλθεν ἐν τῇ αὐτῇ Ἀντιοχέων πόλει, ποιήσας αὐτὴν ὑπὸ Ῥωμαίους, O 271
χαρισάμενος αὐτοῖς πολλὰ καὶ κτίσας τὸ βουλευτήριον· πεσόντα γὰρ ἦν· ἐτίμησε δὲ αὐτούς, ὡς ἐκ γένους Ἀθηναίους ὄντας.

Βύβλος δέ τις στρατηγὸς δυνατός, ὃς καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ E
Φοινίκῃ ηὗρε κώμην καὶ ἐποίησε πόλιν τειχίσας αὐτήν, ἣν ἐκάλε-

9. φυγόντος Ch., φυγότος Ox., et v. 18. πεσότα. Eiusdemmodi forma redit p. 132. D. 19. Fort. Ἀθηναίων.

iam, tanquam Regi superiorem locum concessit. Sic honoribus auctus Scipio, Romam reversus est: uti haec sapientissimus Florus, ex Livii monumentis, memoriae prodidit.

Decimo quinto autem anno Antiochi Dionici, Leprosi, Syriae regis, (de quo superius diximus;) Tigranes quidam, Armeniae rex, Antiocho eidem grave bellum intulit: et bello superior factus Tigranes, Armeniae rex, Antiochiam magnam cepit, regnumque ejus, bona etiam quae habuit omnia ei ademit; Antiocho ipso in regiones Persicas fugiente. Pompeius autem Magnus, Roma propter Caesarem relicta, contra Cilices, Romani imperii hostes, cum exercitu veniens, profligatis illis, in Tigranem, Armeniorum regem, arma movit: quo devicto, Armeniam cepit; Ciliciam quoque, Syriamque, et dissolutis eorum regnis, Antiochenos vindicavit. Antiochiam vero ingressus, illam Romano subjecit imperio. Multa etiam eis indulsit; reparato etiam, quod collapsum fuerat, foro judicii publico. Magno autem honore eos prosecutus est, eo quod ortum suum ab Atheniensibus ducebant.

Byblus autem quidam, dux in bello strenuus, (qui in maritimum Phoeniciae vicum incidens, moenibus eum cinctum, urbem fecit, et a no-

Digitized by Google

σε Βύβλον εἰς ὄνομα αὐτοῦ, οὗτος γὰρ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθήνης τὸ παρὰ Σελεύκου γενόμενον, φοβερὸν ὄντα, καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Κεραυνίου Διός, παρὰ τοῦ αὐτοῦ Σελεύκου γενόμενον, καὶ αὐτὸ φοβερόν, αἰτησάμενος χάριν τοὺς Ἀντιοχεῖς ἐπῆρε καὶ ἐν Ῥώμῃ
V 90 ἔπεμψεν εἰς τὸ Καπετώλιον, ὡς μεγάλης ὄντα θέας καὶ ὡς ὑποταγέντα Ῥωμαίοις· ἄτινα ἀγάλματα ἕως τῆς νῦν εἰσί· καὶ ἐπιγράφει Δῆμος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἐτίμησε Ῥωμαίους ἀγάλματα εὐχαριστῶν.

Ἀντίοχος δὲ ὁ Διονίκους βασιλεὺς ἀκούσας τὴν τοῦ Τιγράνου, Ἀρμενίων βασιλέως, ἀπώλειαν καὶ τὴν τοῦ Πομπηίου Μά-
O 272 γνου κατ' αὐτοῦ νίκην, ἐλθὼν πρὸς τὸν Πομπήιον προσέπεσεν αὐτῷ, αἰτήσας αὐτὸν ἀναδοῦναι αὐτῷ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. ὅστις Πομπήιος παρακληθεὶς ἀνέδωκεν αὐτῷ πάλιν τὴν βασιλείαν τῆς Συρίας καὶ τὴν Κιλικίαν καὶ πάντα ὅσα κατεῖχε πρώην ὁ αὐτὸς Ἀντίοχος. καὶ τῇ ιθ' τοῦ δαισίου μηνὸς ἐξῆλθεν ἐπὶ
B τὴν Αἴγυπτον ἀπὸ Ἀντιοχείας ὁ Πομπήιος· καὶ ἐβασίλευσε πάλιν ὁ αὐτὸς Ἀντίοχος ὁ Μακεδὼν ὁ Διονίκους.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς οὖν χρόνοις ἦν ὁ Κικέρων καὶ ὁ Σαλλούστιος, οἱ σοφώτατοι Ῥωμαίων ποιηταί.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀντίοχος ὁ Διονίκους μέλλων τελευτᾶν κατέλιπε πάντα τὰ ὑπ' αὐτὸν Ῥωμαίοις μετὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐ-
O 273 τοῦ. μετὰ οὖν τὴν τελευτὴν Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως γέγονεν ἡ Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη ὑπὸ Ῥωμαίους καὶ πᾶσα ἡ χώρα τῆς Συρίας

1. οὗτος Ch., οὕτως Ox. 15. δαισίου] Δεσίου Ox. 21. αὐτοῦ Ch., αὑτῶν Ox.

mine suo Byblum appellavit:) hic inquam, statuas illas mirandas, quas olim Seleucus Jovi Ceraunio, et Minervae posuerat, ab Antiochenis impetratas, Romam transmisit, ibi in Capitolio collocandas: ut quae spectatu admirandae essent, Romanarumque Victoriarum Monumenta. Statuae autem istae usque adhuc Romae visuntur, hunc in modum a Byblo inscriptae. *Romanis gratificans, statuis hisce eos donavit populus Antiochenus.*

Antiochus vero Dionicus, ubi inaudisset Tigranem, Armeniorum regem, a Pompeio magno profligatum fuisse, Pompeium adit; et procidens ei ad pedes, rogavit, uti regnum sibi suum redderet. Annuit votis ejus Pompejus: et concesso ei iterum Syriae regno, Ciliciam etiam, suaque omnia ei restituit, Mensis igitur Junii die XIX, discedente ab Antiochia in Aegyptum Pompeio, rursus regnavit Antiochus Dionicus Macedo.

Hisce temporibus floruerunt Cicero et Salustius, sapientissimi Romanorum Poetae.

Moriturus autem Antiochus Dionicus imperium facultatesque suas omnes Romanis legavit. Eo itaque demortuo, Romano imperio cessit Antiochia magna, omnisque Syria et Cilicia; insuper etiam quodcunque

Digitized by Google

καὶ Κιλικίας καὶ ὅσα κατεῖχον οἱ Μακεδόνες. ἐβασίλευσαν οὖν Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἤτοι τῆς Συρίας καὶ Κιλικίας καὶ ἄλλων χωρῶν οἱ Μακεδόνες ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἕως οὗ ἐδόθη Ῥωμαίοις ἡ βασιλεία ἔτη σξγ'.

3. χώρων Ox.

Macedones possederunt. Macedones itaque Antiochiae magnae regnarunt, Syriam, Ciliciam, aliasque regiones sibi subjectas tenentes, a Seleuco Nicatore, usque ad hoc tempus, quo Romanis traditum est imperium, per annos CCLXIII.

Digitized by Google

O 274

ΛΟΓΟΣ ΕΝΑΤΟΣ

ΧΡΟΝΩΝ ΤΠΑΤΩΝ ΡΩΜΗΣ.

C Τὰ οὖν Ῥωμαίων πράγματα πρώην διῳκεῖτο ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἐπὶ ἔτη υξδ' ἕως Καίσαρος Ἰουλίου τοῦ δικτάτορος· ὃς οὐκ ἐγεννήθη ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς τελευτησάσης τῷ ἑνάτῳ μηνὶ ἀνέκειραν αὐτὴν καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν βρέφος· διὸ Καῖσαρ ἐλέγε-
O 275 το· Καῖσαρ γὰρ λέγεται ῥωμαϊστὶ ἡ ἀνατομή. ἀνατραφεὶς δὲ καὶ ἀνδρεῖος γενόμενος προεβλήθη τριομβυράτωρ μετὰ Πομπηίου Μάγνου καὶ Κράσσου· ὑπὸ γὰρ τῶν τριῶν τούτων ἐδιῳκεῖτο τὰ Ῥωμαίων. ὁ δὲ Καῖσαρ ὁ δικτάτωρ μετὰ τὸ φονευθῆναι τὸν Κράσσον, παραληφθέντα ὑπὸ Περσῶν πολέμῳ ἐν τοῖς Περσικοῖς μέρεσιν, ἔμεινε πολεμῶν μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς δύσεως. καὶ διαδεχθεὶς τῆς ὑπατείας, ἤτοι τῆς τριομβυρα-
D τορίας, κατὰ δοκιμασίαν τινὰ τῆς συγκλήτου Ῥώμης καὶ Πομ-

Inscr. ΕΝΝΑΤΟΣ Ox. Sic et v. 3. 4. αὐτόν] τὸ Chron. Pasch. p. 186. C. 5. Addidi γὰρ.

LIBER NONUS

DE TEMPORIBUS CONSULUM ROMANORUM.

Respublica Romana a Consulibus primum administrata fuit, per annos CCCCLXIV, usque ad Julium Caesarem Dictatorem. Hic natus non erat, sed, matre mense nono mortua, dissectaque, ex utero ejus exertus est: unde Caesar dictus, quod Romanis *Dissectio* sonat. Adultus tandem, virque strenuus factus, cum Pompeio Magno Crassoque, Triumvir creatus est. Post Crassum vero a Persis captum occisumque, Caesar Dictator, cum copiis suis, in regionibus Occidentalibus bellum prosecutus est: donec a Senatu, Pompeioque Magno, genero suo, Consulatu, sive Triumviratu exutus, aegre hoc ferens, in Romanos arma sumpsit. Ascitis ita-

Digitized by Google

πηίου Μάγνου τοῦ αὐτοῦ πενθεροῦ ὁ αὐτὸς Καῖσαρ Ἰούλιος,
λυπηθεὶς ἐτυράννησε Ῥωμαίους· καὶ προτρεψάμενος τοὺς κατὰ
Ῥωμαίων πολεμίους ἐπεστράτευσε κατὰ τῆς συγκλήτου Ῥώμης καὶ O 276
Πομπηίου Μάγνου. καὶ παραγενόμενος ἐν Ῥώμῃ παραλαμβάνει
αὐτήν, ἀνελὼν πάντας τοὺς συγκλητικούς. ὁ δὲ Πομπήιος ἐξελ- V 91
θὼν κατ' αὐτοῦ καὶ ἑωρακὼς ἑαυτὸν μὴ δύνασθαι πολεμῆσαι αὐ-
τῷ, καταλιπὼν τὰ δυτικὰ μέρη ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐξώρμησε, βου-
λόμενος διακρατῆσαι τὰ αὐτὰ μέρη. ὁ οὖν Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ δε-
κτάτωρ κατὰ αὐθεντίαν ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς Ῥώμης καὶ
πάντων τῶν δυτικῶν μερῶν, ἐπεστράτευσε κατὰ Πομπηίου Μά-
γνου· καὶ καταφθάσας αὐτὸν ἀνεῖλεν αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον
χώραν, καθὼς περὶ αὐτοῦ ὁ σοφώτατος Λουκανὸς συνεγράψατο.
οὗτος οὖν ὁ Καῖσαρ πρῶτος καὶ μόνος ἐκράτησε τῶν Ῥωμαίων
μετὰ πολλοῦ φόβου καὶ πάντα ἐξεδίκησεν. οἱ γὰρ Μακεδόνες
οἱ μετὰ Σέλευκον τὸν Νικάτορα ἀδρανεῖς ὄντες περιεφρόνησαν
τῆς Βαβυλωνίας χώρας, συγχωρήσαντες τοῖς Πέρσαις ποιεῖν ἑαυ- B
τοῖς βασιλέα· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις παρεχώρησαν λαβεῖν
ἀπὸ τῆς συγκλήτου Ῥώμης τετραρχίας βασιλείας.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς οὖν χρόνοις Λίβιος ὁ σοφὸς Ῥωμαίων ὑπῆρ-
χεν ἱστορικός, ὃς ἐξέθετο πολλὰ περὶ Ῥωμαίων. O 277

Ὁ δὲ Καῖσαρ Ἰούλιος ὁ δικτάτωρ, ὅ ἐστι μονάρχης, μετὰ
ταῦτα τῶν πάντων ἐκράτησεν ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ τυραννίδι ἐπὶ
ἔτη ιη'. ὅστις καὶ τὸ βίσεξτον ἐφηῦρε καὶ νόμους Ῥωμαίοις ἔδω-

3. κατὰ Chron., μετὰ Ox. 15. ἀδρανεῖς Ch., ἀνδρανεῖς Ox.
18. τετραρχίας] τετράρχας Ch.

que sibi Romanorum hostibus, Senatui, Pompeioque Magno bellum intulit: Romaque occupata, Senatores omnes e medio sustulit. Pompeius autem, cum Caesari propulsando imparem se sensisset, relicta Italia, Regiones Orientales occupare in animo habuit. Dictator itaque Julius Caesar, Romae ipsius, totiusque Occidentis imperio potitus; adversus Pompeium arma movit: ipsumque in Aegypto comprehensum, interfecit: uti de eo sapientissimus Lucanus scriptum reliquit. Caesar igitur iste solitarium in Romanos exercuit imperium, summoque omnium cum timore, supremam rerum potestatem sibi vindicavit. Macedones enim, qui Seleucum Nicatorem secuti sunt, viribus diminuti, Babylonicae regionis curam neglexerunt; regem sibi eligendi copia Persis inde concessa.

Judaeis similiter, a Senatu Romano Tetrarchas, Rempublicam administrantes, accipere permiserunt.

Temporibus hisce floruit Livius Historicus, qui res gestas Romanorum pluribus conscripsit.

Post haec Julius Caesar Dictator, sive Monarcha, per annos XVIII. imperium, summo cum fastu, tenuit. Bissexti hic Romanis auctor fuit:

Digitized by Google

κε, καὶ ὑπάτους δὲ αὐτὸς προεβάλλετο καθ' ἕκαστον ἔτος οὓς ἠβούλετο.

C Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ Βεργίλλιος ὁ σοφὸς Ῥωμαίων ποιητὴς συνεγράψατο τὴν τοῦ Αἰνείου ἱστορίαν καὶ τῆς Διδὼ τῆς ἐκ Φοινίκης καταγομένης καὶ τὸν δούριον ἵππον καὶ τῆς Τροίης τὴν ἅλωσιν.

Καὶ εὐθέως ἐμηνύθη ἡ παρουσία Ἰουλίου Καίσαρος δικτάτορος, ὅ ἐστι μονάρχου, τοῦ τυραννήσαντος καὶ παραλαβόντος τὴν Ῥώμην καὶ φονεύσαντος τὴν σύγκλητον καὶ γενομένου μονάρχου. καὶ κατέφθασε τὸ πρόθεμα ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει τῇ ιβ' τοῦ ἀρτεμισίου τυῦ καὶ μαΐου μηνὸς τῆς μετὰ ταῦτα ἐπι-
O 278 νεμήσεως. καὶ προετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ ἡ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε ἐγένετο ὑπὸ Ῥωμαίους, τῇ εἰκάδι τοῦ ἀρτεμισίου μηνὸς πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Ἰουλίου. τὸ οὖν ἠδικτον προετέ-
D θη περιέχον οὕτως. Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μητροπόλει ἱερᾷ καὶ ἀσύλῳ καὶ αὐτονόμῳ καὶ ἀρχούσῃ καὶ προκαθημένῃ τῆς ἀνατολῆς Ἰούλιος Γάϊος Καῖσαρ καὶ τὰ λοιπά. καὶ εἰσῆλθεν ὁ αὐτὸς Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ κγ' τοῦ ἀρτεμισίου μηνός· καὶ ἔκτισε βασιλικήν, ἣν ἐκάλεσε τὸ Καισάριον, κατέναντι τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ἄρεως τοῦ μετακληθέντος Μακέλλου, στήσας ἐκεῖ στή-
λην χαλκῆν τῇ τύχῃ Ῥώμης. ἔκτισε δὲ ὡσαύτως καὶ ἄνω εἰς τὴν καλουμένην ἀκρόπολιν εἰς τὸ ὄρος τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης δημόσιον λουτρὸν τοῖς αὐτοῖς ἀκροπολίταις, ἐνεγκὼν τὸ

1. προεβάλετο Ox. 7. ἐμηνεύθη Ox.

quibus etiam et Leges dedit, Mensiumque appellationes novas: Consules etiam ipse, pro libitu suo, quotannis designavit.

Hoc tempore Virgilius, sapiens Romanorum Poeta, Aeneae, et Didonis Phoeniciae historiam, Equum item Ligneum, captamque Trojam, cecinit.

Romae itaque a Julio Caesare Dictatore captae, Senatorumque e medio sublatorum, imperiique sibi arrepti fama statim percrebuit: mensis autem Artemisii, sive Maii XII, Indictione, quae deinceps prima vocabatur, Antiochiae facta est ejusdem Promulgatio. Die autem XX ejusdem Mensis, Antiochiam urbem, quum Romanis subjecta esset, Julius Caesar, misso Edicto suo, liberam esse jussit. Verba autem Edicti sic se habent. *In Antiochia Metropoli, sacrosancta, inviolabili, libera, principe, Orientisque Praeside, Julius Caius Caesar, etc.* Maii autem XXXIII idem Julius Caesar Dictator Antiochiam venit: ubi Basilicam extruxit, quam a nomine suo Caesarium, vocavit; e regione templi Martis, Macelli postea vocati, positam: aereamque ibi statuam erexit, Fortunae urbis Romae. Condidit etiam ad Acropolim, quam vocant, in eminentiore Antiochiae magnae parte sitam, Balneum publicum, in ejusdem incolarum usum;

Digitized by Google

ὕδωρ ἀπὸ τῶν λεγομένων ὑδάτων τῆς Λαοδικηνῆς ὁδοῦ διὰ O 279
τοῦ παρ' αὐτοῦ κτισθέντος ἀγωγοῦ. ἔκτισε δὲ ἐκεῖ ἄνω καὶ μο-
νομάχιον καὶ θέατρον· ἀνενέωσε δὲ καὶ τὸ Πάνθεον, μέλλοντα E
συμπίπτειν, ἀνεγείρας τὸν θωμόν.

Καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ ἀπελθὼν ἔκτισεν ἐκεῖ ὁ αὐτὸς
Καῖσαρ εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ οὗ ἔσχεν ἀπὸ Κλεοπά-
τρας, ἧς ἐφίλησεν ὡς εὐπρεπῆ οὖσαν· ἥντινα ηὗρεν εἰς τὴν Θη-
βαΐδα διωχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ἰδίου αὐτῆς ἀδελφοῦ Πτολεμαίου λυ-
πηθέντος πρὸς αὐτήν. ταύτην ὁ Καῖσαρ φθείρας ἔγκυον ἐποίησε·
καὶ ἐγέννησεν υἱόν, ὃν ἐπεκάλεσε Καισάριον. εἰς ὄνομα οὖν τοῦ V 92
ἰδίου υἱοῦ καὶ τὸ Καισάριον ἔκτισεν ὁ αὐτὸς Ἰούλιος ὁ Καῖσαρ ἐν
Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ. καὶ ἐκβαλὼν τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Πτο-
λεμαῖον ἐκ τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων ἔδωκεν αὐτῇ τὴν βα-
σιλείαν Αἰγυπτίων, φονεύσας καὶ τοὺς δύο εὐνούχους τοὺς εἰσά-
ξαντας τὸν Πτολεμαῖον εἰς Θηβαΐδα ἐξορίσαι τὴν Κλεοπάτραν.
ὁ δὲ υἱὸς τῆς Κλεοπάτρας καὶ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος ἐτελεύτα
μικρός.

Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐλθὼν ὁ αὐτὸς Καῖσαρ ἐσφάγη ὑπὸ τοῦ δευ-
τέρου Βρούτου καὶ ἄλλων μετ' αὐτοῦ συμποιησαμένων συγκλητι-
κῶν ἐπὶ τῆς ὑπατείας Χρυσαυρίκου καὶ Ἀντωνίου τὸ δεύτερον. O 280
χρηματίζει οὖν ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια κατὰ τιμὴν ἔτος πρῶτον ἀπὸ
τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου.

2. μονομάχιον Ch., μονάχιον Ox. Conf. ad p. 105. B. 7. ἧς] ἣν? 11. ὁ Καῖσαρ] Immo Καῖσαρ. 20. ἐπὶ τῆς ὑπατείας Χρυσαυρίκου καὶ Ἀντωνίου] „Antonium quidem et Isauricum ponit Coss. Chr. Alex. auctor; sed ad Jul. Caes. an. II." Ch.

aqua, a fontibus Viae Laodicenae dictis, per aquaeductum a se extructum, illuc perducta. Condidit etiam ibidem Gladiatorium et Theatrum; Pantheum item, ruinae proximum, instauravit; ara etiam excitata.

quamprimum comprehensus esset, successorem in Episcopatu Romano designavit Linum quendam, ex discipulis suis: quem tum quoque cum prehensus fuit, sectatorem habuit. Erat autem D. Petrus aetate provectior, statura quae mediocrem excederet, recalvaster, crine curto, capite et mento canus, colore pallente, oculis vini colorem referentibus, barbatus, nasutus, junctis superciliis, proclivis, prudens, ad iram pronus, mutabilis, meticulosus, a spiritu S. loquens et miracula edens.

Linum vero post S. Petrum, Romanae sedis Episcopum, sive Patriarcham fuisse, Eusebius Pamphili in Chronicis suis scriptum reliquit.

Sanctus autem Petrus Apostolus Martyrium passus est, in crucem actus, capite ad terram verso: Praefectum enim juramento adstrinxerat, ne eodem quo Dominus modo crucifigeretur. Factum vero hoc, Aproniano et Capitone Coss.

Pilato quoque iratus Imperator Nero, caput ei amputari jussit; eo quod Dominum Christum, virum inculpatum et mirificum, Judaeis tradidisset. Si enim, inquit, discipulus talia potuerit, quam potens tandem fuerit ipse.

Ejusdem sub imperio S. Paulus etiam ex Judaea Romam mittitur, ibi causam dicturus: Martyrium vero et ipse passus est, capite multatus,

Digitized by Google

σιμος· καὶ ἐμαρτύρησε καὶ αὐτὸς ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν τῇ πρὸ γ' καλανδῶν Ἰουλίων ἐπὶ τῆς ὑπατείας Νέρωνος καὶ Λεντούλου. καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Νέρων τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ταφῇ μὴ παραδοθῆναι ἀλλ' ἄταφα μεῖναι. ὑπῆρχε δὲ ὁ Παῦλος ἔτι περιὼν τῇ ἡλικίᾳ κονδοειδής, φαλακρός, μιξοπόλιος τὴν κάραν καὶ τὸ γένειον, εὔρινος, ὑπόγλαυκος, σύνοφρυς, λευκόχρους, ἀνθηροπρόσωπος, εὐπώγων, ὑπογελῶντα ἔχων τὸν χαρακτῆρα, φρόνιμος, ἠθικός, εὐόμιλος, γλυκύς, ὑπὸ πνεύματος ἁγίου ἐνθουσιαζόμενος καὶ ἰώμενος. O 332

Ἔπεμψε δὲ κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Νέρων, καὶ πᾶσι κακῶς ἐχρήσατο, πολλοὺς φονεύσας στρατιωτικῇ συμβολῇ, ὅτι τυραννίδι φερόμενοι ἐξεφώνησαν ὑβριστικὰς φωνὰς κατὰ τοῦ Νέρωνος, διότι ἀπεκεφάλισε τὸν Πιλᾶτον ὡς εἰς ἐκδίκησιν Χριστοῦ· καὶ ἦλθεν εἰς αὐτὸν οὐ μὴν ἀλλὰ ὅτι καὶ αὐθεντήσαντες τὸν ἡγεμόνα ἐσταύρωσαν τὸν Χριστόν· καὶ διὰ τοῦτο ἠγανάκτει κατ' αὐτῶν ὡς τυράννων, καὶ ἐσφάγησαν τότε ὑπὸ στρατιωτῶν ἐν τῇ συμβολῇ ὅ τε Ἄννας καὶ ὁ Καϊάφας. B

Παρέλαβε δὲ ὁ αὐτὸς Νέρων ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν χώραν ἄλλην ἐν τῇ Πόντῳ, πέμψας Πολέμωνα στρατηγὸν αὐτοῦ· καὶ ἐποίησεν αὐτὴν ἐπαρχίαν, καλέσας αὐτὴν Πόντον Πολεμωνιακόν. C

Ὁ δὲ αὐτὸς Νέρων ἔχαιρε τῷ Βενέτῳ μέρει πολύ. O 333

Ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας αὐτοῦ Λουκανὸς ὁ σοφώτατος ἦν παρὰ Ῥωμαίοις μέγας καὶ ἐπαινούμενος. ἐπὶ δὲ τῆς

2. *Λεντούλλου* Ox. 5. *φαακλός* Ox. 7. *λευκόχρους* Ch., *λευκόχλους* Ox. 19. *ἄλλην* Ch., *ἄλην* Ox. 20. *Πολεμωνιακόν* Ch., *Πολεμονιακόν* Ox. 23. *Ῥωμαίοις*] *Ῥωμαίους* Ox.

m Kal. Julias, Nerone et Lentulo Coss. Corpora autem Sanctorum Apostolorum insepulta projici mandavit Nero Imperator. Paulus vero, dum in vivis esset, statura erat curta, calvus, subcanus capite mentoque, naso decoro, subcaesius, superciliis junctis, cute candida, vultu florido, barbatus, aspectu ridibundo, prudens, moribus probis, affabilis, blandus, Spiritu Sancto afflatus, morbosque sanandi potentia donatus.

Nero autem Imperator, exercitu adversus Judaeos et Hierosolymam misso, pessime illos tractavit; plurimos etiam neci dedit: ad hoc incitatus, quod rebelles ipsum opprobriis lacessissent, ob Pilatum, Christi in vindictam, capite multatum: sed et pro certo etiam acceperat, Praefectum, Judaeorum ipsorum importunitate impulsum, Christum cruci affixisse. Hac Judaeorum strage perierunt Annas et Caiphas.

Idem Imperator Nero, misso ex Ducibus suis Polemone, aliam Ponti regionem captam, in Provinciae formam redegit, et Pontum Polemoniacum appellavit.

Nero autem Factioni Venetae multum favebat.

Temporibus autem Neronis imperantis, floruit sapientissimus Lucanus, Poeta magni nominis apud Romanos. Caeterum Itorico et Tolpillia-

Digitized by Google

ὑπατείας Ἰτορικοῦ καὶ Τολπιλλιανοῦ τοῦ καὶ Τροχέλου ἀφανὴς ἐγένετο Νέρων ὁ βασιλεὺς καὶ ἐτελεύτα, τῶν ἱερέων τῶν Ἑλλήνων κατασκευασάντων αὐτῷ διὰ πότου δόσεως, ὄντος τοῦ δόγματος τῶν Ἐπικουρείων τοῦ μετ' αὐτὸν λαβόντος παρὰ τῶν ἱερέων σύνταξιν τῆς βασιλείας καὶ εἰσελθόντος ἰδεῖν αὐτόν, ὡς ἄῤῥωστον, καὶ κεντήσαντος αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ. καὶ τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Νέρων, ὢν ἐνιαυτῶν ξθ'.

D Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Νέρωνος ἐβασίλευσε Γαλβᾶς Αὔγουστος μῆνας ζ'. ἦν δὲ μακρός, γενναῖος, λευκόχρους, ὑπόστραβος, γρυπόρυγχος, μιξοπόλιος, μανικός. ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Γαλβᾶ ταφῇ παρεδόθησαν τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων κατὰ κέλευσιν τοῦ αὐτοῦ βασιλέως· ἐν ὁράματι γὰρ ἐκελεύσθη δοῦναι τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰς ταφήν. καὶ τελευτᾷ ὁ Γαλβᾶς ἰδίῳ θανάτῳ ἐξαίφνης φλεβοτομηθείς, ὢν ἐνιαυτῶν μθ'.

O 334

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Γαλβᾶ ἐβασίλευσε Λούκιος Ὄθων μῆνας γ'. ἦν δὲ κονδοειδής, πλατύς, γενναῖος, ἁπλόθριξ, μικρόφθαλμος, ὑπόσιμος, ψελλός. ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὁ ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων καὶ πατριάρχης, ὃν ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος Πέτρος ἀντὶ ἑαυτοῦ ἀνιὼν ἐπὶ

E

1. Ἰτορικοῦ καὶ Τολπιλλιανοῦ, τοῦ καὶ Τροχέλου] „Chr. Alex. habet, Ἰταλικοῦ καὶ Τραχάνου. Nero e medio sublatus est C. Galerio Trachalo Turpiliano et C. Silio Italico Coss. Scribendum itaque, Ἰταλικοῦ καὶ Τυρπιλλιανοῦ, τοῦ καὶ Τραχάλου." Ch. 4. Ἐπικουρίων Ox. 8. 14. Γαλβὰς Ox. 18. ὑπόσιμος, ψελλός Ch., ὑπόσημος, ψελός Ox.

no, sive Trochelo Coss. Nero Imperator, e medio sublatus, interiit: Conjurationem adversus eum agitantibus, ex haustu veneni, Graecorum sacerdotibus. Is enim, quem in regno successorem sacerdotes designaverant, dogmatis erat Epicureorum; qui palatium ingressus, tanquam visurus Imperatorem aegrotantem eum confodit. Nero itaque diem supremum obiit, annos natus LXIX.

Excepit Neronem Galba, qui regnavit menses VII. Erat autem procerus, generosus, colore candido, substrabus, ungues habens aduncos, subcanus, ad insaniam pronus. Hujus autem sub Imperio, Sanctorum Apostolorum corpora, jussu ipsius Imperatoris sepulturae tradita sunt: per insomnium enim, ut hoc faceret, monitus est. Galba autem annum agens XLIX, ex venae sectione, subito mortuus est.

Galbam excepit Lucius Otho; qui imperavit Menses III. Erat hic statura brevi, lato corpore, fortis, crine molli et perrecto, oculis parvis, subsimus, balbus. Hujus sub Imperio D. Jacobus Apostolus, Hierosolymarum Episcopus et Patriarcha, a B. Petro, cum Romam abiit, sui in

Digitized by Google

Ῥώμην, ἐτελεύτησε· καὶ παρέλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἱεροσολύμων Συμεὼν ὁ καὶ Σίμων καὶ ἐγένετο πατριάρχης.

Τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς Ὄθων ἐτῶν νγ' ἀῤῥωστήσας.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Ὄθωνος ἐβασίλευσε Βιτέλλιος Αὔ- V 110
γουστος ἔτη θ' καὶ μῆνας η'. ἦν δὲ διμοιριαῖος, εὔστηθος, γλαυ- O 335
κός, πυῤῥάκης, δασυπώγων, εὐόφθαλμος, δειλός. ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας εὐθέως ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Νικομήδεια, πόλις μεγάλη, τῆς Βιθυνίας μητρόπολις. καὶ πολλὰ αὐτοῖς τοῖς περισωθεῖσιν ἐχαρίσατο καὶ τῇ πόλει εἰς ἀνανέωσιν ὁ αὐτὸς βασιλεύς· ἦν γὰρ καὶ πρώην παθοῦσα ὑπὸ θεομηνίας καὶ ἐστραμμένη· καὶ ἀνήγειρεν αὐτήν.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Βιτελλίου Καίσαρος ἐτυράννησαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἐφόνευσαν Κυρήνιον τὸν ἄρχοντα αὐτῶν λιθοβολήσαντες αὐτόν. τῷ δὲ λε' ἔτει μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος B
ἡμῶν καὶ θεοῦ ἀνάληψιν ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν ὁ Βιτέλλιος βασιλεύς, πέμψας στρατηγὸν ἑαυτοῦ Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον υἱὸν αὐτοῦ. καὶ ἐπέστησαν τῇ Ἰουδαίᾳ χώρᾳ, πολεμοῦντες αὐτὴν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν αὐτὸν ἀπέθανεν ἐν τῇ Ῥώμῃ ὁ Βιτέλλιος βασιλεὺς νόσῳ βληθείς, ὢν ἐνιαυτῶν μη'.

Καὶ μετ' αὐτὸν ἀνηγορεύθη βασιλεὺς ὁ θειότατος Οὐεσπα- O 336
σιανός, καὶ ἔστειλεν αὐτὸν ὁ στρατός, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ῥούφου καὶ Καπιτιανοῦ. ἦν δὲ κονδοειδής, φαλακρός, προγάστωρ, πολιός, πυῤῥάκης, ἔχων οἰνοπαεῖς ὀφθαλμούς, πλάτωψις, ὀργί-

13. *Κυρήνιον* Chron. p. 246. C, *Κυρηναῖον* Ox.

locum substitutus, interiit: Hierosolymarum vero Episcopatum suscepit Symeon, qui et Simon, ibique sedit Patriarcha.

Otho vero morbo correptus, interiit; annos natus LIII.

Othoni successit in Imperio Vitellius Augustus: qui regnavit annos IX et Menses VIII. Erat vero statura mediocrem superante, pectore firmo, oculis caesiis et pulchris, rufus, barba hirsuta, meticulosus. Hujus imperii sub initio divinam iram rursus experta est Nicomedia, urbs magna et Bithyniae Metropolis: cum prius terrae motibus concussa, fere eversa funditus fuisset. Imperator autem incolis superstitibus et urbi de novo instaurandae pecuniam plurimam largitus est.

Vitellio autem imperante, Judaei novis rebus studentes, Praefectum Cyrenaeum, lapidibus obrutum, neci dederunt. Imperator itaque anno XXXV post Deum et Salvatorem nostrum in coelos assumptum contra eos arma movit, missis Vespasiano et filio ejus Tito ducibus; qui terram Judaeam et Hierosolymas hostiliter invadentes devastarunt. Vitellius interim, post bellum hoc coeptum morbo correptus, Romae moritur, annum agens XLVIII.

Post hunc Imperator ab exercitu salutatus est divinissimus Vespasianus; Rufo et Capitiano Coss. Erat hic statura curta, calvus, ventriosus, canus, colore rufo, oculis vini colorem referentibus, vultu patulo, iracun-

Digitized by Google

λος. καὶ ἐάσας Τίτον τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πολεμεῖν τὴν Ἰουδαίαν
C χώραν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη θ' καὶ μῆνας ι'. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐγένετο διωγμὸς μέγας τῶν χριστιανῶν ἐπὶ τῆς ὑπατείας Δεκίου καὶ Ῥουστικίου. τῷ δὲ λη' ἔτει μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν σωτῆρα Χριστὸν ὁ Τίτος τὴν Ἰουδαίαν παρέλαβε καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κομμόδου καὶ Ῥούου, βασιλεύοντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ· καὶ ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην καὶ τὸ ἱερὸν τῶν Ἰουδαίων κατέστρεψεν ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ, ὅτε παρέλαβε τὴν πόλιν, καὶ ἀπώλεσε ψυχῶν μυριάδας ρι', ξίφεσιν
O 337 αὐτοὺς κατακόψας· ἄλλας δὲ μυριάδας ιε' διαπέπρακεν αἰχμα-
D λώτων νεανίσκων καὶ παίδων ἀῤῥένικῶν καὶ παρθένων κορασίων, καθὼς καὶ Ἰώσηπος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο· Ἑβραῖος γὰρ ὑπῆρχε καὶ παρῆν ἐν τῷ πολέμῳ. καὶ πάσας δὲ τὰς ἐπαρχίας τῆς Ἰουδαίας ἀπώλεσεν ὁ Τίτος. ὁ δὲ σοφὸς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου συνεγράψατο οὕτως, ὅτι ἐν τῇ ἑορτῇ αὐτῶν τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἑορτῇ πάντες ἀπώλοντο, τοῦ σωτῆρος ἐκδεδωκότος αὐτούς. τρεῖς δὲ μετὰ ταύτης πορθήσεις εἰσὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐσέβιος συνεγράψατο.

Ὁ δὲ Τίτος θριαμβεύσας τὴν νίκην ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην· Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς προίδας ἔκτισεν ἐν τῇ Ἀντιο-

3. αὐτοῦ Ch., ἑαυτοῦ Ox. 5. ὁ] ὁ δὲ Ox. 7. Ῥούου] Ῥούφου Ch. *ibid.* αὐτοῦ] αὐτοῦ Ox. 13. Ἰώσηπος] Conf. Bel. Iud. VI. 9. et Mai. ad Euseb. p. 376. 18. τρεῖς — πορθήσεις εἰσί Schurzfleisch. Notit. Bibl. Vinar. p. 56., τρις — πορθηθείσης Ox.

dus. Belli autem Judaici cura Tito filio commissa, ipse Romam profectus est: ubi imperavit annos IX et Menses X. Hujus sub imperio, Christiani persecutionem gravem perpessi sunt, Decio et Rusticio Coss. Anno autem XXXVIII post Christum Salvatorem in Coelos assumptum, Commodo et Rufo Coss. Imperatoris Vespasiani filius Titus, Judaeam, Hierosolymas, totamque adeo Palaestinam occupatam vastavit; urbeque ipso Festi die capta, Judaeorum templum evertit: undecies autem centena millia Judaeorum gladio interfecit; centum vero et quinquaginta millia juniorum utriusque sexus hastae subjecit; Judaeae quoque Praefecturas omnes sustulit: uti testatur sapientissimus Josephus Judaeus, qui et ipse huic bello interfuit. Sed et memoriae prodidit etiam sapiens Eusebius Pamphili, Judaeos omnes, eodem ipso Festo, exitio datos fuisse, quo Christum cruci affixerant; Salvatore nostro illos in manus hostium suorum tradente. Tertia vero haec est Hierosolymarum devastatio; uti idem sapientissimus Eusebius memoriae prodidit.

Titus autem, triumpho de Judaeis celebrato, Romam reversus est. Vespasianus autem, ex praeda Judaica, ante Antiochiae magnae portam,

Digitized by Google

χείᾳ τῇ μεγάλῃ τὰ λεγόμενα Χερουβὶμ πρὸ τῆς πύλης τῆς πόλεως. ἐκεῖ γὰρ ἔπηξε τὰ Χερουβὶμ τὰ χαλκᾶ ἃ εὗρε Τίτος ὁ αὐτοῦ υἱὸς ἐν E τῷ ναῷ Σολομῶντος πεπηγμένα, καὶ ὅτε τὸν ναὸν ἔστρεψεν, ἀφείλατο αὐτὰ ἐκεῖθεν καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ αὐτὰ ἤνεγκε σὺν τοῖς Σεραφίμ, θριαμβεύων τὴν κατὰ Ἰουδαίων γενομένην νίκην ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, [στήσας ἄνω στήλην χαλκῆν] εἰς τιμὴν τῇ σελήνῃ μετὰ τεσ- O 338 σάρων ταύρων προσεχόντων ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ· νυκτὸς γὰρ αὐτὴν παρέλαβε λαμπούσης τῆς σελήνης. ἔκτισε δὲ καὶ τὸ θέατρον Δάφνης V 111 ἐπιγράψας ἐν αὐτῷ, Ἐξ πραίδα Ἰουδαία. ἦν δὲ πρώην ὁ τοῦ αὐτοῦ θεάτρου τόπος συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων· καὶ πρὸς ὕβριν αὐτῶν τὴν συναγωγὴν αὐτῶν λύσας ἐποίησε θέατρον, στήσας ἑαυτῷ ἄγαλμα μαρμάρινον ἐκεῖ, ὅπερ ἕως τῆς νῦν ἵσταται.

Ἔκτισε δὲ καὶ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐκ τῆς αὐτῆς Ἰουδαϊκῆς πραίδας ὁ αὐτὸς Οὐεσπασιανὸς ᾠδεῖον μέγα πάνυ, θεάτρου ἔχον διάστημα μέγα, ὄντος καὶ αὐτοῦ τοῦ τόπου πρώην συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων.

Ἐποίησε δὲ καὶ ἐπαρχίαν Μακεδονίαν δευτέραν, ἀπὸ τῆς πρώ- B της αὐτὴν ἀπομερίσας.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔπαθεν ὑπὸ σεισμηνίας ἡ Κόρινθος, μητρόπολις τῆς Ἑλλάδος, μηνὶ ἰουνίῳ τῷ καὶ δαισίῳ κ', ἑσπέρας βαθείας. καὶ ἐχαρίσατο τοῖς ζήσασι καὶ τῇ πόλει πολλά. ἔκτισε δὲ καὶ εἰς Παννονίαν καὶ εἰς Κομμαγενίαν τὰς ἐπαρχίας

6. εἰς τιμὴν τῇ σελήνῃ] „Supplendum ex Chr. Alex. στήσας ἄνω στήλην χαλκῆν, εἰς τιμὴν τῆς σελήνης.“ Ch. V. Chron. p. 247. C.
15. ἔχοντος] „Forte scr. ἔχον.“ Ch. 20. Δεσίῳ Ox.

fabricam illam, quae *Cherubim* appellatur, erexit. Ibi enim posuit Cherubinos illos aereos, quos una cum Seraphinis, everso Salomonis templo, Titus filius inde avexerat et ad Antiochiam, de Judaeis devictis triumphum ibi acturis deportaverat: sed et columnam etiam aeream Lunae posuit, cum Tauris quatuor Hierosolymam respicientibus: eo quod urbem internoctu cepisset, Luna illucescente. Daphnes etiam Theatrum condidit, cum hac Inscriptione: *Ex praeda Judaea.* Quo vero loco Theatrum condidit, olim stetit Synagoga Judaeorum; qua eversa, Theatrum ibidem per contumeliam excitavit; statua etiam sua eodem loco ex Marmore erecta; quae ad hunc usque diem ibi visitur.

Idem Vespasianus in Caesarea quoque Palaestinae Odeum plane amplum et Theatri instar, ex Judaeorum spoliis, eodem etiam loco, quo Judaeorum antea steterat Synagoga, extruxit.

Macedoniam vero secundam, a prima separans, in Provinciam fecit.

Ejusdem sub Imperio, divinam iram passa est Corinthus, Helladis Metropolis, Desii, sive Junii xx, nocte intempesta: incolis itaque superstitibus, urbique instaurandae, multa largitus est. Multa etiam per Pannoniam et Comagenam Provincias extruxit; Europam etiam a Thracia

Digitized by Google

O 339 πολλά. καὶ τὴν Εὐρώπην δὲ ἀπὸ Θράκης ἐμέρισε, κτίσας Ἡρά-
κλειαν πόλιν τὴν πρώην λεγομένην Πείρινθον· ἥντινα ἐποίησε
μητρόπολιν, δοὺς αὐτῇ ἄρχοντα. ἔκτισε δὲ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ
μεγάλῃ πλησίον τοῦ θεάτρου ἱερόν, ὃ ἐπεκάλεσε τῶν Ἀνέμων.
C Νόσῳ δὲ βληθεὶς καὶ πάρετος γενόμενος ἐτελεύτα, ὢν ἐνιαυ-
τῶν οα'.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐβασίλευσε Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ
O 340 ἔτη β'. ἦν δὲ μακρός, λεπτός, εὔχροος, ἁπλόθριξ, σπανός,
μικρόφθαλμος, κονδόθριξ. καὶ πάθει ἀνιάτῳ βληθεὶς ἀπέ-
θανεν, ὢν ἐνιαυτῶν μβ'.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Τίτου ἐβασίλευσεν ὁ θειότατος Δο-
μετιανὸς ἔτη ιε' καὶ μῆνας β'. ἦν δὲ μακρός, λεπτός, λευκός,
ξανθός, κονδόθριξ, γλαυκός, ὑπόκυρτος, φιλόσοφος ἄκρος.
ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας διωγμὸς χριστιανῶν ἐγένετο· ὅστις
D καὶ τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον ἀνήνεγκεν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ
ἐξήτασεν αὐτόν. καὶ θαυμάσας τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου τὴν σο-
φίαν ἀπέλυσεν αὐτὸν λάθρᾳ ἀπελθεῖν εἰς Ἔφεσον, εἰπὼν αὐτῷ,
Ἄπελθε καὶ ἡσύχασον ὅθεν ἦλθες. καὶ ἐλοιδορήθη· καὶ ἐξώρι-
σεν αὐτὸν εἰς Πάτμον. πολλοὺς δὲ ἄλλους χριστιανοὺς ἐτιμω-
ρήσατο, ὥστε φυγεῖν ἐξ αὐτῶν πλῆθος ἐπὶ τὸν Πόντον, καθὼς
Βώττιος ὁ σοφὸς χρονογράφος συνεγράψατο κατ' αὐτῶν.
O 341 Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Δομετιανὸς ἐφίλει τὸν ὀρχηστὴν τοῦ

5. πάρετος Ch., πάραιτος Ox. 16. ἐξήτασεν Ch., ἐξαίτασεν Ox.

sejungens, ex Perintho antea vocata, Heracleam urbem condidit; Praefectoque ei dato, Metropolim esse voluit. Templum etiam Antiochiae Magnae, quod *Ventorum* appellavit, juxta Theatrum extruxit.

Morbo deinde correptus, membrorum vi jam resoluta, diem suum obiit, annos natus LXXI.

Hunc excepit Titus filius; qui imperavit annos II. Erat vero procerus, gracilis, colore venusto, crine lento, brevique et raro, oculis parvis. Morbo autem insanabili correptus, fatis concessit, annum agens XLII.

Post Titum in Imperio successit divinissimus Domitianus; qui regnavit annos XV et menses II. Erat hic statura procera, gracilis, candidus, crine rufo curtoque, oculis caesiis, subcurvus, summusque Philosophus. Hujus sub imperio, Christianorum erat Persecutio: Imperator autem Romam adduci jussit D. Joannem Theologum; uti examini eum subjiceret: miratus autem Apostoli sapientiam, Ephesum redeundi clam ei copiam fecit, dicendo: Ad locum unde venisti in pace redeas. Ob hoc autem exprobratus, in Patmum eum relegavit. Sed et alios etiam ex Christianis quamplurimos suppliciis affecit: itaque fuga sibi consulentes, in Pontum se receperunt: sicut haec a Bottio sapiente Chronographo literis tradita sunt.

Imperator autem Domitianus summe charum sibi habuit Paridem quen-

Digitized by Google

Πρασίνου μέρους τῆς Ῥώμης τὸν λεγόμενον Πάριδα. περὶ οὗ καὶ ἐλοιδορεῖτο ἀπὸ τῆς συγκλήτου Ῥώμης καὶ Ἰουβεναλίου τοῦ ποιητοῦ τοῦ Ῥωμαίου, ὡς χαίρων εἰς τὸ Πράσινον. ὅστις βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν αὐτὸν Ἰουβενάλιον τὸν ποιητὴν ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τὴν Λιβύην, τὸν δὲ ὀρχηστὴν πλουτίσας ἔπεμψεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐπὶ τὸ ἐκεῖ αὐτὸν οἰκεῖν ἔξω τῆς πόλεως. ὅστις Πάρις ὀρχηστὴς ἐκεῖ ἀπελθὼν ᾤκει ἔξω τῆς αὐτῆς πόλεως, κτίσας ἑαυτῷ οἶκον προάστειον καὶ λουτρόν, ὅπερ ἐστὶν ἕως τῆς νῦν, τὸ λεγόμενον Παράδεισος καὶ ὁ οἶκος· κἀκεῖ τελευτήσας κεῖται ἐν σορῷ ὄπισθεν τοῦ οἴκου ἐν τοῖς κήποις αὐτοῦ. E

Ὁ δὲ αὐτὸς Δομετιανὸς ἔκτισεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ δημόσιον λουτρὸν τὸ λεγόμενον τῆς Μηδείας, διότι ἄγαλμα ἔστησεν ἐν αὐτῷ θαυμαστὸν τῇ Μηδείᾳ· καὶ οὕτως αὐτὸ τὸ δημόσιον λουτρὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται καὶ οὐκέτι τὸ Δομετιανόν· τὸ δὲ αὐτὸ δημόσιον ἦν κεκτισμένον παρὰ τὸ ὄρος πλησίον τοῦ μονομαχίου καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης. ἔκτισε δὲ ἐκεῖ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ. V 112 O 342

Ἦν δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Δομετιανοῦ ὁ σοφώτατος Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς· καὶ ἤκμαζε περιπολεύων καὶ πανταχοῦ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ εἰς τὰς χώρας. ὅστις ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐξελθὼν κατέλαβε τὸ Βυζάντιον· καὶ εἰσελθὼν εἰς Βυζούπολιν, τὴν νῦν λεγομένην εὐτυχῶς Κωνσταντι- B

5. πλουτίσας Suidas v. Ἰουβενάλιος, πλουτήσας Ox. 9. Παράδεισος] Παρίδειον (praestat Πάριδος) ὡς Franckius Quaest. altera de Iuvenalis Vita p. 25. 26. 17. Ἀσκληπίου Ox. 19. ἔκμαζε Ox.

dam, Prasinae Factionis Saltatorem: cumque ob hoc a Senatu, ipsoque etiam Juvenale Poeta probris lacessitus esset, Juvenalem in Pentapolim Libyae relegavit; Saltatorem vero muneribus onustum, Antiochiam magnam adire, ibique extra urbem habitare jussit. Paris itaque Saltator Antiochiam profectus est, extraque urbem extructis sibi suburbicanis aedibus Balneoque, ibi habitavit. Aedes autem hae usque adhuc visuntur: *Paradisus* et *Domus*, vocatae. Ibi etiam in hortis, aedes illas a tergo respicientibus, mortuus Paris tumulo jacet conditus.

Idem Domitianus Antiochiae magnae publicum extruxit Balneum, *Medeae*, dictum: eo quod stupendum ibi Medeae simulachrum in medio collocasset. Hujus itaque a nomine Antiochenses, non autem *Domitianum* appellitarunt. Balneum autem hoc juxta Monomachium, Venerisque templum positum est. Extruxit etiam Imperator idem Antiochiae templum Aesculapio.

Domitiani sub Imperio floruit sapientissimus ille Apollonius Tyanensis; qui peragratis omnibus fere regionibus atque urbibus, Telesmata ubique fecit. Hic Roma relicta, Byzantium pervenit: et ingressus illam olim Byzi urbem, nunc vero majori sua Fortuna, Constantinopolim, Ci-

Digitized by Google

νούπολιν, ἐποίησε καὶ ἐκεῖ πολλὰ τελέσματα παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων, τὸ τῶν πελαργῶν καὶ τὸ τοῦ Λύκου ποταμοῦ τοῦ κατὰ μέσου τῆς πόλεως παρερχομένου καὶ τὸ τῆς χελώνης καὶ τὸ τῶν ἵππων καὶ ἄλλα τινὰ θαυμαστά· καὶ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ἐξελθὼν ἐποίει εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ὁ αὐτὸς Ἀπολ-
O 343 λώνιος τελέσματα. καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὴν Συρίαν ἀπὸ Τυάνων, καὶ εἰσῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ· καὶ ᾔτησαν αὐτὸν οἱ Ἀντιοχεῖς κτήτορες ποιῆσαι κἀκεῖ τελέσματα περὶ ὧν ἐδέοντο. καὶ ἐποίησεν εἰς τὸν βορρᾶν ἄνεμον, θήσας τὸ αὐτὸ τέλεσμα κατὰ τὴν ἀνατολικὴν πόρταν. ὁμοίως δὲ ἐποίησε τέλεσμα ἐν αὐτῇ
C τῇ πόλει καὶ διὰ τοὺς σκορπίους, πρὸς τὸ μὴ τολμᾶν αὐτοὺς πλησιάζειν τῇ χώρᾳ· καὶ ἔθηκε τὸ αὐτὸ τέλεσμα ἐν μέσῳ τῆς πόλεως, ποιήσας χαλκοῦν σκορπίον καὶ χώσας αὐτόν, πήξας ἐπάνω κίονα μικρόν. καὶ ἐγένοντο ἀφανεῖς οἱ σκορπίοι ἐκ τῆς ἐνορίας Ἀντιοχείας πάσης. ἐποίησε δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἐκεῖ. ᾔτησαν δὲ
αὐτὸν οἱ πολῖται ἵνα ποιήσῃ τέλεσμα πρὸς τοὺς κώνωπας, εἰς τὸ μὴ ἔχειν κώνωπας τὴν αὐτὴν πόλιν Ἀντιόχειαν. καὶ ἐποίησε, κελεύσας αὐτοῖς ἵνα τῇ ἑβδόμῃ τοῦ δαισίου τοῦ καὶ ἰουνίου μηνὸς ἐπιτελῆται ἐν αὐτῇ Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας τὸ ἱππικὸν τὸ ἀπὸ Γράστης τοῦ αὐτοῦ δαισίου μηνός· ἀλλὰ τῇ νεομηνίᾳ τοῦ δαισίου
D μηνὸς θήσας τὸ τέλεσμα, τῇ ἑβδόμῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἐπιτρέψας ἵνα πάντες ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἱπποδρομίου τῆς Γράστης βαστάζουσιν ἐπάνω καλάμιον ὁλόσφυρον στηθάριν μολιβοῦν, ἔχον-

2. πελάργων Ox. 3. κατὰ μέσου] κατὰ μέσον Chron. Pasch. p. 250. B. Conf. supra p. 84. E. infra 122. B. ibid. τὸ Ch., Chron., τοῦ Ox. 9. Βορρᾶν Ox. 18. 20. Δεσίου Ox.

vium rogatu, Telesmata ibi plurima confecit; nempe adversus Ciconias et Lycum fluvium, qui urbem secat mediam, Testudines item et equos [ferocientes:] alia etiam mirabilia operatus est. Byzantio deinde discedens, aliis etiam in urbibus Telesmata confecit. Tyana vero Syriam profectus, Antiochiam Magnam pervenit, ubi a Primoribus urbis rogatus est, uti illic etiam Telesmata contra quaedam urbis incommoda conficeret. Unum itaque adversus Ventum Aquilonarem paravit; quod ad portam urbis Orientalem collocavit. Telesma etiam aliud eadem urbe adversus Scorpios effecit, ad eosdem a regione illa propellendos. Fuso enim Scorpio aereo, et urbe media sub terra recondito, columnam ei parvam superimposuit; quo facto evanuerunt Scorpii, nec urbem partesve vicinas ultra infestarunt. Plurima item alia ibidem confecit. Rogatus vero a civibus Antiochenis; uti Telesma adversus Culices, urbem suam infestantes, conficeret; votis eorum annuit. Telesmate itaque, ipso Novilunii die mensis Junii confecto; uti mensis ejusdem die septimo, Equestre Certamen, Grastense dictum, menseque Junio agitari solitum, celebraretur ad hunc modum. Dicto Solennitatis Grastensis die, mandavit,

Digitized by Google

τα λεμὶν τοῦ Ἄρεως, καὶ ὑποκάτω τοῦ καλάμου σκουτάριον κρε- O 344
μάμενον ἀπὸ δέρματος ῥουσίου ἐντεῦθεν, κἀκεῖθεν δὲ παραμῆ-
ρὶν ἀπὸ καλαμίου κρεμάμενον ὡσαύτως, λινῷ ῥάμματι δεδεμένα,
εἰρηκὼς αὐτοῖς κράζειν εἰσελαύνοντας καὶ λέγειν, Ἀκώνωπα τῇ
πόλει, καὶ μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸ ἱπποδρόμιον ἕκαστον ἀποτίθε-
σθαι αὐτὸ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. καὶ οὐκέτι ἐφάνη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ
μεγάλῃ κώνωψ.

Ἐν τῷ δὲ περιέρχεσθαι τὸν αὐτὸν Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα
καὶ ἱστορεῖν τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν μετὰ τῶν κτητόρων τῆς πό-
λεως τοποθεσίαν, εἶδεν ἐν μέσῳ τῆς αὐτῆς πόλεως κίονα ἑστῶτα E
πορφυροῦν καὶ μὴ ἔχοντα ἐπάνω τί ποτε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν
κίονα ὑπὸ τυφωνικοῦ πυρὸς φλογισθέντα. καὶ ἐπερωτήσας περὶ
αὐτοῦ, τί ἐστι τοῦτο, ἔμαθε παρ' αὐτῶν ὅτι μετὰ τὸ πάθος τῆς
πόλεως τὸ ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος Δεββόριός τις φιλόσοφος τελε-
στὴς ἐποίησε τὸ τέλεσμα τοῦτο ὥστε δονουμένην τὴν πόλιν ὑπὸ
σεισμοῦ μὴ πίπτειν, στήσας τὸν κίονα καὶ ὑπεράνω αὐτοῦ στη-
θάριν μαρμάρινον, καὶ ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ ἔγραφεν, Ἄσειστα, V 113
ἄπτωτα. καὶ τυφωνικοῦ πυρὸς ὑπὸ τῆς ἀστραπῆς γενομένου, O 345
καυθὲν τὸ ἐπάνω τοῦ κίονος στηθάριν ἔπεσε, καὶ δεδοίκαμεν
μὴ πάλιν πάθῃ ἡ πόλις ἡμῶν. ἀλλὰ παρακλήθητι καὶ ποίησον
σὺ αὐτὸς τέλεσμα, ἵνα μὴ πάθῃ ἔτι ταρασσομένη ἡ πόλις. ὁ δὲ

1. κρεμάμενον Ch., κρεμμώμενον Ox. 3. κρεμάμενον Ch., κρεμμάμενον Ox. ibid. δεδεμένα Ch., δεδεμμένα Ox. 9. τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν post περιέρχεσθαι ponenda sunt.

ut unusquisque civium plumbeam imagunculam solidam, Martis vultus referentem, calamo affixam gestaret; hinc vero scutum a calamo demissum, pelli russeae alligatum; illinc gladiolum, filo lineo similiter annexum haberet: ad hunc autem modum instructi omnes, inter equitandum inclamarent; *Vacet urbs Culicibus:* Peracta vero Celebritate, domi apud se imagunculam reponeret unusquisque. Hoc factum est; nec deinceps Antiochiae culex apparuit unquam.

Apollonius autem Tyanensis, dum primoribus comitatus, Antiochiam urbem perlustraret, ejus situm observaturus, in columnam incidit porphyreticam, urbis in medio positam; vidensque nihil ei impositum esse, sed et ipsam quoque columnam typhonicis ignibus tactam fuisse; Quid hoc sibi vellet, ab eis interrogavit. „Responderunt illi; Debborium quendam, Philosophum et telestam, post urbem Caii Caesaris sub imperio terrae motibus concussam, Columnam eam ibi statuisse, simulachro marmoreo ei superimposito; cujus pectori haec inscripsit; *Immota, Inconcussa.* Hoc autem fecit, urbis in tutelam; ne terraemotibus agitata corrueret. Caeterum Typhonicis deinde ignibus ex fulgure accidentibus, simulachrum columnae impositum, ignibus correptum, in terram corruit: nos vero de urbe nostra metuimus, ne eadem rursus passura sit. Te itaque exoratum habeamus, uti parato Telesmate, urbem in posterum inconcus-

Digitized by Google

Ἀπολλώνιος στενάξας ἀνεβάλετο τοῦ ποιῆσαι ἄλλο τέλεσμα περὶ σεισμῶν. καὶ ἐωρακότες αὐτὸν στενάξαντα, ἐπέμειναν παρακαλοῦντες αὐτόν· καὶ λαβὼν δίπτυχον ἔγραψε ταῦτα. Καὶ σύ, τάλαινα Ἀντιόχεια, δὶς πάθοις· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐλεύσεται καιρός, ὅτε δὴ ἐπὶ πήμασι κεῖσε σεισμοῖς· δὶς δ' αὖθ' πυρὶ καύσαι ὅ παρ' αἰγιαλοῖς Ἀρέντησι· εἰ μὴ πάλιν πάθοις. καὶ ἐπιδέδωκε τὸ δίπτυχον τοῖς αὐτοῖς Ἀντιοχεῦσι κτήτορσι. καὶ ἐξορμήσας ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀντιόχου πόλεως κατῆλθεν εἰς Σελεύκειαν τῆς Συρίας· καὶ ἀπέπλευσεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον. ἔζησε δὲ ὁ αὐτὸς Ἀπολλώνιος ἔτη τριάκοντα καὶ τέσσαρα καὶ μῆνας ὀκτώ, καθὼς Δομνῖνος ὁ σοφώτατος χρονογράφος συνεγράψατο ταῦτα.

Ὁ δὲ αὐτὸς θειότατος Δομετιανὸς βασιλεὺς ἔκτισεν εἰς τὴν Ἰσαυρίαν πόλιν, ἥντινα ἐκάλεσε Δομετιανούπολιν. ἐφόνευσε δὲ ἀγανακτήσας ὁ αὐτὸς Δομετιανὸς τὸν περιβόητον Ἀσκληπίονα, εἰπόντα αὐτῷ ὅτι Σφαζόμενος τελευτᾷς· καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν κατασκευασθεὶς ὑπὸ τῆς συγκλήτου ὁ αὐτὸς Δομετιανός, ὡς εἰσ-

3. *Καὶ σὺ — πάλιν πάθοις*] *Οὐαί σοι, τάλαινα πόλις, ὅτι σεισμοῖσι πολλοῖς καὶ πυρσοῖς κατενεχθήσῃ, κλαύσεται δέ σε καὶ ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ὀρόντης* Cedrenus p. 246. B. Unde qui apud Malalam reponat *οὐαί σοι*, idem facere debebit vol. II. p. 61. B. *καὶ σύ, τάλαινα πόλις, Ἀντιόχου οὐ κληθήσῃ.* Quae in *Ἀρέντησι* latet formam *Ὀρέντης* notavimus etiam supra p. 103. E, estque eadem in glossa antiquissimi codicis Parisini 1397. Strabonis l. VI. ed. Falcon. vol. I. p. 390. *Διόδωρος ὁ ἱστορικὸς τετράπολίν φησι Συρακούσας ἐν οἷς ἀφομοιοῖ Ἀντιόχεια αὐτὴν* (l. *Ἀντιόχειαν τὴν*) *πρὸς τῷ Ὀρέντῃ ταῖς Συρακούσαις.* Conf. Ducang. ad Chron. Pasch. p. 40. A, cuius verba apposuit Hodius ad Malalae p. 38. 3. ed. Bonn. 5. *κεῖσε*] *κείσῃ* Ch. 14. *Ἀσκληπίονα*] „Ita etiam Chr. Alex. Auctor, qui narrationculam sequentem etiam, de Domitiani Imp. caede, ex nostro descripsit: nisi quod noster, *Ἀσκληπίονα*, ille *Ἀσκλήπιον* dicit; uterque vitiose. Reponendum *Ἀσκληταρίονα*, ex Suetonio, in Domit. Tit. 15.“ Ch.

sam nobis praestare digneris.“ Apollonius autem ingemiscens, de Telesmate adversus terraemotus conficiendo responsum haesitabundus suspendit. Videntes autem eum suspiria trahentem, instabant etiam atque etiam rogantes. Is itaque, acceptis tabulis, ista inscripsit. *At Tu, misera Antiochia, bis infelix futura! iterumque veniet tempus, quo gravia a terrae tremoribus passura es. Bis etiam, si modo bis tantum, ad Orontis ripas conflagrabis.* Tabulas deinde hasce primoribus eisdem Antiochensibus tradidit. Antiochiâ vero discedens, Seleuciam profectus est: atque inde in Aegyptum navigavit. Vixit autem Apollonius annos XXXIV, mensesque VIII, sicuti haec sapientissimus Chronographus Domninus literis tradidit.

Idem divinissimus Domitianus Imperator urbem in Isauria condidit, quam Domitianopolim nominavit. Idem etiam celeberrimum illum Asclepionem neci dedit, eo quod praedixerat, eum gladio esse periturum. Caeterum Domitianus, paulo post temporis Jovis templum, sacrificandi

Digitized by Google

ἦλθεν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς θυσιάσαι, καὶ ἀφανὴς γενόμενος, τελευτᾷ, ἐτῶν μέ, εἰπόντων πάντων ὅτι ἐπήρθη ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν ἀέρα, ὡς φιλόσοφος. ἐφονεύθη δὲ σφαγεὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ὑπὸ τῆς συγκλήτου, ὡς ὑπερήφανος καὶ ἐνυβρίζων αὐτούς. οἵτινες συγκλητικοὶ ἐποίησαν ἣν ἐφόρει χλαμύδα πορφυρᾶν κρεμασθῆναι εἰς μίαν ἄλυσιν τῶν ὄντων ἐν τῷ ἱερῷ κανδήλων· καὶ πάντες οἱ εἰσιόντες εἰς τὸ ἱερὸν ἠπατοῦντο, νομίζοντες ὅτι ἐπήρθη εἰς τὸν ἀέρα. ἐγνώσθη δὲ μετὰ ταῦτα ὅτι ἐσφάγη· καὶ ἐγένετο ταραχὴ μεγάλη, διότι εἰς τὸ ἱερὸν ἐσφάγη. O 347

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Δομετιανοῦ ἐβασίλευσε Νερβᾶς Λύγουστος ἔτος α' καὶ μῆνα α'. ἦν δὲ διμοιριαῖος, γέρων, εὐόφθαλμος, μακρόρινος, εὔσωμος, μιξοπόλιος, μελάγχροος, οὐλος, δασυπώγων, ἀγαθός. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας τὸ τρίτον αὐτῆς πάθος Διοκαισάρεια, πόλις τῆς Κιλικίας, καὶ Νικούπολις καὶ ἡ χώρα αὐτῆς. καὶ εὐθέως ἔπεμψέ τινα ἐκεῖ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς συγκλητικὸν Ῥωμαῖον ὀνόματι Ζάρβον εἰς τὸ κτίσαι αὐτήν, παρασχὼν αὐτῷ ὀκτὼ κεντηνάρια. καὶ καταλαβὼν τὴν Κιλικίαν ὁ αὐτὸς Ζάρβος ὁ συγκλητικός, καὶ ἑωρακὼς τὰ πεπτωκότα, πολλὴν σπουδὴν θέμενος ἀνενέωσε τὴν πόλιν, βελτίω αὐτὴν ποιήσας. ὅθεν καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα ἐκλήθη ἡ πόλις, τῶν πολιτῶν εὐχαριστούντων αὐτῷ. ὁ γὰρ συγκλητικὸς εἰς ὄνομα τοῦ βασιλέως Νερβᾶ ἐκάλεσεν αὐτὴν πόλιν Νερβάν. D O 348 E

1. καὶ om. Chron. p. 250. D. 5. πορφύραν Ox. 12. οὐλός Ox. 15. Νικούπολις] Immo Νικόπολις, ut p. 127. C. 18. Σάρβος Ox.

causa, ingressus, insidiis in eum a senatu structis, e medio sublatus est, cum annum ageret XLV; rumore tamen in populum sparso, raptum eum in coelum fuisse, tanquam Philosophum. Verum ille in Jovis aede, a senatu occisus est; ut qui fastuosissimam in eos tyrannidem exercuisset. Jussit autem senatus Chlamydem quam gestabat purpuream in Templo suspendi, ab una catenarum, a quibus Candelae appendebantur. Quicunque itaque templum ingressi, decepti sunt, existimantes eum Coelos sublatum. Ubi vero innotuit tandem occisum fuisse, ingens in urbe erat tumultus; nempe quod in Templo interfectus esset.

Domitianum in imperio excepit Nerva Augustus, qui regnavit annum I et mensem I. Erat hic statura justam excedente, senex, oculis pulchris, nasutus, corpore bene composito, subcanus, cute nigra, crispus, barba hirsuta, moribus probis. Hujus sub imperio divinam iram passa est vice tertia Diocaesarea, Ciliciae urbs; Nicopolis etiam, regioque circumvicina. Itaque eo misit Imperator virum senatorium, nomine Zarbum; traditis ei, in urbis instaurationem, VIII centenariis. Zarbus itaque in Ciliciam veniens, ubi urbis ruinas inspexisset, summa qua potuit cura, eam instauravit et in melius refecit. Itaque etiam cives, gratias ei rependentes ab ejus nomine urbem appellari voluerunt. Senator enim eam antea ab Imperatoris nomine, Nervam denominaverat.

Digitized by Google

συνέβη δὲ τελευτῆσαι τὸν βασιλέα πρὸ τοῦ πληρωθῆναι αὐτήν· καὶ μετεκάλεσαν αὐτὴν Ἀνάζαρβον, ἐπιτρέψαντες τοῖς συμβολαιογράφοις οὕτως αὐτὴν χρηματίζειν. ἐλέγετο γὰρ ἐξ ἀρχῆς
V 114 ἡ αὐτὴ πόλις Κυΐνδα· καὶ ἔπαθε πρῶτον πάθος ἐπὶ τῶν ὑπάτων Ῥώμης, καὶ ἀνενεώθη καὶ μετεκλήθη Κίσκος πόλις. καὶ πάλιν ἔπαθεν ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Ἰουλίου τὸ β' αὐτῆς πάθος· καὶ ἀνενεώθη καὶ μετεκλήθη Διοκαισάρεια· καὶ παθοῦσα ὡς προείρηται ἐπὶ Νερβᾶ βασιλέως μετωνομάσθη Ἀνάζαρβος. ποιήσας δὲ θυσίαν κόρην ὁ Ζάρβος ὀνόματι Κηπάραν χωρικήν, ἐποίησεν αὐτῇ στήλην χαλκῆν εἰς τύχην τῆς πόλεως. ἐμήνυσε δὲ τῷ αὐτῷ βασιλεῖ ὁ Ζάρβος περὶ τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς σωθεῖσι πολίταις ἐχαρίσατο, ὡς φιλότιμος, πολλὰ ὁ αὐτὸς βασιλεύς. ὅστις Νερ-
O 349 βᾶς ἀνεκαλέσατο τὸν ἀπόστολον τὸν ἅγιον Ἰωάννην· καὶ ἦλθεν ἐν Ἐφέσῳ πάλιν ἀπὸ Πάτμων.

B Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀνεφάνη Μάνης δογματίζων καὶ διδάσκων ὀχλαγωγῶν. ὡσαύτως δὲ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐκωλύθησαν οἱ μονομάχοι καὶ αἱ θέαι αὐτῶν· καὶ ἐπενοήθη ἀντ' αὐτῶν τῶν κυνηγίων ἡ θέα.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς νοσήσας καὶ φθαρεὶς τελευτᾷ, ὢν ἐνιαυτῶν οα'.

2. μετεκάλεσαν Ch., μετεκάλεσεν Ox. 4. Κυΐνδα] Σκῦντα Ox. Conf. Suidas v. Ἀνάζαρβος. 11. σωσθεῖσι] σωθεῖσι Ch. Sed ita Ox. 14. Πάτμων] Πάτμου Chron. Pasch. p. 251. B, ut ipse p. 111. D. 17. ἐπενοήθη] ὑπενοήθη Chron., ἐπενοήθησαν Ox.

Caeterum Imperatore e vivis excedente, priusquam absoluta esset urbs; mutato nomine, Anazarbum, vocarunt; Tabulariis etiam cura commissa, in Acta Publica eam sub eodem nomine referendi. Primitus enim urbs haec, Scynta, vocata est: de coelo autem tacta primum sub Consulibus Romanis, de integro instaurata est et Ciscus vocata. Rursus etiam Julio Caes. Imperante, terrae motibus eversa, nova iterum facta est et Diocaesarea nominata. Sub Nerva vero Imperatore denuo passa, uti dictum est, Anazarbus appellata est. Zarbus autem, parata in victimam virgine indigena, nomine Cepara, statuam ei aeneam erexit, urbis in Fortunam. Imperator autem, per Zarbi literas, de incolarum calamitatibus certior factus, plurima eis, qui a ruinis erant superstites, honorifice suppeditavit. Idem Nerva D. Joannem Apostolum ab exilio revocavit: qui ex Patmo Ephesum rediens, ibidem degebat.

Hujus sub Imperio Manes coepit dogmata sua spargere; populumque ad se allectare. Hoc etiam imperante, Ludi Gladiatorii populo interdicti sunt: in quorum locum substituta sunt spectacula Cynegetica.

Nerva vero Imperator in morbum incidens, naturae debitum exolvit, annos natus LXXI.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'. O 350

ΧΡΟΝΩΝ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΑΙ ΠΑΘΟΥΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ ΤΡΙΤΟΥ.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Νερβᾶ ἐβασίλευσεν ὁ θειότατος Τραϊα- C
νὸς ἔτη ιθ' καὶ μῆνας ἕξ. ἦν δὲ μακρός, ξηρὸς τῷ σώματι,
μελάγχροος, λεπτοχαράκτηρος, κονδόθριξ, πολιός, βαθεῖς ἔχων
ὀφθαλμούς. ἕως δὲ τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦν
φαινόμενος καὶ διδάσκων ἐν Ἐφέσῳ, ἐπίσκοπος καὶ πατριάρχης
ὤν, ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος καὶ θεολόγος· καὶ ἀφανῆ ἑαυ- O 351
τὸν ποιήσας οὐκέτι ὤφθη τινὶ καὶ οὐδεὶς ἔγνω τί ἐγένετο ἕως τῆς
νῦν, καθὼς Ἀφρικανὸς καὶ Εἰρηναῖος οἱ σοφώτατοι συνεγράψαντο.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Τραϊανοῦ διωγμὸς μέγας
τῶν χριστιανῶν ἐγένετο καὶ πολλοὶ ἐτιμωρήθησαν. ἐν ᾧ χρόνῳ D

11. ἐτιμωρήθησαν Ch., ἐτιμορήθησαν Ox.

LIBER XI.

DE TEMPORIBUS TRAIANI IMPERATORIS ET ANTIOCHENSI PASSIONE TERTIA.

Nervae in Imperio successit divinissimus Trajanus: imperavit hic annos XIX et menses VI. Erat autem procerus, corpore tenui, colore nigro, facie parva, capillitio curto canoque, oculos habens subsidentes. Ad secundum vero usque Trajani Imperatoris annum, palam exhibebat se Ecclesiae Ephesinae doctorem, ubi Episcopus fuit et Patriarcha, D. Joannes, Apostolus et Theologus. Postea vero subtrahens sese, disparuit: neque adhuc constat, quid de eo factum est: sicuti scriptis tradiderunt Africanus et Irenaeus, sapientissimi Chronographi.

Eodem imperante Trajano, Christianorum gravis Persecutio facta est et plurimi supplicio affecti sunt. Circa idem tempus contra Romanos ar-

Digitized by Google

ἐπιστρατεύσας ἀνῆλθε πολεμῶν μετὰ δυνάμεως πολλῆς κατὰ Ῥωμανίας ἐκ γένους Πάρθων βασιλεὺς Περσῶν, ὁ ἀδελφὸς Ὀσδρόου, βασιλέως Ἀρμενίων. καὶ παρέλαβε πόλεις καὶ ἐπραίδευσε χώρας πολλάς, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν Σανατρούκιον. καὶ ὡς πραιδεύει ὁ Μεερδότης βασιλεὺς τὴν Εὐφρατησίαν χώραν, ἐλαύνων κατηνέχθη ἀπὸ τοῦ ἵππου καὶ ἐκλάσθη κακῶς καὶ ἐτελεύ-
V 115 τησεν ἰδίῳ θανάτῳ. ἐν τῷ δὲ μέλλειν αὐτὸν τελευτᾶν ἐποίησε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Σανατρούκιον ἀρσάκην, ὅ ἐστι βασιλέα, ἀντ'
O 352 αὐτοῦ· περσιστὶ δὲ τορκὶμ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται. καὶ ἐπέμεινεν ὁ αὐτὸς Σανατρούκιος βασιλεὺς Περσῶν λυμαινόμενος τὴν Ῥωμανίαν. ὁ δὲ Ὀσδρόης, βασιλεὺς Ἀρμενίων, ὁ τοῦ Μεερδότου ἀδελφός, ἀκούσας τὸν αὐτοῦ θάνατον, ἔπεμψε καὶ αὐτὸς εὐθέως τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀρμενίας μετὰ πολλοῦ στρατοῦ τὸν Παρθεμασπάτην πρὸς βοήθειαν τοῦ ἑαυτοῦ ἐξαδέλφου Σανατρουκίου, βασιλέως Περσῶν, κατὰ Ῥωμαίων. καὶ ταῦτα ἀκούσας ὁ θειότατος Τραϊανὸς βασιλεύς, εὐθέως ἐπεστράτευσε τῷ ιβ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐξελθὼν κατ' αὐτῶν μηνὶ ὀκτωβρίῳ τῷ
B καὶ ὑπερβερεταίῳ ἀπὸ Ῥώμης· καὶ φθασάντων πρῶτον κατέπλευσεν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν, ὁρμήσας μετὰ δυνάμεως πολλῆς στρατοῦ καὶ συγκλητικῶν· ἐν οἷς ἦν καὶ Ἁδριανὸς ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ ἐπὶ ἀδελφῇ. καὶ κατέφθασεν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας μηνὶ ἀπελλαίῳ τῷ καὶ δεκεμβρίῳ εἰς δρόμωνα ἀπὸ τοῦ λεγομένου Βυ-
O 353 τυλλίου ὁρμητηρίου, ὄντος αὐτοφυοῦς λιμένος πλησίον Σελευ-

1. πολεμῶν Ch., πόλεμον Ox. 2. Παρθῶν Ox. Malim Μεερδότης addi. 5. Εὐφρατ. Ox. Correxit Ch. 14. Παραθεμασπάτην] Παρθεμασπάτην infra p. 116. C, quod reposui. 21. ἀδελφῇ] ἀδελφιδῇ Ch. 22. Ἀπελλαίῳ Ch., Ἀπριλλέῳ Ox. ibid. δρόμωνα Ch., δρόμον Ox.

ma movebat Persarum rex Meerdotes, genere Parthus, Osdrois, Armeniorum regis, frater: qui maximis instructus copiis, filium quoque Sanatrucium secum habens plurimas tum urbes, tum regiones captas, spoliavit. Dumque regionem Euphratesiam depraedatur, cursum praecipitans ex equo dejicitur; casuque graviter confractus, diem suum obiit. Moriturus autem, Sanatrucium filium, *Arsacem*, id est, Regem, sui in locum substituit; Persice autem, *Torcim*, regem sonat. Sanatrucius autem, Persarum rex factus, bellum Romanum persequitur: interim Osdroes, rex Armeniae, audita Meerdotis fratris morte, filium suum Parathemasphatem, patruelis sui Sanatrucii, Persarum regis in auxilium, magno exercitu instructum, contra Romanos protinus emisit. Imperator autem divinissimus Trajanus de his certior factus, sine mora bellum parat; et ingenti instructus exercitu, Senatoribus etiam stipatus, inter quos quoque erat Adrianus, neptis maritus, anno imperii sui XII, mense Hyperberetaeo, sive Octobri, cum suis Roma solvit, Persas bello aggressurus. Ad partes vero Orientales appulsus, mense Appellaeo, sive Decembri, ad Seleuciam Syriae, a stativis Bytyllii dictis, (qui portus est nativus prope Seleuciam,) ipse, ce-

Digitized by Google

κείας τῆς Συρίας. οἱ δὲ Πέρσαι ἦσαν παραλαβόντες Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, δίχα μέντοι πολέμου κατὰ σύνταξιν φιλικὴν καὶ πάκτα ἐκάθηντο ἐν αὐτῇ κρατοῦντες αὐτὴν καὶ φυλάττοντες τῷ βασιλεῖ Περσῶν Σανατρουκίῳ, τῶν Ἀντιοχέων ἀξιωματικῶν κατὰ ἰδίαν προαίρεσιν πάκτα εἰρήνης καὶ ὑποταγῆς στησάντων διὰ πρεσβείας αὐτῶν πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν. ὁ δὲ αὐτὸς βασι- C
λεὺς Περσῶν πεισθεὶς ἔπεμψε δύο βαρζαμαράτας, ὧντινων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα, Φούρτων καὶ Γάργαρις, μετὰ βοηθείας πολλῆς Περσικῆς, χιλιάδων γ'. ὁ δὲ βασιλεὺς Τραϊανὸς ἢ μόνον κατέφθασε τῷ δρόμωνι τὴν Σελευκέων πόλιν τῆς Συρίας, ἔγραψε λάθρᾳ τοῖς Ἀντιοχεῦσιν ἀξιωματικοῖς καὶ τοῖς πολίταις πᾶσι, σημαίνων τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν καὶ ταῦτα, ὅτι Ἐγνώκαμεν τὴν ὑμετέραν πόλιν ἔχειν ἴδιον πλῆθος ἀνδρῶν πολὺ δίχα τῶν ἱδρυμένων αὐτόθι στρατιωτικῶν ἀριθμῶν. οἱ δὲ πολέμιοι Πέρσαι οἱ ἐν ὑμετέρᾳ πόλει ὄντες ὀλίγοι ὑπάρχουσι πρὸς τὸ ὑμέτερον πλῆθος. ἀναιρεῖ οὖν ἕκαστος οὓς ἔχει Πέρσας εἰς ἴδιον αὐτοῦ οἶκον, O 354
θαῤῥῶν εἰς τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, διότι ἐληλύθαμεν ἐκδικοῦν- D
τες τὰ Ῥωμαίων.

Καὶ ταῦτα γνόντες οἱ αὐτοὶ Ἀντιοχεῖς νυκτὸς ὥρμησαν κατὰ τῶν ὄντων ἐν τῇ αὐτῶν πόλει Περσῶν, καὶ ἀγρυπνήσαντες ἀνεῖλον πάντας. καὶ συλλαβόμενοι τοὺς δύο στρατηγοὺς Περσῶν τοὺς λεγομένους βαρσαμανάτας καὶ φονεύσαντες καὶ αὐτοὺς ἔσυραν καὶ τὰ λείψανα αὐτῶν κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν Φουρτούνου καὶ

7. βαρζαμαράτας] „βαρσαμανάτας infra vocat Duces hos Persicos.“ Ch.

loci vectus, maturavit iter suum. Persae autem Antiochiam magnam tum occupantes, eam Regi suo asseruerunt, domini ejus facti, non armis, sed mutuo et amico foedere intercedente. Primores enim Antiochiae, sponte sua Sanatrucio Persarum regi sese dedentes, per legatos, pacis conditiones postulaverant. Quibus Rex Persarum annuens, misit eo Barsamanatas duos, Phurtunum et Gargarim, tribus millibus militum Persicorum instructos. Trajanus autem Imperator, quamprimum celocis ope Seleuciam Syriae appulisset, nuncium Antiochiam clam expedivit, qui Primoribus civibusque omnibus adventum ejus notum faceret: quibus etiam et ista scripsit. „Novimus vos praeter milites vestros Stationarios, ex civibus etiam frequentem numerare populum, quorum prae multitudine, Persae isti, civitatem vestram tenentes, pauci existimandi sunt. Quisque igitur vestrum, nostra fretus praesentia, quos apud se Persas habet e medio tollat. Advenimus enim Romanis injurias illatas ulturi.“

Antiochenses igitur, super hoc admoniti, per silentium noctis Persas omnes, insomnes ipsi, exciderunt. Persarum autem Duces illos duos, Barsamanatas dictos, Phurtunum et Gargarim, comprehensos interfecerunt: et ea-

Digitized by Google

Γάργαρι, φωνὴν κράζοντες περὶ αὐτῶν ταύτην. Εἰς τὴν νίκην Τραϊανοῦ τοῦ δεσπότου ἴδε σύρονται Φουρτοῦνος καὶ Γάργαρις· ἄγε ἄγε, Γάργαρι, Φουρτοῦνε. οἱ δὲ δυνηθέντες Πέρσαι ἐξειλῆσαι ἐν τῷ σύρεσθαι ἐκείνους ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐξερχόμενοι καὶ
E φεύγοντες, ἔβαλον πῦρ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ἔκαυσαν μέρος μικρὸν τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν λεγομένην Σκεπινὴν γειτονίαν. ὁ δὲ βασιλεὺς Τραϊανὸς ἀκούσας ταῦτα ἐπῆνεσε τὸ ἀνδρεῖον τῶν Ἀντιοχέων πολιτῶν· καὶ τῶν δὲ πλοίων τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ καταφθασάντων ἀπὸ Σελευκείας, ἀνῆλθον ἐπὶ τὴν ἱερὰν Δάφνην εὔξασθαι καὶ θυσιάσαι εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. καὶ ἐδήλωσε τοῖς Ἀντιοχεῦ-
σιν ἀπὸ Δάφνης κελεύσας ἐπαρθῆναι ἀπὸ τῆς πόλεως τὰ λείψανα
V 116 τῶν φονευθέντων Περσῶν καὶ ἀπὸ διαστήματος τῆς αὐτῆς πόλεως ἐκβληθέντα καυθῆναι, ἁγισθῆναι δὲ καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν
O 355 καὶ γενέσθαι πυρὰς κατὰ τόπον καὶ πυλῶνα τῆς αὐτῆς πόλεως δαφνίνων δένδρων, καὶ βάλλεσθαι ἐν τῷ πυρὶ τῶν φυλλοδαφνῶν λίβανον πολὺ καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ταυρέας ἐκτυπεῖν πρὸς τὸ ἀποδιωχθῆναι τὰ πνεύματα τὰ ἄδικα τῶν σφαγέντων Περσῶν· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ κατῆλθεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Τραϊανὸς ἀπὸ Δάφνης καὶ εἰσῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διὰ τῆς χρυσέας τῆς λεγομένης, τοῦτ' ἐστι τῆς Δωφνητικῆς, φορῶν ἐν τῇ αὐ-
O 356 τοῦ κεφαλῇ στέφανον ἀπὸ ἐλαιοκλάδων, μηνὶ αὐδηναίῳ τῷ καὶ Ἰανουαρίῳ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ε', ἄρᾳ ἡμερινῇ δ'. τὰς δὲ ταυρέας

1. 3. *Γάργαρη*] Aut *Γάργαρι* scribendum aut *Γαργάρη*, cui similia *Σαπώρη* p. 127. A, *Κουζτίνη* vol. II. p. 42. D. 16. *ἐκτυπεῖν*] Vid. Steph. Thes. p. 9722. C ed. Lond. 21. *Αὐδυνέῳ* Ox.

davera eorum per totam urbem raptantes, exclamarunt: *Ecce, Domini Trajani in victoriam, Phurtunum et Gargarim tractos! age, age Phurtune et Gargari.* Interim vero, dum hi a populo distrahebantur, qui ex Persis evadere potuerunt, stragi sese eripientes, ignem urbi per noctem injecerunt: pars itaque ejus, licet non magna, ad Scepinum vicum, conflagravit. His auditis, Imperator Trajanus intrepidos Antiochenium animos summe praedicavit; classeque a Seleucia solvente, ad sacram Daphnem cum exercitu ducens iter, sacra ibi in Apollinis templo peregit. Per nuncios autem a Daphne missos Antiochenses monuit, uti occisorum Persarum cadavera ex urbe ejicerentur, et procul inde exportata concremarentur. Jussit etiam lustrari urbem pyris hinc inde et ad portas, ex ramusculis laureis accensis, et thure ignibus largiter injecto; Tympana quoque ubique per urbem pulsari, ad abigendos Persarum interfectorum noxios spiritus: quod etiam factum est. Mensis autem Audynei, sive Januarii VII, feria V, hora diei IV, Trajanus Imperator per portam Auream, sive Daphneticam, ex Daphne veniens, Antiochiam Syriae ingressus est, coronam capite gestans, ex ramusculis oleaginis contextam. Tym-

Digitized by Google

ἐκέλευσε βάλλεσθαι ἄχρι ἡμερῶν λ' καθ' ἑκάστην νύκτα, κελεύ- B
σας καὶ τοῦτο, ὥστε κατ' ἔτος τῷ αὐτῷ χρόνῳ γίνεσθαι μνήμης
χάριν τῆς τῶν Περσῶν ἀπωλείας. ἅτινα Δομνῖνος ὁ χρονογρά-
φος συνεγράψατο.

Ἐν τῷ δὲ διατρίβειν τὸν αὐτὸν Τραϊανὸν βασιλέα ἐν Ἀντιο-
χείᾳ τῆς Συρίας βουλευόμενον τὰ περὶ τοῦ πολέμου ἐμήνυσεν
αὐτὸν Τιβεριανός, ἡγεμὼν τοῦ πρώτου Παλαιστινῶν ἔθνους,
ταῦτα. Αὐτοκράτορι νικητῇ Καίσαρι θειοτάτῳ Τραϊανῷ. ἀπέ-
καμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δό-
γματος τῶν λεγομένων χριστιανῶν κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσμα-
τα· καὶ οὐ παύονται ἑαυτοὺς μηνύοντες εἰς τὸ ἀναιρεῖσθαι. ὅθεν
ἐκοπίασα τούτοις παραινῶν καὶ ἀπειλῶν μὴ τολμᾶν αὐτοὺς μη- C
νύειν μοι ὑπάρχοντας ἐκ τοῦ προειρημένου δόγματος· καὶ ἀπο-
διωκόμενοι οὐ παύονται. θεσπίσαι μοι οὖν καταξιώσατε τὰ πα-
ριστάμενα τῷ ὑμετέρῳ κράτει τροπαιούχῳ. καὶ ἐκέλευσεν αὐτῷ
ὁ αὐτὸς Τραϊανὸς παύσασθαι τοῦ φονεύειν τοὺς χριστιανούς.
ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πανταχοῦ ἄρχουσι τοῦτο ἐκέλευσε, μὴ φονεύειν O 357
τοῦ λοιποῦ τοὺς λεγομένους χριστιανούς. καὶ ἐγένετο ἔνδοσις
μικρὰ τοῖς χριστιανοῖς.

Καὶ ἐξῆλθεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης πόλεμον κατὰ Περ-
σῶν κινήσας ὁ αὐτὸς Τραϊανός· καὶ ἐνίκησεν αὐτοὺς κατὰ κράτος
τῷ τρόπῳ τούτῳ. μαθὼν ὅτι διαφθονεῖται τῷ Σανατρουκίῳ,
βασιλεῖ Περσῶν, ὁ ἴδιος αὐτοῦ ἐξάδελφος Παρθεμασπάτης, πέμ-

1. βάλεσθαι] „Scr. βάλλεσθαι: *feriri*, sive *pulsari*.“ Ch. 15. τροπαιούχῳ Ch., τροπαιοῦχοι Ox.

pana etiam pulsari jussit, singulis noctibus, per xxx dies: idem etiam mense hoc quotannis fieri mandans, Persarum occisorum in memoriam. Haec autem Domninus Chronographus literis prodidit.

Interim vero, dum Trajanus Antiochiae Syriae commorabatur, de rebus belli consilium agitans, a Tiberiano, Palaestinae Primae Praefecto, literas accepit, hisce verbis scriptas. „Imperatori invicto, Caesari, divinissimo Trajano. Mandatum vestrum, de puniendis Galilaeis, qui nobis veniunt sub nomine *Christianorum*, quantum in me est, effectum dedi. At hi sese ultro supplicüs et morti dedunt: et multus licet fuerim hortationibus et minis, illud agens, ut a se mihi prodendo eos deterrerem; frustra tamen hactenus fui. Vos itaque juxta ac Majestati V. Invictissimae visum fuerit, de his rebus decernatis.“ Edixit autem Trajanus Tiberiano, caeterisque Praefectis; uti in posterum a Christianorum caedibus abstinerent: exinde itaque aliquantum temporis a calamitatibus suis respirarunt Christiani.

Trajanus autem Antiochia discedens, contra Persas arma movit; quos tali commento penitus profligavit. Graves intercedebant inimicitiae inter Sanatrucium, Persarum regem, et patruelem ejus Parthemaspatem. Tra-

Digitized by Google

ψας πρὸς αὐτὸν ὑπενόθευσεν αὐτὸν Τραϊανὸς βασιλεύς, ταξάμε-
D νος δοῦναι αὐτῷ τὴν βασιλείαν Περσῶν, ἐὰν συμμαχήσῃ αὐτῷ. καὶ ὑπονοθευθεὶς ἦλθε πρὸς αὐτὸν νυκτός· καὶ λαβὼν αὐτὸν εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ ὁ αὐτὸς θειότατος Τραϊανός, ὥρμησε κατὰ τοῦ Σανατρουκίου, βασιλέως Περσῶν· καὶ πολλῶν Περσῶν πεσόντων συνελάβετο τὸν Σανατρούκιον, βασιλέα Περσῶν, φεύγοντα· καὶ ἐφόνευσεν αὐτόν. καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα Περσῶν τοῖς ὑπολειφθεῖσι καὶ προσπεσοῦσιν αὐτῷ Πέρσαις ὁ αὐτὸς Τραϊανὸς κατὰ τὰς συντάξεις ὀνόματι Παρθεμασπάτην, υἱὸν Ὀσδρόου, γράψας τῇ συγκλήτῳ τῇ ἐν Ῥώ-
μῃ ὅτι τοσαύτην καὶ ἄπειρον γῆν καὶ ἄμετρα διαστήματα ἀφεστη-
E κότα τῆς Ῥώμης διοικεῖν οὐκ ἀντεχόμεθα, ἀλλὰ παράσχωμεν αὐ-
O 358 τοῖς βασιλέα ὑποτεταγμένον τῷ τῶν Ῥωμαίων κράτει. καὶ ἀντέγραψεν αὐτῷ ἡ σύγκλητος ἀπὸ Ῥώμης ἅπαντα ποιῆσαι ὡς δ' ἂν βούληται καὶ αὐτὸς συνίδῃ συμφέρειν τῇ Ῥωμανίᾳ. καὶ ἐβασίλευσε Περσῶν ὁ Παρθεμασπάτης. τὸν δὲ πόλεμον καὶ τὴν κατὰ Περσῶν νίκην τοῦ θειοτάτου Τραϊανοῦ ὁ σοφώτατος Ἀρειανὸς ὁ χρονογράφος ἐξέθετο, ἱστορήσας καὶ συγγραψάμενος πάντα ἀκριβῶς.

V 117 Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐποίησε καὶ τὴν Ἀμιδαν μητρόπολιν, κα-
λέσας ἐπαρχίαν Μεσοποταμίαν, ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ Ὀσδροη-
νῆς, δοὺς καὶ ἄρχοντα αὐτῇ καὶ δίκαιον μητροπόλεως. ἐποίησε

11. ἀφεστηκότα] „Forte scribendum ἀφεστηκυῖαν." Ch. 15. συνίδῃ] συνείδοι Ox. 16. Παθεμασπάτης Ox. 21. Ὀσδροΐνης Ox.

janus itaque Imperator, ubi hoc rescierat, in partes suas Parthemaspatem sollicitavit; pollicitus, se ei, si se belli socium adjungeret, Persarum regnum daturum. Accepit conditionem Parthemaspates, noctuque cum suis ad Trajanum accessit. Hunc itaque sibi adjungens, Sanatrucium, Persarum regem, adoritur: Persisque plurimis in praelio cadentibus, Sanatrucius rex fugam capessit, captusque tandem interficitur. Huic itaque in regno Persarum Imperator Parthemaspatem, Osdrois filium, ex pacto Regem suffecit; Persis, qui supererant, ad pedes ei procidentibus. Senatum vero Romanum de his certiorem faciens; „Has, inquit, regiones, tantae cum sint, tantoque a Roma intervallo dissitae, tenere non possumus: Regem itaque potius eis constituamus, imperio Romano subjectum. rescripsit ei senatus: Imperatori integrum esse, pro arbitrio suo de rebus omnibus decernere, juxtaque ac ipse Romaniae utile fore judicaverit." Sic itaque Parthemaspates Persarum rex factus est. Haec autem de bello Persico, et divinissimi Trajani victoria, conscripta reliquit sapientissimus Arianus Chronographus; qui ista omnia accurate exposuit.

Idem Imperator Amidam in Metropolim fecit; et Mesopotamiam, ab Osdroina sejunctam, in Provinciae formam redegit, Praefecto Jureque

Digitized by Google

δὲ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν εἰς τὸν Δάνυβιν ποταμόν, ἣν ἐκάλεσε Δακίαν παραποταμίαν.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ θειοτάτου Τραϊανοῦ ἔπαθεν Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη ἡ πρὸς Δάφνην τὸ τρίτον αὐτῆς πάθος μηνὶ ἀπελλαίῳ τῷ καὶ δεκεμβρίῳ ιγ', ἡμέρᾳ α', μετὰ ἀλεκτρυόνα, ἔτους χρηματίζοντος ρξδ' κατὰ τοὺς αὐτοὺς Ἀντιοχεῖς, μετὰ δὲ β' ἔτη τῆς παρουσίας τοῦ θειοτάτου βασιλέως Τραϊανοῦ τῆς ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς οἱ ἀπομείναντες καὶ ζήσαντες τότε ἱερὸν ἔκτισαν ἐν Δάφνῃ, ἐν ᾧ ἐπέγραψαν, Οἱ σωθέντες ἀνέστησαν Διὶ σωτῆρι. O 359 B

Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ὅτε ἔπαθεν ἡ αὐτὴ Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη ἔπαθε τότε καὶ ἡ Ῥόδος πόλις νῆσος, οὖσα τῆς Ἑξαπόλεως, ὑπὸ θεομηνίας τὸ δεύτερον αὐτῆς πάθος. ὁ δὲ αὐτὸς εὐσεβέστατος Τραϊανὸς ἔκτισεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἀρξάμενος πρῶτον κτίσμα τὴν λεγομένην μέσην πύλην πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ἄρεως, ὅπου ὁ Παρμένιος ὁ χειμαῤῥοος κατέρχεται, ἔγγιστα τοῦ νυνὶ λεγομένου Μακέλλου, γλύψας ἄνω ἄγαλμα λυκαίνης τρεφούσης τὸν Ῥῶμον καὶ τὸν Ῥῆμιον, διὰ τὸ γινώσκεσθαι ὅτι Ῥωμαῖόν ἐστι τὸ κτίσμα, θυσιάσας ἐκεῖ παρθένον κόρην εὐπρεπῆ πολίτιδα ὀνόματι Καλλιόπην ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀποκαθαρισμοῦ τῆς πόλεως, νυμφαγωγίαν αὐτῇ ποιήσας. καὶ εὐθέως ἀνήγειρε τοὺς δύο ἐμβόλους τοὺς μεγάλους, καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἔκτισεν ἐν τῇ αὐτῇ O 360 C

1. *Δάνυβιν*] *Δάνουβιν* praefixum annotationi Ch., *Δανυβίου* est infra p. 118. B. 5. *Ἀπριλλέφ* Ox., *Ἀπηλλέφ* vel *Ἀπηλλαίφ* Ch. 9. *ἔκτισαν* Ch., *ἔκτησαν* Ox.

Metropolitico ei concessis. Provinciam etiam aliam fecit, ad Danubium flumen; quam Daciam Parapotamiam nominavit.

καὶ κάλλιον ἐσχηκὼς ἀπῆλθε πέραν, βουλόμενός τι πρᾶξαι· εἰς τέλειον δὲ ὑγιάνας ἔμεινεν ἔχων τῆς πληγῆς τὴν ὠτειλήν. καὶ εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα Ζήνωνα ᾔτησεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἀπολυθῆναι πρὸς ὀλίγον χρόνον διὰ τὸ τοὺς ἀέρας, φησίν, ἀλλάξαι, ἐπειδὴ ἠσθένει ἀπὸ τῆς πληγῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς Ζήνων πεισθεὶς διεδέξατο αὐτὸν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ μαγίστρου καὶ ἐποίησεν αὐτὸν στρατηλάτην ἀνατολῆς, δοὺς αὐτῷ πᾶσαν ἐξουσίαν. καὶ αὐτὸς δὲ Ἴλλους ᾔτησεν αὐτὸν λαβεῖν μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς θεραπείαν τῆς Ἀγγούστας τὸν πατρίκιον Λεόντιον τὸν Παυλίνης, O 101 εἰς τὸ δοῦναι αὐτῷ τὴν δέσποιναν Βηρῖναν τὴν μητέρα τῆς βασιλίσσης Ἀριάδνης, ἵνα ἀναγάγῃ αὐτὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει. ᾔτησε δὲ τὸν βασιλέα ὁ αὐτὸς Ἴλλους λαβεῖν καὶ ἄλλους συγκλητικοὺς πρὸς ἰδίαν ὑπόληψιν· καὶ παρέσχεν αὐτῷ. καὶ κατῆλθεν ὁ πατρίκιος Ἴλλους, λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν πατρίκιον Λεόντιον καὶ τοὺς ἄλλους συγκλητικούς· καὶ κατῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, ποιήσας ὀλίγον χρόνον, χαρισάμενος αὐτοῖς πολλὰ ἐξῆλθεν D ἐπὶ τὴν Ἰσαυρίαν· καὶ καταγαγὼν τὴν δέσποιναν Βηρῖναν ἀπὸ τοῦ καστελλίου ἐποίησεν αὐτὴν στέψαι βασιλέα εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον ἔξω τῆς πόλεως Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας τὸν πατρίκιον Λεόντιον, πείσας αὐτὸν στεφθῆναι, ὄντα ἄνδρα ἐλεύθερον. καὶ ἐποίησεν ἡ αὐτὴ Βηρῖνα θείας κελεύσεις κατὰ πόλιν καὶ σάκρας πρὸς τοὺς ἄρχοντας καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας ὥστε δέξασθαι

1. κάλλιον Ch., καλλίων Ox. 16. χαρισάμενος αὐτοῖς πολλὰ] „καὶ vel δὲ alicubi desiderari videtur." Ch.

inde itaque ei infensus, vindictam meditatus est: melius vero aliquante sese habens, sinum trajecit, facinus aliquod patrandi animo. Ad extremum vero cum integer esset, et vulnus jam cicatrice obductum esset, Imperatorem adiit, in Orientem ad tempus aliquod secedendi licentiam impetrans: nempe ob aëris, ut ipse prae se ferebat, mutationem: nondum enim, dixit, satis se a vulnere revaluisse. Imperator autem votis annuens, Magistri eum munere liberavit, Militumque in Oriente Magistrum constituit, potestate ei omni concessa. Praeterea quoque Illus Leontium Patricium Paulinae F. dari sibi comitem petiit; nempe cui Verinam Augustam, Ariadnae Imperatricis matrem, traderet Constantinopolim deducendam. Quin et ab Imperatore etiam licentiam petivit, itineris comites alios, quos ipse voluit, ex Senatu delegendi: Hoc etiam ei concessit Imperator. Illus itaque, adjunctis sibi Leontio Patricio, aliisque ex Senatoribus, Antiochiam magnam contendit: ubi ad tempus exiguum commoratus, multaque civibus largitus, inde in Isauriam ducit iter. Ubi Verinam Augustam ex castro educens, statim hoc ei negotium dedit, uti Leontium Patricium (quem ad hoc, utpote virum liberum, adduxerat) Diademate insigniret. Quod et factum est, ad templum D. Petri, extra Tarsum Ciliciae situm. Quin et Verina, Edictis Imperatoris *Sacrisque* ubique per Imperium emissis; a Praefectis undique et militibus postulavit, uti nihil

Digitized by Google

αὐτὸν καὶ μὴ ἐναντιωθῆναί τινα, γράψασα δὲ σάκρων ἔχουσαν πολλὰ κακὰ περὶ Ζήνωνος. καὶ ἐβασίλευσεν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀλίγας ἡμέρας.

Καὶ γνοὺς Ζήνων ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε βοήθειαν πολλὴν καὶ στρατηλάτην Ἰωάννην τὸν Σκύθην. καὶ ἀκούσας Λεόντιος καὶ Ἴλλους καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ καὶ ἀνῆλθαν μετὰ Βηρίνης εἰς τὸ Παπῦριν καστέλλιον· καὶ Βηρῖνα μὲν ἰδίῳ θανάτῳ τελευτᾷ. Παμπρέπιος δέ τις ὡς προδότης μετ' αὐτῶν ὢν ἐσφάγη ἄνω καὶ ἐρρίφη τὸ λείψανον αὐτοῦ εἰς τὰ ὄρη. Ἴλλους δὲ καὶ Λεόντιος φοσσευθέντες παρελήφθησαν· καὶ πρόοδον δεδωκότες παρὰ τῷ ἄρχοντι Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας ἀπὸ διαλαλιᾶς ἀπεκεφαλίσθησαν· καὶ αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν εἰσηνέχθησαν Ζήνωνι ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς κοντὸν πεπηγμέναι· καὶ πολὺς ὄχλος ἀπῆει θεωρῶν αὐτάς· ἦσαν γὰρ ἀπενεχθεῖσαι πέραν ἐν Σύκαις ἐπὶ τὸν ἅγιον Κόνωνα. E O 102 V 37

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐβασίλευσε Περσῶν Περόζης· πολλὰς δὲ ταραχὰς καὶ φόνους ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ ἐποίησαν οἱ Πράσινοι ἐν Ἀντιοχείᾳ· ἐφόνευσαν γάρ, φησίν, Ἰουδαίους μηδενὸς φειδόμενοι. καὶ διεδέχθη ὁ τότε κόμης τῆς ἀνατολῆς Θεόδωρος ἀγανακτηθείς· καὶ εἰρήνευσαν τὰ δημοτικά. καὶ ἀνηνέχθη τῷ αὐτῷ βασιλεῖ Ζήνωνι τὸ γενόμενον ὑπὸ τῶν Πρασίνων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἀσέβημα· καὶ ἠγανάκτησε κατὰ τῶν Πρα- O 103

6. *Παπύρις* Ox. 13. *κόντον* Ox. *ibid. ἄκλει* Ox. 15. *Περοζὴς* Ox.

obnitentes, Leontium Imperatorem suum agnoscerent. Sed et *Sacram* etiam quandam, opprobriis in Zenonem refertam, divulgavit. Paucis itaque diebus Antiochiae imperavit Leontius.

Imperator vero Zeno, his auditis, ingentem adversus eos exercitum emisit, sub ductu Joannis Scythae. Quod ubi Leontio, Illo, caeterisque eorum conscii, notum fuit; in Papyrium Castellum omnes, una cum Verina, se receperunt: Ubi Verina, naturae concedens, diem suum obiit. Pamprepius vero quidam, ob [Castelli] proditionem meditatam, in summa ejus parte occisus est, cadavere ejus in montes projecto. Illus vero et Leontius, obsidione cincti, capti sunt. Dumque in itinere sunt ad [illegible]ciae Isauriae Praefectum, ob maledicentiam suam capite multati sunt. Capita vero eorum, Constantinopolim delata, ad D. Cononem in opposito litore Syceno, turbis interim innumeris ad spectaculum concursitantibus, a Zenone contis affixa sunt.

Ejusdem sub Imperio Perozes Persis regnavit, quo tempore etiam Prasini tumultus Antiochiae maximos excitarunt, Judaeis ad unum omnibus internecioni datis. Quod in Theodoro Orientis Comite non ferens Imperator, eum dignitate exuit; Tumultusque inde in populo consopitus. Imperator autem Zeno certior factus de eo quod a Prasinis in Judaeos

Digitized by Google

σίνων τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, λέγων, Διὰ τί τοὺς νεκροὺς μόνον τῶν Ἰουδαίων ἔκαυσαν; ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς καὶ τοὺς ζῶντας Ἰουδαίους
B καῦσαι. καὶ ἐσιωπήθη τὸ πρᾶγμα.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Ζήνων ἐρωτήσας Μαυριανὸν τὸν σοφώτατον κόμητα, ὅστις πολλὰ αὐτῷ προέλεγεν, ἦν γὰρ καὶ μυστικά τινα εἰδώς, καὶ τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύει, προεῖπεν ὅτι καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ διαδέχεταί τις ἀπὸ σιλεντιαρίων. [καὶ ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ζήνων συνέσχε τὸν πατρίκιον Πελάγιον τὸν ἀπὸ σιλεντιαρίων] πληρώσαντα καὶ ἐλθόντα εἰς τὴν τοῦ πατρικίου ἀξίαν, ἄνδρα σοφόν· ἐκέλευσε δημεύσας φυλάττεσθαι· ὄντινα νυκτὸς οἱ φυλάσσοντες ἔπνιξαν καὶ ἔῤῥιψαν εἰς θάλασσαν τὸ λείψανον αὐτοῦ κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως. καὶ ἀκούσας τοῦτο ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων Ἀρκάδιος ἐλοιδόρει τὸν βασιλέα Ζήνωνα διὰ Πελάγιον·
C καὶ ἦλθεν εἰς τὰς ἀκοὰς Ζήνωνος, καὶ ἐκέλευσεν εἰσερχόμενον
O 104 εἰς τὸ παλάτιον σφαγῆναι. ὁ δὲ Ἀρκάδιος μαθὼν τοῦτο, ὡς μετεστάλη ἀπὸ τοῦ βασιλέως, παρερχόμενος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐποίησεν ὡς θέλων ὠξασθαι· καὶ κατελθὼν ἐκ τοῦ ὀχήματος εἰσῆλθεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἔμεινεν ἔσω, καὶ ἐῤῥύσθη θανάτου. καὶ ὡς ἔστιν ἐκεῖ, ἐδήμευ-

6. καὶ τίς] τίς Chron. Pasch. p. 328. A. 8. καὶ ταῦτα ἀκούσας etc.] „Quae uncis inclusa sunt, ex Chr. Alex. supplevimus, qui haec ipsa ex nostro, vel utercque ex tertio quodam, transscripsit." Ch. 11. ἐκέλευσε δημεύσας φυλάττεσθαι] „Chr. Alex. habet, καὶ δημεύσας αὐτὸν ἐκέλευσε φυλάττεσθαι· rectius; καὶ enim particula apud nostrum desideratur." Ch. 17. ἀπὸ τῆς] διὰ τῆς μεγάλης Chron.

patratum fuerat, iratus eis, „Quorsum, inquit, Judaeos mortuos tantum ignibus mandarunt, quos etiam vivos concremare oportuit?" Res vero inde silentio sepulta est.

Idem vero Imperator Zeno Maurianum Comitem, virum sapientissimum, (qui multa ei praedixerat; norat enim occulta quaedam Mysteria) interrogavit; „Quis post se imperaturus esset? Respondit ille; Imperium simul et uxorem tuam accipiet quidam ex Silentiariis." [Hoc audito, Imperator comprehendit Pelagium Patricium, qui jam olim Silentiariorum gradum supremum ascenderat, et ad dignitatem Patriciam provectus fuerat, virum sapientem: bonisque ejus publicatis, ipsum custodiae tradidit. Hunc vero, Imperatoris ipsius ex mandato, Custodes per noctem strangularunt, corpusque in mare projecerunt. Arcadius autem Praetorio Praefectus ubi hoc audierat. Imperatorem ob Pelagii caedem conviciis insectatus est: quod ubi ad Zenonis aures pervenisset, jussit illum, simulac palatium ingrederetur, occidi. Hoc ubi rescierat Arcadius, cum ab Imperatore accersitus Ecclesiam pertransiret, ex curru descendens, simulavit velle se precari: Ecclesiamque Magnam Constantinopoli ingressus, ibi mansit, a morte sic liberatus; bonis interim ejus omnibus a

Digitized by Google

σεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Ζήνων. μετὰ δὲ ὀλίγον καιρὸν δυσεντερίᾳ ληφθεὶς ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ζήνων ἐτελεύτησεν, ὢν ἐνιαυτῶν ξ' καὶ μηνῶν θ', μηνὶ ξανθικῷ θ' ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν φλθ', ἰνδικτιῶνος ιδ'.

Ἔστιν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τελευτῆς Ζήνωνος βασιλέως ἔτη ,εϡπγ'.

Zenone Imperatore publicatis. Non multo autem post temporis Imperator Zeno, Dysenteria correptus, fato succubuit, annos natus LX et menses IX, Aprilis die IX, Aerae Antiochenae anno DXXXIX, Indictionis XIV.

Ab Adamo igitur, adusque Zenonis exitum, anni sunt MMMMMDCCCCXXCIII.

Digitized by Google

V 38

ΛΟΓΟΣ Ιϛ'

ΧΡΟΝΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

A Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Ζήνωνος ἐβασίλευσεν ὁ Θειότατος Ἀναστάσιος ὁ δίκορος, ὁ Δυρραχηνός, ὁ ἀπὸ τῆς νέας Ἠπείρου, ἀπὸ σιλεντιαρίων, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ὀλυβρίου τοῦ υἱοῦ Ἀρεοβίνδου· ὅστις ἐβασίλευσεν ἔτη κζ' καὶ μῆνας γ', στεφθεὶς ἐν μηνὶ ἀπριλλίῳ τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος. καὶ ἠγάγετο Ἀριάδνην τὴν τοῦ Ζήνωνος τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος γενομένην γυναῖκα. ἦν δὲ μακρὸς πάνυ, κονδόθριξ, εὔστολος, στρογγύλοψις, μιξοπόλιος τὴν κάραν καὶ τὸ γένειον, ἐν τῷ δεξιῷ ὀφθαλ-
O 106 μῷ ἔχων τὴν κόρην γλαυκὴν καὶ ἐν τῷ ἀριστερῷ μέλαιναν, τελείους ἔχων ὀφθαλμούς, τὸ δὲ γένειον αὐτοῦ πυκνῶς ἐκείρετο.

B Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐποίησεν ἔπαρχον πραιτωρίων τὸν πατρίκιον Ἱέριον· ὅστις ἐποίησε κόμητα ἀνατολῆς Καλλιόπιον τὸν ἴδιον συγγενέα. καὶ ὡς ἄρχει, ἐπῆλθον τῷ αὐτῷ Καλλιοπίῳ

LIBER XVI.

DE TEMPORIBUS ANASTASII IMPERATORIS.

Zenonem excepit in Imperio divinissimus Anastasius Dicorus, qui ex Silentiariis fuerat, ex Dyrrachio Novae Epiri oriundus, Consule Olybrio, Ariobindi filio. Inauguratus est mense Aprili, feria sancta v magnae Hebdomadae; duxitque in uxorem Ariadnam, Zenonis decessoris sui viduam: Imperavit autem annos XXVII et menses tres. Erat hic statura valde procera, capillitio brevi, decorus, facie rotunda, capite, menteque subcanescentibus, oculorum pupilla dextra caesia, sinistra vero nigricante, oculis nihilominus pulcherrimis; barbam vero frequenter tondebat.

Hic Imperator factus Praetorio Praefectum constituit Hierium Patricium; qui Calliopium, cognatum suum, Orientis Comitem designavit. Hic vero ad Principatum evectus, cum adversus eum insurgerent Prasini An-

Digitized by Google

οἱ Πράσινοι Ἀντιοχείας ἐν τῷ πραιτωρίῳ· καὶ φυγὼν διεσώθη. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ ἔπαρχος Ἱέριος ἀνήγαγε τῷ βασιλεῖ Ἀναστασίῳ· καὶ εὐθέως προηγάγετο ὁ αὐτὸς βασιλεὺς κόμητα ἀνατολῆς Κωνστάντιον τὸν Ταρσέα, δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν κατὰ πάσης ζωῆς, ἐπειδὴ τὸ Πράσινον μέρος Ἀντιοχείας δημοκρατοῦν ἐπήρχετο τοῖς ἄρχουσιν· ὅστις Κωνστάντιος ἐποίησε τὸν δῆμον Ἀντιοχείας εἴκειν κελεύσμασιν ἀρχόντων, ἔτους χρηματίζοντος κατὰ Ἀντιόχειαν φμγ΄.

Ἐφίλει δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τὸ Ῥούσιον μέρος Κωνσταντινου- C
πόλεως, τοῖς δὲ Πρασίνοις καὶ Βενέτοις πανταχῇ ἐπεξήρχετο στασιάζουσιν.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἀκούσας ὅτι συνάγονται οἱ Ἴσαυροι εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν χώραν τυραννῆσαι βουλόμενοι, εὐθέως ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν· καὶ ἐπολέμησεν αὐτοῖς πέμψας στρατηγοὺς Ἰωάννην τὸν ἐπίκλην κυρτόν, στρατηλάτην πραισέντου, καὶ Διογενιανὸν τὸν πατρίκιον, τὸν συγγενέα τῆς Αὐγούστας, καὶ ἄλλους O 107
μετὰ πλήθους Σκυθῶν καὶ Γοτθικῆς καὶ Βεσσικῆς χειρός. καὶ ἀνήλωσε τοὺς αὐτοὺς Ἴσαύρους καὶ ἀπώλεσε τὴν χώραν αὐτῶν καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν κατέστρεψε καὶ πυρίκαυστα ἐποίησε τὰ κα-
στέλλια αὐτῶν, λαβὼν αἰχμαλώτους τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν εἰς τὴν
αὐτῶν τυραννίδα Λογγῖνον τὸν ἀπὸ μαγίστρων τὸν φαλακρὸν V 89
καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν νεώτερον καὶ Λογγινίνην τὸν χωλὸν καὶ Κόνωνα τὸν Φουσκιανοῦ τὸν ἀπὸ ἐπισκόπων Ἀπαμείας· ὁ δὲ Λογγινίνης πρῶτος ἀπώλετο ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὅτε ὑπήν-

4. ζωῆς Ch., ζώνης Ox. 24. ὅτε γὰρ Ch.

tiochenses, fuga salvus evasit. Hoc audito, Hierius Praefectus Imperatori rem detulit: qui statim Orientis Comitem designavit Constantium Tarsensem, concessa etiam ei in omnes potestate plena; ex eo quod Prasini Antiochiae dominantes, in Praefectos frequenter insurgerent. Illud igitur in populo Antiochensi Constantius egit, ut Magistratibus suis deinceps morem gererent. Annus erat Aerae Antiochenae DXLIII.

At vero Imperator Russatis Constantinopolitanis admodum studebat; Prasinos vero et Venetos, tumultuantes ubique compescuit.

Audito autem quod Isauri, in regione ipsorum copiis collectis, tyrannidem sibi arripere in animo haberent; adversus eos arma movit, missis in expeditionem hanc, cum copiis Scythicis, Gothicis et Bessicis, Joanne cognomine Gibbo, Praesentis Militiae Magistro; et Diogeniano Patricio. Augustae cognato, aliisque ducibus. Hi vero Isauros istos profligarunt; et regionibus eorum vastatis, eversis etiam urbibus, Castellisque ignibus absumptis, Rebellionis etiam istius Duces primarios, Longinum nempe Calvum, Exmagistrum, Athenodorum Juniorem, Longininem Claudum, et Cononem Fusciani F. Exepiscopum Apamensem, [aut occiderunt, aut] captivos abduxerunt. Primus itaque Longinines, ad Cotyaeum, urbem Phry-

Digitized by Google

τησαν ἀλλήλοις· τῇ ἐξέρχεται εἰς τὸ Κοτυάειον, πόλιν τῆς Φρυγίας, ἐκεῖ ἐσφάγη· καὶ μετ' αὐτὸν Κάνων ὁ Φουσκιανοῦ λόγχῃ βληθεὶς ἔπεσε. καὶ τραπέντες οἱ Ἴσαυροι εἰς φυγὴν συνελήφθησαν τότε καὶ οἱ λοιποὶ ἔξαρχοι ζῶντες· καὶ ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ ἀνηνέχθησαν αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν τῷ αὐτῷ Ἀναστασίῳ βασιλεῖ. καὶ μετὰ τὴν αὐτὴν νίκην ἔδωκε δωρεὰς τοῖς ὑποτελέσι πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν.

B O 108 Ὁ δὲ θειότατος βασιλεὺς Ἀνάστάσιος ἐποίησε χρυσοτέλειαν τῶν λούγων τοῖς συντελεσταῖς πᾶσι διὰ τὸ μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὰ εἴδη καὶ διατρέφεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας οἱ δῆμοι Κωνσταντινουπόλεως τῶν Πρασίνων ἱππικοῦ ἀγομένου παρεκάλουν τὸν βασιλέα ἀπολυθῆναί τινας συσχεθέντας παρὰ τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως ὡς λιθοβολήσαντας· καὶ οὐ παρεκλήθη ὑπὸ ταῦ δήμου ὁ αὐτὸς βασιλεύς, ἀλλὰ ἀγανακτήσας ἐκέλευσεν ἅρμα κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν, καὶ C ἐγένετο μεγάλη ἀταξία. καὶ κατῆλθον οἱ δῆμοι κατὰ τῶν ἐξκουβιτόρων καὶ ἐλθόντες ἐπὶ τὸ κάθισμα ἔῤῥιψαν [λίθους κατὰ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου, ἐν οἷς εἷς Μαῦρος ἔῤῥιψε] λίθον κατὰ τοῦ βασιλέως· καὶ ἀναστὰς ὁ βασιλεὺς ἐξέφυγε τὸν λίθον. καὶ θεασάμενοι οἱ ἐξκουβίτορες τὴν τοῦ ἀνδρὸς τόλμαν, ὥρμησαν κατ' αὐτοῦ καὶ ἔκοψαν αὐτὸν κατὰ μέλος· καὶ οὕτως ἀπέδωκε τὴν O 109 ψυχήν. ὁ δὲ δῆμος στενωθεὶς ἔβαλε πῦρ εἰς τὴν λεγομένην Χαλκῆν τοῦ ἱππικοῦ, καὶ ὁ ἔμβολος ἐκαύθη ἕως τοῦ βασιλικοῦ καθί-

14. λιθοβολήσαντες Ch., λιθοβολίσαντες Ox. 17. λίθους— ἔῤῥιψε addit Chron. 22. στενωθεὶς Ch., Chron., σθενοθεὶς Ox. *ibid.* Χαλκὴν Ox.

giae, ubi exercitus inter se commissi primum conflictati sunt, ipso in congressu occisus perilt. Post quem Conea, Fusciani F. cecidit, hasta transfixus. Caeteri autem Duces, Isauris in fugam versis, vivi comprehensi sunt, capiteque multati; capitibus eorum ad Anastasium Imperatorem depertatis: qui hac victoria potitus, omnibus per Imperium Tributariis munera transmisit.

Divinissimus autem Imperator Anastasius tributum aureum, pro singulis jugis per imperium, pendendum instituit: ne scilicet ab Exactoribus, in specie, militibus in victum erogandum colligeretur.

Eodem Imperante, qui ex Prasinis erant in populo Constantinopolitano, ipsum inter Circensia rogarunt, uti qui ob lapides in Circo jactos a Praefecto urbis comprehensi fuerant, vinculis liberarentur. Imperator votis eorum haud annuens, etiam eis irascebatur; jussitque uti miles eos adoriretur. Coortus inde ingens in populo tumultus; turbaque adversus Excubitores descendente, ubi ad sedem Imperatoriam perventum fuisset, in Imperatorem ipsum lapis emissus est. Surgens autem Imperator, ictum declinavit. Videntes itaque Excubitores hominis audaciam, impetu in illum facto, membratim conciderunt; qui sic animam edidit. Popellus autem in angustias redactus, ignes in Circi Chalcam, quam vocant injecit; unde Porticus usque ad sedem Imperateriam conflagravit. Porticus item

Digitized by Google

σματος, καὶ ὁ Ἔμβολος δὲ ὁ δημόσιος ἕως τοῦ Ἑξαίπτιλου καὶ τοῦ φόρου Κωνσταντίνου ἅπας καυθεὶς κατηνέχθη, πανταχῇ διακοπῶν γενομένων. πολλῶν δὲ συσχεθέντων καὶ τιμωρηθέντων ἐγένετο ἡσυχία, προαχθέντος ἐπάρχου πόλεως Πλάτωνος, ὃς ὑπῆρχε πά- D
5 τρων τοῦ Πρασίνου μέρους.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀνεφάνη τις ἀνὴρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, ὢν ἀπὸ πόλεως Ἀμίδης, ὀνόματι Ἰωάννης Ἰσθμέος, χειμευτὴς ὑπάρχων καὶ φοβερὸς ἐπιθέτης· καὶ λάθρᾳ εἰσήρχετο εἰς τὰ ἀργυροπρατία καὶ ὑπεδείκνυεν αὐτοῖς χεῖρας ἀνδριάντων
10 καὶ πόδας χρυσοῦς καὶ ἄλλα ζώδια, λέγων ὅτι Θησαυρὸν γέμοντα τοιαῦτα ζώδια ὄβρυζα ηὗρον. καὶ ἐκ τούτου ἠπάτησε πολλοὺς καὶ ἐκόμβωσε πολλὰ χρήματα· ᾧτινι παρωνύμην ἔθηκαν οἱ Ἀν- Ο 110
τιοχεῖς Βαγουλάν, ὅ ἐστι γοργὸς ἐπιθέτης. καὶ λαθὼν πάντας ἔφυγεν ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐκόμβωσε κἀκεῖ πολλοὺς ἀργυ-
15 ροπράτας, ὥστε γνωσθῆναι τῷ βασιλεῖ. καὶ συσχεθεὶς εἰσήχθη πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ προσήνεγκεν αὐτῷ χαλινὸν ἵππου ὁλόχρυσον, Ε
διὰ μαργαριτῶν ὃν τὸ κεύρκωμον αὐτοῦ. καὶ λαβὼν αὐτὸ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος λέγει αὐτῷ, Ἐμὲ οὐ κομβώσεις· καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς Πέτρας, κἀκεῖ τελευτᾷ. 11

20 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἀναστασίου ὡς τὸ τρίτον κατῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ Καλλιόπας τις ἡνίοχος ἀπὸ φακτιονα-

10. χρυσοῦς] χρυσᾶς Ox. *ibid.* ζώδια Ch., ζῶδα Ox. 12. παρονύμην Ox. 17. ὃν Ch., ὧν Ox. Eadem μαργαρίτων. 22. Καλλίοπας Ox.

Publica, Hexaippum usque et Constantini Forum, tota in cineres versa, corruit, caedibus undique factis. Plurimis autem comprehensis et punitis, turba demum conquievit: at non, nisi Platone quodam, Prasinorum Patrono, ad urbis Praefecturam provecto.

Eodem imperante, prodiit Antiochiae Joannes quidam Isthmeus, Amidensis Chemista et impostor insignis. Vafre hic Argentariorum officinas ingressus, obtulit illis statuarum manus pedesque totos aureos; imagunculas etiam alias; dicendo se Thesaurum reperisse, simulachris hujusmodi obryzis refertum. Hisce malis artibus fucum plurimis fecerat, pecuniasque abunde sibi corraserat: quem ideo Antiochenses *Bagulam* appellarunt, id est versutissimum Impostorem. Inde vero Constantinopolim, clam omnibus, profectus, multos etiam ibi Argentarios emunxit: unde et Imperatori ipsi demum innotuit. Comprehensus autem, et coram eo adductus, fraenum equestre cum curcuma ex auro solido et Margaritis intertexta ei obtulit. Quod Anastasius Imperator manu accipiens; „At mihi, inquit, haud impones.“ Itaque ad Petras eum relegavit; ubi diem suum obiit.

Eodem tempore, Anastasio Imperatore ipso tum tertium Consule, Calliopas quidam, ex Factionariis Constantinopolitanis, Auriga, magnam Antiochiam veniens, Prasinis datus est, Basilio Edesseno tum Comite. Hic

Digitized by Google

ρίων Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐδόθη εἰς τὸ Πράσινον μέρος.
O 111 Ἀντιοχείας ἐπὶ Βασιλείου κόμητος Αἰδεσινοῦ· καὶ παρέλαβε τὸν σταῦλον τοῦ Πρασίνου μέρους λιπόμενον, καὶ ἐνίκησε κατὰ κράτος. καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν ἐπετελέσθη ἐν τῇ Δάφνῃ Ἀντιοχείας κατὰ τὸ ἔθος ἡ συνήθεια τῶν Ὀλυμπίων ἡ λεγομένη· καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἀντιοχέων ἀνελθόντος ἐν Δάφνῃ, οἱ ἐκ τῆς εἰσελασίας ὁρμήσαντες μετὰ τοῦ ἡνιόχου Καλλιόπα κατελθόντες ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἰουδαίων τῇ οὔσῃ ἐν τῇ αὐτῇ Δάφνῃ ἐνέπρησαν αὐτήν, πραιδεύσαντες πάντα ὅσα ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐφόνευσαν πολλούς, μηνὶ Ἰουλίῳ θ', ἰνδικτιῶνος ιε'· καὶ πήξαντες ἐκεῖ τὸν τίμιον σταυρὸν ἐποίησαν γενέσθαι
B μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λεοντίου. τούτων δὲ γνωσθέντων τῷ αὐτῷ Ἀναστασίῳ βασιλεῖ, προηγάγετο κόμητα ἀνατολῆς τὸν ἀπὸ κομμερκιαρίων Προκόπιον τὸν Ἀντιοχέα· ὅστις κατήνεγκε μεθ' ἑαυτοῦ ἀπὸ θείου τύπου νυκτέπαρχον Μηνᾶν ὀνόματι, Βυζάντιον. καὶ ταραχῆς γενομένης παρὰ τῶν τοῦ Πρασίνου μέρους, ἐβουλήθη ὁ αὐτὸς Μηνᾶς κατασχεῖν τινας τῶν ἀτάκτων· καὶ γνόντες ἐκεῖνοι προσέφυγον εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην ἔξω τῆς πό-
O 112 λεως. καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ νυκτέπαρχος ἐν τῷ μεσημβρίῳ ἀπῆλθε μετὰ Γοτθικῆς βοηθείας εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην· καὶ ἐξαίφνης εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἅγιον οἶκον, καὶ εὗρεν ἐκεῖ ὑποκάτω τῆς ἁγίας τραπέζης τοῦ θυσιαστηρίου τινὰ τῶν ἀτάκτων ὀνόματι Ἐλευθέριον· καὶ κεντήσας αὐτὸν ξίφει ἐκεῖ, σύρας ἐκ τοῦ θυσιαστη-

2. *Αἰδεσινοῦ*] „Forte Ἐδεσσηνοῦ." Ch. 7. *εἰσελασίας* Ch., *εἰς ἐλασίας* Ox. 13. *τὸν* Ch., *τῶν* Ox.

itaque vacuum eo tempore Prasinorum stabulum occupavit, Aurigantium ubique Victor. Paulo autem post temporis Olympicorum, quae vocant, Solennia Daphne Antiochensi pro more celebrata sunt. Cumque populus Antiochensis numerosior ad Daphnem convenisset; qui ex Equitatu erant, una cum Calliopa Auriga, Synagogam Judaeorum ad Daphnem sitam invadentes, incendiis vastarunt, occisis plurimis abreptisque quae in Synagoga erant omnibus. Factum hoc Julii die IX, Indictionis XV. Tum vero defixa ibi Cruce venerabili, in D. Leontii Martyrium converterunt. Imperator autem Anastasius, his auditis, Orientis Comitem constituit, ex Commerciariis, Procopium quendam Antiochensem; qui et Byzantinum quendam, nomine Menam, divino Imperatoris ex Edicto, Nycteparchum sibi habuit. Tumultu autem a Prasinis in populo excitato, quosdam ex seditiosis comprehendere statuit Menas: quod ubi seditiosi isti intellexissent, ad D. Joannis Aedem, extra urbem sitam, confugerunt. Nycteparchus autem de hoc certior factus, sumpto sibi Gothico praesidio, eo contendit tempore meridiano: templumque subito ingressus, ex seditiosis quendam, nomine Eleutherium, sub sacra Altaris mensa latitantem, ibidem transfixit; truncoque inde extracto, caput ei amputavit: adeo ut sanctum

Digitized by Google

ρίου τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἀπεκεφάλισεν· ὥστε τὸ ἅγιον θυσια- C
στήριον πληρωθῆναι αἵματος. καὶ λαβὼν τὴν κεφαλὴν εἰσήρχε-
το ἐπὶ τὴν πόλιν Ἀντιόχειαν· καὶ ἐλθὼν ἕως τῆς γεφύρας τοῦ
Ὀρόντου ποταμοῦ ἔῤῥιψε τὴν κεφαλὴν εἰς τὸν ποταμόν. καὶ
εἰσῆλθεν ἔγγιστα Προκοπίου τοῦ κόμητος τῆς ἀνατολῆς, διηγού-
μενος αὐτῷ τὰ συμβάντα. καὶ μετὰ τὸ μεσημβρινὸν ἐγνώσθη
τοῦτο τοῖς Πρασίνοις· καὶ ἐξελθόντες εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην εὗ-
ρον τὸν κορμὸν Ἐλευθερίου. καὶ λαβόντες εἰς κραβαταρίαν τὸ
λείψανον αὐτοῦ, εἰσήγαγον εἰς τὴν πόλιν βαστάζοντες αὐτό. καὶ
ὑπηντήθησαν κατέναντι τῆς λεγομένης Ῥουφίνου βασιλικῆς ἐπὶ
τὸ λουτρὸν τὸ λεγόμενον τῶν Ὀλβίης· καὶ συμβαλόντες εἰς τὴν
ῥύμην τῶν θαλασσίων μετὰ τῆς βοηθείας καὶ τοῦ νυκτεπάρχου D
καὶ τῶν τοῦ Βενέτου μέρους δημοτῶν μάχην, περιεγένετο ὁ δῆ-
μος τοῦ Πρασίνου μέρους· καὶ παραλαβόντες τὴν Ῥουφίνου βα-
σιλικὴν καὶ τὴν λεγομένην Ζηνοδότου ἔβαλον πῦρ, καὶ ἐκαύθη
πᾶσα ἡ Ῥουφίνου καὶ τὰ δύο τετράπυλα τὰ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν
καὶ τὸ πρωτώριον τοῦ κόμητος τῆς ἀνατολῆς, καὶ πάντα κατη-
νέχθη ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαφθαρέντα. καὶ ἔφυγεν ὁ κόμης τῆς O 113
ἀνατολῆς εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν Καμβύσου. καὶ πιάσαντες οἱ ἀπὸ
τοῦ Πρασίνου μέρους τὸν νυκτέπαρχον Μηνᾶν καὶ ἀνακείραντες
αὐτόν, ἐξέβαλον τὰ συκώτια αὐτοῦ. καὶ μετὰ τὸ σῦραι τὸ λεί-
ψανον αὐτοῦ ἐκρέμασαν αὐτὸ ἐν τῷ ἑστῶτι χαλκῷ ἀνδριάντι
τῷ λεγομένῳ Κολονισίῳ τὸ μέσον τοῦ ἀντιφόρου· καὶ μεταγα-

19. *Καμβύσου*] Inepte pro *Καβιῶσαν*. De cuius nominis scriptura v. Wesseling. ad Itiner. Hierosol. p. 580. 581. et annotationem nostram ad Chron. P. p. 170. D. *ibid.* οἱ addidit Ch.

quoque Altare exinde totum sanguine conspurcaretur. Arrepto deinde capite, in urbem Antiochiam reversus est: Cumque ad Orontis pontem pervenisset, caput in flumen projecit. Tum vero ad Procopium Comitem ingressus, rem ei totam, sicut acciderat, enarravit. Tempore autem pomeridiano, ubi hujus rei fama Prasinis innotuerat, D. Joannis Aedem adeuntes, Eleutherii truncum ibi invenerunt: quem lecticae impositum in urbem detulerunt. Balneo autem *Olbio* dicto appropinquantes, e regione Rufini Basilicae, Nycteparchus eos adortus est, copiis suis Civibusque ex Veneta Factione stipatus: pugnaque in *Nauticorum* vico commissa, Prasini superiores evaserunt. Rufini itaque et Zenodoti Basilicis occupatis, ignes injecerunt: unde Rufini Basilica tota conflagravit, una cum duobus, quae utrinque steterunt Tetrapylis, et Praetorio Comitis Orientis; quae vastata incendiis omnia corruerunt. Comes interim Orientis in Alexandriam Cambysis fuga evasit: Menam vero Nycteparchum Prasini prehendentes, caputque ei detondentes, testiculos ejus execarunt; ipsumque passim per urbem tractum, de aenea tandem statua, *Colonisia* vocata, ex opposito medii Fori sita, suspenderunt: Cadaverque ejus, extra

Digitized by Google

Ἐγόντες τὸ λείψανον, σύραντες ἔξω τῆς πόλεως Ἀντιοχείας ἔκαυσαν φρυγάνοις. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀναστάσιος διδαχθεὶς προεχειρίσατο κόμητα ἀνατολῆς Εἰρηναῖον τὸν Πενταδιαστήν, Ἀντιοχέα· καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν καὶ φόβον ἐν τῇ πόλει.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐκαύφισε τὴν λειτουργίαν τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου πᾶσαν διαιωνίζουσαν ἀπὸ θείου τύπου, ἥτις ἐστὶ
V 41 μεγάλη καὶ φοβερὰ φιλοτιμία, ἀντεισάξας ταῖς θείαις λαργιτιῶσι πρόσοδον ἀντ' αὐτοῦ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ.

O 114 Ἔκτισε δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ τὴν λεγομένην Ῥουφένου καὶ κατὰ πόλιν τῆς Ῥωμαΐας διάφορα κτίσματα.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας παρελήφθη Ἄμιδα, μητρόπολις ὀχυρὰ πάνυ τῆς Μεσοποταμίας, καὶ Θεοδοσιούπολις, πολέμῳ ληφθεῖσα ὑπὸ Κωάδου, βασιλέως Περσῶν, ἐπελθόντος τοῦ βασιλέως μετὰ δυνάμεως πολλῆς. ἔλαβε δὲ παραλήπτους ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Περσῶν Κωνσταντῖνον, στρατηγὸν Ῥωμαίων δυνατόν, φυλάττοντα τὴν αὐτὴν Θεοδοσιούπολιν, καὶ ἄλλους δὲ πολλούς· οἵτινες καὶ ἐτελεύτησαν ἐν τοῖς Περσικοῖς μέρεσι. καὶ ἐπεστράB τευσε κατὰ Περσῶν ὁ αὐτὸς Ἀναστάσιος βασιλεύς, πέμψας Ἀρεόβινδον τὸν Δαγαλαΐφου υἱόν, στρατηλάτην ἀνατολῆς, τὸν ἄνδρα Ἰουλιάνας, καὶ Πατρίκιον, στρατηλάτην τοῦ μεγάλου πραισέντου, καὶ Ὑπάτην, στρατηλάτην πραισέντου, τὸν υἱὸν Σεκουνδίνου τοῦ πατρικίου, καὶ τὸν πατρίκιον Ἀππίονα, ποιήσας αὐτὸν ἔπαρχον πραιτωρίων ἀνατολῆς, καὶ πλῆθος ἄπειρον στρατιῶς

Antiochiam urbem projectum, cremiis combusserunt. Imperator autem Anastasius, ubi haec audierat, Orientis Comitem constituit Irenaeum Pentadiastem, Antiochenum: qui poenis populum coercens, terrorem omnibus incussit.

Idem Imperator, divino suo Edicto, perpetuum illud *Chrysargyri* Tributum penitus sustulit: sacrisque Largitionibus, in locum ejus, reditus de proprio subministravit. Egregium hoc Regiae magnificentiae et mirandum plane exemplum.

Idem etiam Antiochiae Rufini Basilicam instauravit: varia etiam Romaniae per urbes aedificia exstitavit.

Eodem Imperante, Persarum rex Coades, ingenti exercitu instructus, Theodosiopolim atque Amidam, munitissimam Mesopotamiae Metropolim, bello cepit: Constantinum quoque, Ducem Romanorum fortissimum, et urbis Theodosiopolitanae Custodem, cum pluribus aliis, captivum abduxit; qui diem suum omnes in Perside obierunt. Imperator itaque Anastasius bellum Persis intulit, in expeditionem hanc missis Areobindo Dagalaiphi filio, Julianae conjuge, et militum in Oriente Magistro; Patricio etiam, Magni Praesentis Militiae Magistro; et Hypatio, Secundini Patricii filio, Praesentis Militiae Magistro; Appione quoque Patricio, quem et Praetorio Praefectum Orientis constituit: horum vero sub ductu exercitum emisit, ex Equestribus et Pedestribus Copiis, instructissimum. Praelio autem

Digitized by Google

μετ' αὐτῶν πεζικῆς καὶ ἱππικῆς δυνάμεως. καὶ συνέβαλον μετ' O. 116
ἀλλήλων τὰ ἀμφότερα τάγματα, καὶ ἐσφάγησαν πολλοὶ καὶ ἔπε-
σαν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· περὶ οὗ πολέμου Εὐστάθιος ὁ σο-
φώτατος χρονογράφος συνεγράψατο· ὅστις καὶ εὐθέως ἐτελεύτη-
σε, μήτε εἰς τέλειον τὴν ἔκθεσιν αὐτοῦ συντάξας. ὁ δὲ αὐτὸς βα- C
σιλεὺς Ἀναστάσιος μετεστείλατο τὸν στρατηλάτην Ὑπάτιον τὸν
Σεκουνδίνου ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἔπεμψεν ἀντ' αὐτοῦ τὸν
ἐνδοξότατον Κέλερα τὸν Ἰλλυριόν, ἄνδρα σοφόν· καὶ ἀνεδάθη-
σαν αἱ πόλεις αἱ κατεχόμεναι ὑπὸ Περσῶν διὰ τοῦ αὐτοῦ Κέλε-
ρος μαγίστρου. καὶ ἐγένετο εἰρήνη καὶ ἔνδοσις τοῦ πολέμου,
καὶ ἀνεχώρησαν τὰ ἐξέρκετα καὶ ὁ στρατὸς ὅλος Ῥωμαίων τε
καὶ Περσῶν.

Ὁ δὲ θειότατος Ἀναστάσιος εὐθέως ἐτείχισε τὸ Δορᾶς, χω-
ρίον ὂντα τῆς Μεσοποταμίας, μέγα δὲ ὂντα πάνυ καὶ ὀχυρόν,
κείμενον μέσον τῶν ὅρων Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν· καὶ ἐποίη-
σεν ἐν αὐτῷ δημόσια λουτρὰ δύο καὶ ἐκκλησίας καὶ ἐμβόλους
καὶ ὡρεῖα εἰς ἀπόθετα σίτου καὶ κιστέρνας ὑδάτων. τὸ δὲ αὐ-
τὸ χωρίον διὰ τοῦτο ἐκλήθη Δορὰς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακε- D
δόνος, διότι τὸν βασιλέα Περσῶν ἐκεῖ συνελάβετο, κἀκεῖθεν ἔχει
τὸ ὄνομα· νυνὶ δὲ λαβόντα δίκαιον πόλεως μετεκλήθη Ἀναστα-
σιούπολις. καὶ στήλας τοῦ αὐτοῦ Ἀναστασίου ἀνέστησαν ἐκεῖ.

5. μήτε] μηδὲ? 8. Ἰλλύριον Ch., Ἰλύριον Ox. 15. ὁρίων Ox., ὁρίων Ch., ὁρῶν Chron. ὅρων dedi ex Cedreno p. 359. C. 19. βασιλέα] Clarius Chron. p. 329. D Δαρεῖον τὸν βασιλέα — ἐκεῖ δόρατι ἔκρουσεν, unde apparet Chronico et Malalae scripturam Δορᾶς oppidi, quod aliis est Δαρᾶς, relinquendam esse. Conf. p. 65. B.

commisso, quamplurimi utrinque ceciderunt: Belli autem hujus historiam exorsus est sapientissimus Chronographus Eustathius; quam tamen, morte praeoccupatus, ad exitum non perduxit. Anastasius vero Imperator Hypatium, Secundini filium, [Praesentis] Militiae Magistrum, ex Perside Constantinopolim revocavit; suffecto in locum ejus Celere Illyrico, viro illustrissimo et prudentissimo; cujus sub auspiciis occupatae a Persis urbes iterum redditae sunt; pacisque conditionibus initis et induciis belli factis, exercitus utrinque se subduxerunt.

Tum vero divinissimus Anastasius *Doras*, oppidum Mesopotamiae magnum et munitissimum, in Romani et Persici Imperii finibus situm, muro statim cinxit: ubi etiam Balnea duo Publica, Ecclesias, Porticus, Horrea etiam ad frumentum recondendum, et cisternas aquarum extruxit. Oppidum autem hoc ab Alexandro Macedone ideo *Doras* appellatum tradunt; quod ibi Persarum Regem bello ceperit. Nunc vero demum civitatis jure donata, Anastasiopolis vocata est; statuis etiam Anastasio a civibus excitatis.

Digitized by Google

O 116 Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ καθῃρέθη Εὐφήμιος ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς Εὐχαΐταν ἐπὶ τὸν Πόντον ὡς Νεστοριανόν· καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Μακεδόνιος, ὅστις καὶ αὐτὸς καθῃρέθη ὡς Νεστοριανός. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας Φλαβιανὸς ὡς Νεστοριανὸς ἐξωρίσθη εἰς Πέτρας, πόλιν οὕτω καλουμένην, οὖσαν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. καὶ ἐγένετο ἀντ' E αὐτοῦ Σέβηρος πατριάρχης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἀπὸ μοναζόντων, μηνὶ νοεμβρίῳ ς', ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς φξα'.

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς κουφίσας Ἰωάννην τὸν Παφλαγόνα ἐκ τοῦ τρακτεύειν τὰ δημόσια χαρτία τοῦ πραιτωρίου τῶν ἐπάρχων ἐποίησεν αὐτὸν ἀπὸ ὑπάτων, ἀντ' αὐτοῦ ποιήσας τρακτευτὴν καὶ λογοθέτην Μαρῖνον τὸν Σύρον· ὅστις τοὺς πολιτευομένους V 42 ἅπαντας ἐπῆρε τῆς βουλῆς, καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτῶν τοὺς λεγο- O 117 μένους βίνδικας εἰς πᾶσαν πόλιν τῆς Ῥωμανίας. ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς προεχειρίσατο κόμητα λαργιτιώνων ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸν ἀπὸ ὑπάτων Ἰωάννην τὸν Παφλαγόνα τὸν λεγόμενον Καϊάφαν· ὅστις ἅπαν τὸ προχωρὸν κέρμα τὸ λεπτὸν ἐποίησε φολλερὰ προχωρεῖν εἰς πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν κατάστασιν ἕκτοτε.

Ὁ δὲ αὐτὸς Ἰωάννης τὰ χαλκουργήματα τῆς πλατείας Κωνσταντινουπόλεως ἐχώνευσεν, ἅπερ ὁ θειότατος βασιλεὺς Κων-

1. 4. καθῃρέθη bis Ch., καθαιρέθη Ox. 2. Εὐχαΐταν] Εὐχάϊτα p. 83. B. 17. λαργιτιώνων Ox. V. p. 41. A. 19. προχωρὸν] Fort. προχωροῦν.

Eodem Imperante Euphemius Patriarcha Constantinopolitanus, ut qui Nestorii partibus adhaeserat, sede sua deturbatus, in Euchaitam Ponti relegatus est, suffecto in locum ejus Macedonio; qui et ipse ob haeresim Nestorianam ejectus est. Consimiliter quoque Flavianus Patriarcha Antiochenus, tanquam Nestorianus, ad *Petras* Palaestinae Tertiae urbem, relegatus est: cui in Patriarchatu Antiochensi suffectus est Severus, Monachus, Novembris VI, anno Aerae Antiochenae DLXI.

Idem Imperator Joannem Paphlagonem, publicas Praetorii Praefecti chartas tractandi munere liberatum, Exconsulem fecit: et in locum ejus Tractatorem et Logothetam substituit Marinum Syrum. Idem etiam Magistratus Senatorii ordinis omnes muneribus suis levavit; *Vindicibus*, quos vocant, per singulas Romaniae urbes, in locum eorum suffectis. Idem Imperator Joannem Paphlagonem, Exconsulem, cognomine Caipham, Comitem Largitionum Constantinopoli constituit. Nummos hic *Miaratos* dictos, in *Follerales* commutatos, exinde per totum imperium signari jussit.

Idem etiam Joannes statuas aereas omnes, a divinissimo Constantino Imperatore Constantinopolitanae urbis ad ornatum ex omnibus undique

Digitized by Google

σταντῖνος ὡς καλλιστεύοντα ἀπὸ ἑκάστης πόλεως συναγαγὼν ἤνεγκεν εἰς κόσμησιν τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως δι' ἀρετῆς. ὁ δὲ αὐτὸς Ἰωάννης χωνεύσας αὐτὰ ἐποίησεν ἐξ αὐτῶν στήλην μεγάλην εἰς πᾶσαν ὑπερβολὴν τῷ αὐτῷ Ἀναστασίῳ βασιλεῖ· ἣν- B
5 τινα ἔστησεν εἰς τὸν κίονα τὸν μέγαν, ἑστῶτα ἀργὸν εἰς τὸν φόρον τοῦ Ταύρου τοῦ λεγομένου· ὅστις κίων πρώην μὲν εἶχε στήλην Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, καὶ ἦν πεσοῦσα εἰς τοὺς φόβους ἡ αὐτὴ O 118 στήλη μόνη.

Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ ἐξεφώνησεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς διάτα-
10 ξιν, ὥστε μὴ ποιεῖν τινα ἔγγραφον κοπιδερμίας, μήτε δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κοπιδέρμου ὀνομάζεσθαι, μήτε τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι, τῆς αὐτοῦ νομοθεσίας ἐχούσης οὕτως· ὅτι ἡμῖν ἐστιν εὐχὴ τοὺς ἐν ζυγῷ δουλείας ἐλευθεροῦν· πῶς οὖν ἀνεξόμεθα τοὺς ἐν ἐλευθερίᾳ ὄντας ἄγεσθαι εἰς δουλικὴν τύχην; ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς
15 ἕτερον ἐξέθετο θεῖον τύπον, ὥστε μηδένα δίχα σάκρας τινὰ C τεκνοποιεῖσθαι, μήτε ἄῤῥεν μήτε θῆλυ, ἀλλὰ ἀπὸ θείας σάκρας, διὰ τὸ καὶ τὸ τεκνοποιούμενον ἔχειν δίκαιον υἱοῦ νομίμου καὶ θυγατρὸς εἰς τὸ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ τεκνοποιουμένου αὐτόν.

20 Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας οἱ δῆμοι Ἀλεξανδρείας τῆς μεγάλης ἐστασίασαν καὶ ἐφόνευσαν τὸν ἀυγουστάλιον αὐτῶν Θεοδόσιον ὀνόματι, τὸν καταγόμενον ἀπὸ Ἀντιοχείας, τὸν υἱὸν Καλλιοπίου τοῦ πατρικίου, διὰ λεῖψιν ἐλαίου, ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς ϡξδ', ἰνδικτιῶνος θ'. O 119

6. *κίων* Ch., *κίον* Ox.

urbibus advectas, refudit; statuamque exinde magnitudinis plane stupendae Anastasii ejusdem Imperatoris conflavit; columnaeque ingenti, quae in Tauri Foro stetit vacua, imposuit: Quae quidem Columna Theodosii Magni statuam, terraemotuum priorum vi jam exinde excussam, olim sustinuerat.

Eodem tempore Edicto suo cavit Imperator Anastasius, ne quis *Copiderniae* Chirographum faceret: sed nec *Copidermam*, vel nomine tenus, usquam vigere voluit. Edicti autem verba sic se habent: „Quoniam nobis in votis est, uti omnes a Jugo servitutis essent liberi; quonam igitur pacto liberos homines in Conditionem servilem induci patiamur?“ Idem etiam Imperator, divino suo Edicto sancivit, ne quis, absque Literis Imperatoriis, quocunque, sive mares sive foeminas, in Liberos sibi adoptaret: ex eo, quod Liberi Adoptitii Legitimorum jus habeant, in bonis Adoptantis, etiam ex Intestato, succedendi.

Eodem imperii ejus tempore, tumultu in populo Alexandrino, ob olei defectum, concitato, Theodosius, Augustalis eorum, ex Antiochia oriundus, Calliopii Patricii filius, interfectus est, anno Aerae Antiochenae DLXIV, In-

Digitized by Google

καὶ ἀγανακτήσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πολλοὺς ἐτιμωρήσατο ἐξ αὐτῶν τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς τυραννήσαντας τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.

D Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐτυράννησε Βιταλιανὸς ὁ Θρᾴξ διὰ πρόφασίν τινα, φησί, λέγων ὅτι διὰ τοὺς ἐξορισθέντας ἐπισκόπους. καὶ παρέλαβε τὴν Θρᾴκην καὶ Σκυθίαν καὶ Μυσίαν ἕως Ὀδησσοῦ καὶ Ἀγχιάλου, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Οὔννων καὶ Βουλγάρων. καὶ ἔπεμψεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ὑπάτιον τὸν στρατηλάτην Θρᾴκης· καὶ παρετάξατο αὐτῷ, καὶ προδοθεὶς παρελήφθη ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ· καὶ δοθέντων χρημάτων πολλῶν ἀνεδόθη Ῥωμαίοις. καὶ διαδεχθέντος τοῦ αὐτοῦ Ὑπατίου, μετὰ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπάνοδον αὐτοῦ προήχθη ἀντ' αὐτοῦ στρατηλάτης Θρᾴκης Κύριλλος Ἰλλυριανός. καὶ εὐθέως ἀπελθὼν παρετάξατο τῷ αὐτῷ Βιταλιανῷ· καὶ συνέκρουσαν, καὶ ἔπεσαν πολλοὶ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· καὶ περιγενόμενος ὁ Κύριλλος εἰσῆλθεν ἐν Ὀδησσῷ τῇ πόλει, καὶ διῆγεν ἐκεῖ, Βιταλιανοῦ ἀναχωρήσαντος ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων. διὰ δόσεως δὲ χρημάτων ἐξηγόρασεν ὁ αὐτὸς Βιταλιανὸς τοὺς φυλάττοντας
O 120 τῆς αὐτῆς Ὀδησσοῦ πόλεως τὰς πόρτας, πέμψας διά τινων συγγενῶν τῶν αὐτῶν πορταρίων χρήματα καὶ τινας ἐπαγγελίας.
V 43 προδοσίας δὲ γενομένης, εἰσῆλθε νυκτὸς εἰς τὴν Ὀδησσὸν πόλιν ὁ αὐτὸς Βιταλιανός, καὶ παρέλαβε τὸν στρατηλάτην Θρᾴκης Κύριλλον καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. καὶ ἦλθε πραιδεύων πάλιν πᾶσαν

5. *Μυσίαν* Ch., *Μυσσίαν* Ox. Tum *Ὀδύσσου* Ox. frequenti vitio. Apud Hieroclem p. 636. veram scripturam servavit liber Wesselingii Proleg. p. 630. 12. *Ἰλλυριανός* Ch., *Ἰουλλιρυκιανός* Ox. Fort. addendum ὁ. 15. *Ὀδύσῳ* et 18. 20. *Ὀδύσσου* et *Ὄδυσσον* Ox.

dict. IX. Quo Alexandrinorum facto commotus Imperator, a multis eorum, ob vim Praefecto suo illatam, poenas exegit.

Ejusdem sub Imperio Vitalianus Thrax, vindictam praetexens Episcoporum exulantium, arma sumpsit; et collecto sibi Hunnorum et Bulgarorum numeroso exercitu, Thraciam, Scythiam, Mysiamque, Odyssum usque et Anchialum occupavit. Adversus hunc Imperator Hypatium, Thraciae militum Magistrum, emisit: qui, praelio cum eo commisso, proditione quadam captus, in Vitaliani manus devenit: numeratoque pecuniarum ingenti pondere, Romanis iterum restitutus est. Constantinopolim vero post reversum, Imperator magistratu abdicavit; subrogato in locum ejus Cyrillo Illyriciano; qui et ipse cum Vitaliano armis decertabat. Praelio autem commisso, plurimi utrinque ceciderunt: Cyrillus autem superior factus, Odyssum urbem se recepit; Vitaliano etiam ex regionibus illis recedente. Vitalianus interim, missis per cognatos eorum qui ad portas Odyssi excubias agebant, pecuniis, factisque etiam pollicitationibus aliis quibusdam, Custodes corruperat. Proditione itaque facta, Vitalianus urbem noctu ingreditur, captumque ibi Thraciae Militum Magistrum, Cyrillum interfe-

Digitized by Google

τὴν Θρᾴκην καὶ τὴν Εὐρώπην, ἕως οὗ ἦλθεν ἐν Σύκαις καὶ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν πέραν Κωνσταντινουπόλεως, βουλόμενος καὶ αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν λαβεῖν. καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ἀνάπλῳ ἐπὶ τὸ λεγόμενον Σωσθένην ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀναστάσιος πρώην μὲν ἦν μεταστειλάμενος διὰ Μαρίνου τὸν φιλόσοφον Πρόκλον τὸν Ἀθηναῖον, ἄνδρα περιβόητον, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος, Τί ἔχω ποιῆσαι τῷ κυνὶ τούτῳ, ὅτι οὕτως ταράσσει με καὶ τὴν πολιτείαν, φιλόσοφε; ὁ δὲ Πρόκλος εἶπεν αὐτῷ, Μὴ ἀθυμήσεις, B
βασιλεῦ· φεύγει γὰρ καὶ ἀπέρχεται, ἢ μόνον πέμψεις κατ' αὐτοῦ τινας. καὶ εὐθέως ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος εἶπε Μαρίνῳ τῷ Σύρῳ τῷ ἀπὸ ἐπάρχων, ἐστῶτι πλησίον ὅτε διελέγετο ὁ βασιλεὺς τῷ φιλοσόφῳ Πρόκλῳ, ὁπλίσασθαι κατὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ, ὄντι εἰς τὸ πέραν Κωνσταντινουπόλεως. καὶ λέγει Πρόκλος ὁ φιλόσοφος ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως Μαρίνῳ τῷ Σύρῳ, Ὅ δί- O 121
δωμί σοι λάβε, καὶ ἔξελθε κατὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ. καὶ ἐκέλευσεν ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ἐνεχθῆναι τὸ λεγόμενον θεῖον ἄπυρον πολύ, εἰπὼν τριβῆναι αὐτὸ ὡς εἰς μῆγμα λεπτόν, καὶ δέδωκε τῷ αὐτῷ Μαρίνῳ, εἰρηκὼς αὐτῷ ὅτι Ὅπου ῥίψεις ἐξ αὐτοῦ C
εἴτε εἰς οἶκον εἴτε ἐν πλοίῳ μετὰ τὸ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, εὐθέως ἅπτεται ὁ οἶκος ἢ τὸ πλοῖον καὶ ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεται. ὁ δὲ Μαρῖνος παρεκάλεσε τὸν βασιλέα ἵνα ἕνα τῶν στρατηλατῶν αὐτοῦ πέμψῃ λαμβάνοντα τὸ βοήθημα· καὶ εὐθέως μετε-

9. ἀθυμήσεις] Malim ἀθυμήσῃς.

cit. Tum vero Thraciam rursus omnem et Europam depraedabatur, ad Sycas etiam ipsas perveniens Trajectumque Constantinopolitanum; urbem etiam ipsam invadere in animo habens. Itaque in Trajectu ipso, ad S. Michaelis Archangeli, quae in Sosthenio est, Aedem Oratoriam, cum suis consedit. Imperator autem, accersito prius per Marinum Proclo, Philosopho Atheniensi, magni nominis viro: „Dic Philosophe, inquit ei Anastasius Imperator, quid de Cane hoc facturus sum, qui sic Me Rempublicamque perturbat?“ Respondet ei Proclus: „Animum ne despondeas Imperator; quamprimum enim armatos aliquot in illum emiseris, fugam sine mora capessurus est.“ Edixit itaque Imperator Marino Syro, Expraefecto, qui ei cum Procle verba facienti adstabat, uti ipse Vitalianum, qui e regione Constantinopolis cum copiis suis consederat, adoriretur. Proclus autem Philosophus Marinum Syrum, coram Imperatore, in hunc modum alloc utus: „Tu, inquit, Vitalianum adorturus, quod tibi dabo, modo sumas velim.“ Jussit itaque Philosophus ingens vivi sulphuris pondus adduci; quod in partes minutissimas contritum, Marino dedit: „Hoc, inquiens, quibuscunque tu tectis aut navigiis superinjeceris, ea statim ab exortu solis accensa conflagrare videbis, adeoque ab ignibus absumi. Sed Marinus quoque Imperatorem adhortatus est, uti aliquem ex Magistris Militum, ar-

Digitized by Google

στειλατο ὁ βασιλεὺς Πατρίκιον τὸν Φρύγα, τὸν στρατηλάτην, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαλεριανῆς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁπλίσασθαι κατὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ εἰς τὸ πέραν, λαμβάνοντας πλοῖα δρομώνων καὶ στρατιώτας. καὶ ἔπεσαν ἐπὶ τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως, λέγοντες ὅτι Καὶ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ οἱ δύο ἡμεῖς φίλοι ἤμεθα· καὶ μὴ συμβῇ τινα ἀποτυχίαν γενέσθαι, D καὶ ὑπανοηθῶμεν ὡς προδόται. καὶ ἀγανακτήσας κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς ἔβαλεν αὐτοὺς ἔξω τοῦ παλατίου, καὶ κελεύσας Μαρίνῳ τῷ Σύρῳ λαβεῖν τοὺς δρόμωνας καὶ τὸ θεῖον ἄπυρον καὶ τὴν στρατιωτικὴν βοήθειαν ὁπλισαμένην, καὶ ἐξελθεῖν κατὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ. ἀκούσας δὲ Βιταλιανὸς ὅτι μετὰ πολλῆς βοηθείας ἐξέρχεται ὁ Μαρῖνος κατ' αὐτοῦ, ὅσα εὗρε πλοῖα ἐκράτησε καὶ ἐγόμωσεν αὐτὰ Οὐννικὴν καὶ Γοτθικὴν χεῖρα ὡπλισμέ- O 122 νους. καὶ ὥρμησεν εἰσελθεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν, θαρρῶν ὅτι πάντως αὐτὴν λαμβάνει, καὶ Μαρῖνον δὲ ἀπαντῶντα ἀναλίσκει μεθ' ἧς ἔχει βοηθείας. ὁ δὲ Μαρῖνος ἐρρόγευσε τὸ θεῖον ἄπυρον, ὃ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ φιλόσοφος, εἰς ὅλα τὰ πλοῖα τῶν δρομώ- E νων, εἰρηκὼς τοῖς ναύταις καὶ τοῖς στρατιώταις ὅτι οὐ χρεία ὅπλων, ἀλλ' ἵνα ῥίπτετε ἐκ τούτου εἰς τὰ ἐρχόμενα κατέναντι ὑμῶν πλοῖα καὶ καίονται. εἰ δὲ πέραν ἀπέλθωμεν εἰς τοὺς οἴ- κους, ἔνθα εἰσὶν οἱ ἐχθροὶ τοῦ βασιλέως, ἐκεῖ ῥίψατε. ὁ δὲ Μαρῖνος, καθὼς εἶπεν αὐτῷ ὁ φιλόσοφος ὅτι ἀνάπτονται ὑπὸ

8. δρομώνων] δρομόνων Ox. Sic et v. 17. 16. ἐῤῥόγευσε Ch., ἐρόγευσε Ox.

mata manu instructum, belli socium sibi daret. Accersitis itaque Patricio Phryge, Militum Magistro, et Joanne, Valerianae F. edixit illis Imperator; uti cum militum et navigiorum apparatu trajicientes, Vitalianum adorirentur. Ad pedes itaque ejus hi procidentes; „Nos, inquiunt, Tui ipsius Patrisque tui amicissimi semper fuimus: [veremur autem] ne, si quid secus acciderit, Nos proditionis postularemur.“ Sed movebant haec Imperatori stomachum: itaque duobus illis ex Palatio ejectis, Marino Syro negotium dedit; uti dromonibus et armata manu acceptis, et assumpto secum vivo sulphure, Vitalianum ipse aggrederetur. Vitalianus autem ubi audierat Marinum, copiis magnis instructum, sibi imminere adversarium; navigiorum quodcunque potuit corrasit: quibus Gothicis Hunnicisque copiis onustis, Constantinopolim ipsam aggredi in animo habuit; inani scilicet spe fretus ipsam occupandi, Marinumque obviam sibi prodeuntem, cum copiis ejus omnibus, opprimendi. Marinus autem de vivo illo Sulphure, quod a Philosopho acceperat, navigiis undique distribuit; Nautis insuper indicans et militibus, nil armis opus esse; modo ut de vivo illo sulphure acciperent jussit, navibusque in adversum occurrentibus immitterent; quae exinde statim conflagraturae essent. Quod si ulteriorem etiam ripam occupare potuerint, hoc ipsum tectis hostium Imperatoris uti injicerent, in mandatis dedit. Marinus itaque, ubi prae-

Digitized by Google

τοῦ πυρὸς τὰ πλοῖα καὶ ποντίζονται αὐτανδρα, παρήγγειλεν αὐτοῖς ῥίπτειν· καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ πέραν κατὰ Βιταλιανοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ. καὶ κατήντησαν καὶ τὰ πλοῖα Βιταλιανοῦ, καὶ εὐρέθησαν ἔγγιστα ἀλλήλων κατέναντι τῆς ἁγίας Θέκλης τῆς ἐν Σύ- V 44
5 καις εἰς τὸν τόπον τοῦ ῥεύματος ὅπου λέγεται τὸ βυθάριν. καὶ γίνεται ἐκεῖ ἡ ναυμαχία ὥραν τρίτην τῆς ἡμέρας· καὶ ἀνήφθησαν ἐξαίφνης ὑπὸ πυρὸς τὰ πλοῖα ἅπαντα Βιταλιανοῦ τοῦ τυράννου καὶ O 123
ἐποντίσθησαν εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ῥεύματος μεθ' ὧν εἶχον Γύτθων καὶ Οὔννων καὶ Σκυθῶν στρατιωτῶν συνεπομένων αὐτῷ. ὁ δὲ Βι-
10 ταλιανὸς καὶ οἱ εἰς τὰ ἄλλα πλοῖα προσεσχηκότες τὸ γεγονὸς, ὅτι ὑπὸ πυρὸς αἰφνίδιον ἀνάπτονται τὰ ἑαυτῶν πλοῖα, ἔφυγον καὶ ὑπέστρεψαν ἐπὶ τὴν ἀνάπλουν. Μαρῖνος δὲ ὁ ἀπὸ ἐπάρχων περάσας ἐν Σύκαις, ὅσους εὗρε τῶν Βιταλιανοῦ εἰς τὰ προάστεια ἢ εἰς οἴκους, ἀνεῖλε, καταδιώκων αὐτοὺς ἕως τοῦ ἁγίου Μάμαντος·
15 καὶ γενομένης ἑσπέρας ἔμεινε Μαρῖνος καὶ ἡ βοήθεια αὐτοῦ φυ- B
λάττουσα τὰ ἐκεῖ. ὁ δὲ Βιταλιανὸς ἔφυγε νυκτὸς μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων αὐτῷ ἐκ τοῦ ἀνάπλου, ὁδεύσας ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ μίλια ξ'· καὶ πρωΐας γενομένης οὐδεὶς εὑρέθη εἰς τὸ πέραν
ἐκ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ, καὶ ἐνίκησεν ὁ σωτὴρ Χριστὸς καὶ O 124
20 ἡ τοῦ βασιλέως τύχη. καὶ ἐποίησε πρόκισσον ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος εἰς τὸ Σωσθένιν, ἐν τῷ ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ εὐχαριστῶν ἐπὶ ἡμέρας πολλάς. ὁ δὲ φιλόσοφος Πρόκλος ὁ Ἀθηναῖος αἰ-

3. εὑρέθησαν Ox.

ceptum, quod a Philosopho acceperat, de navigiis hoc modo comburendis, vectoribusque submergendis, militibus suis tradidisset, ulteriorem Trajectus ripam petit, Vitalianum aggressurus. Sed et Vitalianus quoque Marino sese obviam dedit; propiusque jam a se invicem classes abfuerunt, e regione Templi S. Theclae, quod Sycis est, juxta sinus locum qui *Bytharium* dicitur. Ubi ad horam diei tertiam, navali praelio commisso, derepente Tyranni Vitaliani classis conflagrans, una cum Gotherum, Hunnorum, et Scytharum, quos sibi adsciverat, copiis, profundo mari demersa est. Vitalianus autem ipse, quique in reliquis erant navibus, classem ab ignibus sic absumptam videntes; in fugam versi, Trajectum repetierunt. Marinus itaque copiis trajectis, quotquot eorum qui a Vitaliani partibus steterant, Sycarum in suburbiis vel domibus invenit, omnes e medio sustulit, insectatus eos usque ad D. Mamantis templum: Ubi nocte jam ingruente, ipse cum copiis suis consedens excubias agebat. Vitalianus interim cum suis, qui ex clade superfuerunt, omnibus noctu ex Trajectu fugit, milliaria per eam noctem LX emensus: adeo ut mane proximo Vitaliani ex militibus, ad ulteriorem ripam, nec unus quidem inventus esset. Hanc vero Imperio victoriam conciliavit Salvator Christus et Fortuna Imperatoris. Anastasius itaque Imperator, ad Sosthenium Processum faciens, in templo S. Michaelis Archangeli, gratias Deo, per plures dies, solennes habuit. Proclus autem Philoso-

Digitized by Google

τήσας τὸν βασιλέα ἀπελύθη, μηδὲν ἀνασχόμενος λαβεῖν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως· ἦν γὰρ κελεύσας αὐτὸν λαβεῖν κεντηνάρια τέσσαρα· ὅστις φιλόσοφος ἀπελθὼν ἐν Ἀθήναις εἰς τὴν ἰδίαν
C πόλιν εὐθέως ἐτελεύτησεν. ἔλεγον δέ τινες ἐν Κωνσταντινουπόλει ὅτι ἀπὸ τῆς θέρμης τοῦ ἡλίου, ὡς λεπτότατον ὄντα, τὸ θεῖον ἄπυρον ῥιπτόμενον εἰς τὸν ἀέρα ἅπτεται καὶ φυσικόν ἐστι τοῦτο. ὁ δὲ Βιταλιανὸς ἀπελθὼν ἐν Ἀγχιάλῳ ἐκάθητο ἐκεῖ ἡσυχάζων.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τοῦ αὐτοῦ Ἀναστασίου βασιλέως οἱ Οὖννοι Σάβειροι περάσαντες τὰς Κασπίας πύλας, ἔθνος πολεμικώτατον, ἦλθον ἕως Καππαδοκίας, καὶ προιδεί σαντες αὐτὴν καὶ ὅσας παρῆλθον χώρας Ῥωμαίων, καὶ ἐφόνευσαν πολλοὺς καὶ ἔκαυσαν τὰ
D κτήματα καὶ λαβόντες αἰχμαλωσίαν πολλὴν ἀνεχώρησαν. ἦλθον δὲ οἱ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας προιδευθέντες, καὶ πολλὰ παρέσχεν ὁ
O 125 βασιλεὺς τοῖς προιδευθεῖσιν ἑκάστης πόλεως. ἔκτισε δὲ καὶ τείχη ταῖς μεγάλαις κώμαις Καππαδοκίας καὶ ἐ σφαλίσατο τὰς δύο Καππαδοκίας· καὶ συνεχώρησε πάσαις ταῖς προιδευθείσαις ἐπαρχίαις τὰς συντελείας εἰς τέλειον ἐπὶ ἔτη γ'.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Ῥόδος νῆσος τὸ τρίτον αὐτῆς πάθος νυκτός· καὶ πολλὰ αὐτοῖς τοῖς περιλειφθεῖσιν ἐχαρίσατο καὶ τῇ πόλει λόγῳ κτισμάτων.
E Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐγένετο δημοτικὴ ἐπανάστασις πε-

10. πολεμικώτατον Ch., πολεμικότατον Ox.

phus Athenienſis, diſcedendi facultate ab Imperatore impetrata, dimiſſus eſt, quatuor Centenaria accipere ab ipſo juſſus: Quibus tamen non acceptis, vacuus in urbem ſuam diſcedere maluit; ubi paulo poſt diem obiit. Dixerunt autem ex Conſtantinopolitanis nonnulli, Sulphur hoc vivum, in aërem projectum, ſubtiliſſimum cum ſit, radiis ſolaribus accendi; et Naturae etiam viribus haec perfici potuiſſe. Caeterum Vitalianus, in Anchialum ſecedens, illic demum acquieſcit.

Ejuſdem Anaſtaſii ſub Imperio Hunni Sabiri, gens bellicoſiſſima, Portis Caſpiis trajectis, Cappadociam adusque penetrarunt: quam, una cum iis etiam omnibus, quas praeteribant, regionibus Romanorum depraedantes, quamplurimos occiſioni dederunt: et poſſeſſionibus eorum ignibus devaſtatis, cum praeda ingenti receſſerunt. Accedentibus itaque ad Imperatorem a ſingulis ſuis urbibus qui bonis ſuis exuti fuerant, abunde eis ſuppeditatum eſt. Quin et grandiores Cappadociae pagos Imperator moenibus cinxit; Cappadociam quoque utramque propugnaculis munivit, ſpoliatas etiam Provincias a tributis quibuſcunque pendendis, per triennium, immunes eſſe juſſit.

Eodem Imperante, tertiam Coeleſtis irae viciſſitudinem, nocturno tempore paſſa eſt Rhodus inſula: ad quam reſarciendam, ſuperſtitibus incolis Imperator plurima largitus eſt.

Ejuſdem ſub imperio, tumultus in populo Byzantino, Religionis cau-

Digitized by Google

ρὶ τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος παρὰ τῶν Βυζαντίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὡς βουληθέντος τοῦ αὐτοῦ βασιλέως προσθεῖναι εἰς τὸ Τρισάγιος τὸ „ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς", καθὼς ἐν ταῖς ἀνατολικαῖς πόλεσι λέγουσι. καὶ συναθροισθὲν τὸ πλῆθος τῆς πόλεως ἐστασίασαν δυνατῶς, ὥς τινος παραξένου προστιθεμένου τῇ πίστει τῶν χριστιανῶν. καὶ θρύλος ἐγένετο ἐν τῷ παλατίῳ, ὥστε τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως Πλάτωνα εἰσδραμόντα φυγεῖν καὶ ἀποκρυβῆναι τὴν τοῦ δήμου ὀργήν. ἔκραζον γὰρ στασιάζοντες, Ἄλλον βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὰ Μαρίνου τοῦ Σύρου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων ἔκαυσαν τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἐπραίδευσαν τὰ αὐτοῦ πάντα· αὐτὸν γὰρ οὐχ εὗρον. ἀκούσας γὰρ ὅτι εἰς τὸν αὐτοῦ τὸ πολὺ πλῆθος τοῦ δήμου ἔρχεται, ἔφυγεν· ἔλεγον γὰρ ὅτι ὡς ἀνατολικὸς αὐτὸς τῷ βασιλεῖ ὑπέβαλε λέγεσθαι τοῦτο. καὶ πραιδεύσαντες τὰ αὐτοῦ δημόσια τὸν ἄργυρον αὐτοῦ εἰς ἀξίνας ἔκοπτον καὶ ἐμερίζοντο. εὗρον δὲ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ μονάζοντα ἀνατολικόν, καὶ τοῦτον συλλαβόντες ἐφόνευσαν, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς κοντὸν βαστάζοντες ἔκραζον, Οὗτός ἐστιν ὁ ἐπίβουλος τῆς τριάδος. καὶ ἐλθόντες εἰς τὰ Ἰουλιανῆς τῆς ἐπιφανεστάτης παρθενίας ἔκραζον διὰ τὸν ἄνδρα αὐτῆς Ἀρεόβινδον βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ· καὶ ἔφυγεν Ἀρεόβινδος ἐν περάματι κρυβείς. καὶ ἀνελθὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ εἰς

V 45
O 126
B

6. Θρύλλος Ox. 7. πόλιως Ox. 18. κόντον Ox.

Pag. 26. 10 *ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ προειρημένου Σώστρου ἦν Ἑρμῆς*] Sostris hic Sesostris, ab aliis omnibus, uti supra monuimus, appellatur: lapsus est interim Chr. Al. interpres, ubi Sesostrim hunc, eundem facit cum Mercurio Trismegisto. Scilicet fraudem ei facere potuisset Codex vitiosus, qui pro verbis hisce *ε. τ. χ. τῆς βασιλείας Σέσωστρις, ὃς ἦν Ἑρμῆς*, forte habere debuisset, *ε. τ. χ. τῆς βασ. Σεσώστριδος, ἦν Ἑρμῆς.*

Pag. 26. 18. *ζητήσετε*] *ζητήσεται* legit Chr. Al. mendose.

Ibid. ἀμυήτους τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι] Chr. Al. *εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα μ. π.* caeterum mendosus penitus est locus iste, adeoque ex ipso Cyrillo, unde haec omnia, cum nostro, desumpserunt Suidas, Cedrenus, Chr. Alex. Autor, restituendus.

Pag. 27. 1. *ἡ τούτου ἑνότης*] Scr. *ἢ τούτου ἑνότης*; vel, si mavis, cum Cedreno, *ἢ ἡ τούτου ἑνότης.*

Pag. 28. 10. *Κάσσον, καὶ Βῆλον*] *Ἰάσονα καὶ Βῆλον*, habet Chr. Alex. contra Historicorum fidem.

Pag. 29. 7. *καὶ τὸν Τριπτόλεμον*] Quemnam tandem hic habemus Triptolemum? Atticum quidem illum, agriculturae inventorem, nobis exhibent Historici; qui tamen Inacho cccc. annis posterior est, juxta Euseb. in Chron.

Pag. 29. 10. *προύοντες εἰς ἕκαστον οἶκον αὐτοῦ, καὶ λέγοντες*] Talis cujuspiam consuetudinis, qua peregrinationis socios, in terra aliena obeuntes, *πατριῶται* in reditu suo ter nominatim compellare solebant, ex Homero meminit Jo. Tzetzes, Chil. 6.

Digitized by Google

Τὸ πρότερον τοὺς θνήσκοντας εἰς γῆν τὴν ἀλλοτρίαν
Ἀποδημοῦντες οἱ αὐτῶν τρισσάκις ἀνεκάλουν.
Ὡς Ὁμηρος ἐδίδαξε βίβλῳ τῆς Ὀδυσσείας.

Pag. 30. 8. *ἦσαν γὰρ αὐτῶν συγγενεῖς*] Corrige Chr. Alex. legit enim *ἦσαν γὰρ αὐτῷ συγγενεῖς*. mendose.

Pag. 30. 13. *καὶ ἔσχεν υἱοὺς ἐκ τῆς Τυρῶ, τὸν Κάδμον καὶ τὸν Φοίνικα*] Chr. Alex. legit, *καὶ ἔσχεν υἱὸν ἐκ τῆς Τυρῶ, τὸν Κάδμον τὸν Φοίνικα* etc. ac si Cadmus ac Phoenix idem essent: atque hunc sensum secutus est Interpres haec vertendo, *ex Tyro suscepit Cadmum illum Phoenicem:* quem etiam errorem prosequitur in sequentibus, ubi Europam Cadmi Phoenicis filiam esse vult, contra Gr. Codicis fidem. Caeterum mendosum utcunque esse hunc locum, tum ex Nostro, tum ex Chr. Alex. pagina sequente satis patet.

Pag. 30. 18. *μὴ ὁμοφωνήσαντες τοῖς χρονογράφοις.*] iterum corrigendum Chr. Alex. ubi habes, *καὶ ὁμοφωνήσαντες τ. χρ.* sensu plane nullo. Interim non satis video, quos tandem Poetas Autor hic nobis innuit. Palaephatus quidem, *περὶ ἀπίστων*, Europam Phoenicis F. facit; Poeta, quod sciam, nullus.

Pag. 30. 21. *καὶ πραιδεύσας*] Chr. Alex. legit, *καὶ παιδεύσας*· corrupte.

Pag. 30. 23. *ἐπὶ τὸ λίμιτον*] Vocabulum hoc barbarum apud Graecos recentiores frequenter occurrit, pro Limitibus, seu Finibus usurpatum: unde *λιμιτανεοὶ στρατιῶται*, Milites Limitanei, ad Imperii fines tutandos collocati: in compositione etiam *τὸ Ἰνδολίμιτον*, pro Indiae finibus, apud hunc nostrum passim habes.

Pag. 31. 3. *λέγοντες, Κακὴν ὀψινὴν*] Verba haec reddimus, *Vesperam Infaustam appellantes.* Lexic. Graecolat. Vet. *ὀψινὴ ὥρα ἡ μετὰ ἡλίου δυσμάς, Crepusculum.* Corrigendum interea Chr. Alex. ubi legitur, *κἀκεῖ ὀψινῇ.*

Pag. 31. 9. *ἣν ἐκάλεσε Γορτύναν*] Urbs haec, *Γόρτυν*, a Stephano appellatur, qui etiam a Gorty Heroe nomen hoc eam accepisse tradit; cum primum Larissa, deinde Cremnia vocata fuisset.

Pag. 31. 11. *τὴν δὲ τῆς αὐτῆς πόλεως τύχην*] Virginum in urbibus condendis immolatarum, eisdem ut essent in Fortunas sive Genios, plurima in hoc Autore occurrunt exempla.

Pag. 31. 20. *καλέσας τὴν ἐπιλαχοῦσαν αὐτῷ χώραν Συρίαν*] Syria non a Syro nescio quo nomen habuit, sed a Graecis Assyria corrupte sic dicta est. Justinus Syros et Assyrios eosdem esse testatur lib. 1. *Imperium Assyrii, qui postea Syrii dicti sunt, annos* MCCC *tenuere.* Herodotus etiam in Polymn. de Assyriis verba habens, *Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν Βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν.*

Digitized by Google

Pag. 31. 21. *τὸ ἐπιλαγχάνων αὐτῷ κλ.*] Scr. *ἐπιλαγχάνον*, sive *ἐπιλαχόν*.

Pag. 32. 9. *ἐωριζόμενος*] *ἐωριζόμενος*, pro *αἰωριζόμενος*; ex *αι* vocalis in *ε* permutatione in Cod. Mss. usitatissima. Cedren. habet *μετεωριζόμενος* et Noster etiam infra, de Leda, lib. 4. p. 50.

Pag. 32. 5. *κοχλιοειδές*] Scr. *κοχλιῶδες*.

Pag. 33. 5. *οἱ κατὰ τόπον βασιλεῖς*] Verum corrige Chr. Alex. cujus autor ex nostro haec omnia *κατὰ λέξιν* desumpsit; habet enim *οὐ κατὰ τόπον βασιλεῖς*; quae Codicis corruptela Interpretem etiam in errorem duxit.

Pag. 33. 7. *καὶ μανδύας ἐπενόησαν*·] *μανδύη* hoc loco significat Pallium Regium, seu vestem superiorem: quod Itali *Mantello* vocant, a Latino Mantelum, seu Mantellum. Jul. Pollux, lib. 7. c. 13. vestem hanc Penulae aliquantum similem esse dicit: *ἡ δὲ μανδύη ὅμοιόν τι τῷ καλουμένῳ φαινόλῃ*. Chr. Alex. habet, *μαντεῖα*, quod Raderus *Idola* vertit; longe satis a proposito. *Μαντίον* etiam infra vocat Auctor noster lib. 17. p. 416. ubi de Justino Imp. cladem Antiochensem ex terrae motu lugente haec habet: *δίχα διαδήματος εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, μετὰ πορφυροῦ μαντίου, κλαίων*.

Pag. 33. 14. *ὁ καὶ Πομπηΐανὸς*.] Scr. *Πομπήλιος*, uti habet Chr. Alex. sive *Πομπίλιος*; de hoc enim loquitur Autor.

Pag. 34. 6. *Ὁ δὲ Σύρος* etc.] Quae noster Syro, Cedrenus Phoenici, adeoque verbis ipsissimis, tribuit: licet auctorem suum Cedrenus Clementem, quem noster Clemium appellet.

Pag. 34. 21. *ὁ δὲ σοφώτατος Βούττιος*] hunc Chr. Alex. *Βρούτιον* appellat. Buttii, sive Bottii, frequens apud nostrum mentio; Brutii nulla. Brutii etiam Historici cujusdam apud Euseb. in Chronic. mentio occurrit.

Pag. 35. 2. *ἠδυνήθη προτρεψάμενος*] *δύναμαι* apud auctorem hunc frequenter eodem sensu quo hic usurpatur, sonatque voti compotem fieri, sive, aliquid agendi opportunitatem nancisci. ita infra, lib. 7. p. 155. *δυνηθέντες δὲ οἱ συγκλητικοὶ ἔγραψαν δεόμενοι Μαλίου* etc. et lib. 18. p. 470. *τινὲς δὲ ἐκφυγεῖν δυνηθέντες, ἀπήγγειλαν τὰ γενόμενα*.

Pag. 35. 7. *τοῦ μυσεροῦ σκύφους*] Scr. *μυσαροῦ*. sed et *σκύτους* etiam reponendum docent sequentia, fabulaeque ipsius authoritas.

Pag. 35. 15. *διαφθονούμενος τοῖς τέκνοις τοῦ Νίνου*] *διαφθονούμενος* hic active sumi videtur: ita etiam lib. 11. p. 254. *μαθὼν, ὅτι διαφθονεῖται τῷ Σανατρουκίῳ* etc. et lib. 5. p. 85. *ἡ δὲ ταύτης ἀδελφὴ Καλυψὼ διαφθονουμένη αὐτῇ, ἔχθραν εἶχε πρὸς αὐτὴν μεγάλην*. Josephi etiam fratres, *διαφθονούμενοι αὐτῷ*, eum vendidisse dicuntur. lib. 3. p. 29.

Pag. 35. 21. *λογχοδρεπάνῳ ξίφει*] Novum hoc teli genus.

Digitized by Google

Chr. Alex. disjunctim legit. *λόγχῳ, δρεπάνῳ ξίφει:* verum sensus ipse hoc recusare videtur: quomodo enim hasta, quam ferebat, verticis comam prehendere potuerit Perseus.

Pag. 35. 24. *μυσερᾶς*] Scr. *μυσαρᾶς.*

Pag. 36. 19. *διότι πρώτης νίκης εἰκόνα*] Chr. Al. *διὰ τὶ πρὸ τῆς νίκης εἰκ.* corrupte.

Pag. 37. 21. *γνόντες αὐτόν*] locus suspectus: supplendum videtur *καί*, aut *δέ.*

Pag. 38. 3. *νυνὶ δὲ Ορόντου*] Chr. Alex. habet, *νυνὶ δὲ ὅρισεν*, mendose.

Pag. 39. 6. *ὁ υἱὸς τοῦ Περσέως*] Filius hic Persei, *Μέρως*, a Cedreno vocatur: Chr. quoque Alex. legit, *ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Περσέως καὶ τῆς Ανδρομήδας Μέρος προβληθεὶς* etc. ubi tamen Interpres, *μέρος*, pro nomine proprio nequaquam sumit. Sed nec Auctoris sui mentem in reliquis assequutus est.

Pag. 39. 8. *ὅστις ἐκέλευσε*] o. *ἐβασίλευσε*, apud Chr. Alex. Caeterum locus iste totus, pessime a librariis habitus, ex nostro sanandus est.

Pag. 41. 5. *Αἰχίονί τινι συγκλητικῷ*] Licet *συγκλητικός*, per totam Historiam Romanorum, Senatorem denotet: apud Auctorem tamen nostrum latiori sensu, pro quovis Nobili, sumi videtur: omni enim tum genti, tum aetati, tum sexui tribuit: ita lib. 18. p. 430. Auxumitarum Indorum rex, devicto rege Homeritense, *συγκλητικοὺς αὐτοῦ δύο, καὶ μετ' αὐτῶν διακοσίους* ad Alexandriam misit, Episcopum a Justiniano petituros. Ita etiam lib. 3. p. 32. Perithous, Nobilis juvenis, Proserpinae, Aidae regis F. amasius, *συγκλητικὸς* appellatur. Lucretia etiam foemina Nobilis Romana, Collatini uxor, *συγκλητικὴ* dicta est, lib. 7. p. 15.

Pag. 41. 21. *ὡς ἐκ γένους ὄντα πατρώου*] Cedrenus habet, *ὡς ἐκ γένους ὄντα Διός.*

Pag. 42. 14. *καὶ ἑωρακὼς αὐτὸν*] *ὁ Πενθεὺς* post haec supplendum videtur.

Pag. 43. 1. *σκίρτους ἐκάλει*] Ita Cedrenus etiam: *καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας σκίρτους ἐκάλεσε, διὰ τὸ ἅλλεσθαι καὶ πηδᾶν· τὰς δὲ γυναῖκας, Βάκχας.*

Pag. 43. 14. *ὅτι ἐλυπήθη πρὸς αὐτούς*] *λύπη*, apud auctorem nostrum non dolorem, aut moestitiam, sed iracundiam et indignationem ubique significat. Ita Theodosius Imperator, ubi rescivisset Eudoxiam filiam suam Romae Vandalis proditae auctorem fuisse, *ἐλυπήθη πρὸς αὐτὴν*; ei infensus erat, nullamque deinceps ejus rationem habuit: lib. 14. p. 353. Illus etiam Zenonis Imper. intimus, cum ex insidiis in se a Verina Aug. structis, praecisa saltem aure, evasisset, atque Imperator se facinoris inscium fuisse jurasset; fidem ei nihilominus derogavit Illus,

Digitized by Google

atque ἔχων τὴν λύπην, Imperatori exinde infensus vindictam meditatus est: lib. 15. p. 377.

Pag. 45. 20. ἐν τῷ ἱερῷ Ἡλίου παρακοιμηθῆναι.] Veteribus de re quapiam Numina consulturis, aut aliquid ab eisdem petituris in more positum erat, Templa Deorum, locaque sacra intrare, ibique decubantibus, per quietem Oraculi responsum expectare. Moris hujus antiqui apud Lycophronem Mentio:

Δοραῖς δὲ μήλων τοίμον ἐγκοιμωμένοις
Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτὴν φάτιν.

Ad quem locum Is. Tzetzes Scholiastes testatur apud Daunos, sive Calabros morem invaluisse, Podalirii sepulchrum, pro morborum suorum medela, invisendi; ibique pellibus Ovinis, (ἐν μηλωταῖς) incumbendi, καὶ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτοῦ. Virgilius etiam, Aeneid. lib. 7. Latinum Regem Fauni oracula consulentem introducit, verbis hisce.

Huc dona sacerdos
Cum tulit, et caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit:
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces fruiturque Deorum
Colloquio.

Ubi quod noster, παρακοιμηθῆναι, Virgilius, *incubare*, dixit: quod, Servio teste, proprie dicitur de his qui dormiunt ad accipienda Responsa. Unde est, *ille incubat Jovi*, id est, dormit in Capitolio, ut Responsa possit accipere. Consuetudo autem haec usque ad Constantin. M. viguisse testatur auctor Noster, qui lib. 3. p. 46. Imperatorem hunc Sosthenium ab Argonautis conditum visitantem, deque statuae ibidem positae figura Angelica scisitandi causa, τῷ τόπῳ παρακοιμώμενον introducit. Sed et Julianus etiam ὁ παραβάτης, suscepta in Persas expeditione, sacrisque ad Daphnem, Antiochense suburbium, Apollini peractis, παρακοιμηθεὶς, per quietem vidit puerulum flavum, qui mortis locum ei praenunciabat: lib. 13. p. 312.

Pag. 46. 13. καὶ ἐκεῖνον δὲ ἀμύνηται] ἀμύνω, auxilior, ἀμύνομαι ulciscor, vel poenas ab aliquo exigo, proprie significant. Hesychius: ἀμῦναι, ἀπαλεξῆσαι, τιμωρῆσαι. Ammonius de verb. simil. et differ. Ἀμύνεσθαι, καὶ ἀμύνειν διαφέρει· ἀμύνεσθαι μὲν γὰρ ἐστὶ τὸ κολάζειν τοὺς προαδικήσαντας· ἀμύνειν δὲ τὸ βοηθεῖν. Ad eundem Moschopulus: ἀμύνω, τὸ βοηθῶ· ἀμύνομαι δὲ, τὸ τιμωροῦμαι, ἤγουν κολάζω.

Pag. 47. 4. γεηπόνος] Scr. γηπόνος.

Pag. 47. 18. οἱ τοῦ αὐτοῦ κτήματος] κτῆμα hoc loco, uti etiam infra, p. 23. pro vico, sive villa sumitur: unde apud Graecos recentiores, κτήτωρ, paganus, aut etiam vici, vel urbis alicujus incola. Exempla hujus generis apud hunc nostrum frequenter occurrunt; quae omnia suo loco videbimus Idem vide-

Digitized by Google

re est apud Chr. Alex. p. 914. *οἱ γὰρ Βριασμάνας τῆς πόλεως τῶν Κανζάκων, καὶ πάντες οἱ κτήτορες αὐτῆς, ἡνίκα ἔμαθον* etc. Atque haec me movent, ut non assentiar Jo. Leunclaio, qui in Notis suis ad Constantini Porphyrogennetae Novel. 1. pro, *οἱ κτήτορες, οἰκήτορες* reponi vult.

Pag. 49. 4. *Ἀμφίων ὁ λυρικὸς*] De Amphione lapides ad Thebas condendas cantu trahente, nota Fabula. Jo. Tzetz. Chil. 1. eum lapidicidis lapides compingentibus lyra accinisse asserit: et postea Alexander, Thebarum moenia effodiens, lugubribus cantilenis in hoc opere usus est: teste Callisthene apud eundem Tzetzem.

— Ἀμφίων μὲν ἥδε κρατῶν τὴν λύραν,
Οἱ λιθουργοὶ δ' ἐπείρηδον, τοὺς λίθους συντιθέντες.
Ὡς ὕστερον Ἀλέξανδρος, ἐκείνας κατασκάπτων
Θρηνώδεσιν αὐλήμασιν, ὡς Καλλισθένης γράφει.
Ὁ Ἰσμενίας ἤλει γὰρ, αἱ Θῆβαι δ' ἐπορθοῦντο.

Pag. 49. 12. *ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον ἔφθειρε*] *μεταβληθεὶς*, aut quid tale supplendum, legendumque, *ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον μεταβληθεὶς, ἔφθειρε.*

Pag. 49. 16. *ὅ ἐστι, κατὰ τὴν Βοιωτῶν γλῶσσαν, εἰς ἄλλο σῶμα εὐτελέστερον·*] Cedrenus hunc locum ex Nostro, uti conjectari in promptu est, describens, verborum tamen sensum, *τὸ χωρήσειν* interserendo, pervertit: adeo ut *σάτυρος* non amplius corpus aliquod vilius, uti noster vult; sed potius, mutationem, sive transmigrationem in corpus aliquod vilius significet. Apud Hesychium, *σάτυροι*, sunt *μορφαὶ ἀπρεπεῖς.*

Pag. 50. 7. *κοῦσπος*] De hoc vide Jo. Meursii Glossar. et Fabroti in Cedren. Glossar. Istius vero *ποδοκάκης*, inter alias meminit Jo. Tzetz. Chil. 18.

Κοῦσποι δέ, καὶ κλοιόποδες, οὕσπερ φαμὲν καὶ κλάπους,
Καὶ ὅσα δὲ κακύνουσι τοὺς πόδας ποδοκάκαι.

Ubi vocabulum, *ποδοκάκη, παρὰ τὸ τοὺς πόδας κακύνειν*, deductum esse, innuere videtur. Hesychius tamen dictum vult, *ποδοκάκη* per syncopen, quasi *ποδοκατόχη.*

Pag. 50. 11. *Καὶ λαβὼν, ἐν ᾗ ἐβάσταζεν ἀξίνῃ ἔκλασε*] Nova haec loquendi formula; nisi forte particula, *ἐν*, redundet.

Pag. 50. 12. *ὅπου ἐσφάληντο οἱ αὐτοῦ πόδες*] Quid hoc Barbarismi portentum! anne scriptum fuerit, *ἠσφάλησαν*, tanquam ab *ἀσφάλλομαι?* aut, *ἠσφαλίσθησαν*, ab *ἀσφαλίζομαι* potius, quod magis legitimum: certe autor noster hoc loco respexisse videtur ad illud Actor. cap. 16. v. 24. *καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.*

Pag. 51. 1. *καὶ μετ' αὐτῶν στρατὸς πολὺς*] Locus mutilus videtur. Scribe itaque vel, *στρατοῦ πολλοῦ·* aut supple, *ἦν* aut verbi quid tale.

Pag. 51. 7. *καὶ στενὸν τὴν πόλιν*] Forte *καὶ στενῶν τὴν*

Digitized by Google

πόλιν· etiam urbem in angustias redigens. Cedren. ὡς ἀποστενοῦσθαι τὰς Θήβας δι' αὐτῆς.

Pag. 52. 11. καὶ τὸν Πολύνικον] Cedrenus habet Πολυνείκην, rectius: et noster etiam paulo infra, Πολυνίκης· scriberem Πολυνεικής, ut a νεῖκος rixae contentio; non νίκη, victoria deducatur.

Pag. 52. 13. τὸν Μελίβοιον] Μελίβιον, scribit ubique Cedrenus: nimirum τοῦ οι diphthongi, et ι vocalis, idem sonus pronuntiantibus; sicut et τοῦ αι diphthongi, et ε vocalis. Notandum enim βιβλιογράφους non ex πρωτοτύπῳ ipso, sed ex recitantis ore libros olim descripsisse: quod ex verbis hisce ἀπὸ φωνῆς τοῦ δεῖνος, in MS. Cod. quandoque occurrentibus, satis liquet: ut exempli gratia, Ἐκ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν Ἱστοριῶν Φιλοστοργίου ἐπιτομή, ἀπὸ φωνῆς Φωτίου τοῦ πατριάρχου. Atque hinc adeo frequens in Cod. MS. horum characterum permutatio.

Pag. 52. 18. ἐάσας τὸ βασίλειον] βασίλειον frequenter apud hunc nostrum sumitur, pro βασιλεία regnum significante. Ita lib. 18. p. 430. Auxumitarum rex, Homeritensem injuriarum sibi illatarum postulans, Romanorum Mercatorum caedem ei objicit, his verbis: κακῶς ἐποίησας, φονεύσας Ῥωμαίους χριστιανούς, πραγματευτάς, καὶ ἐβλαψας τὰ ἐμὰ βασίλεια.

Pag. 53. 1. ἀπὸ τοῦ Ἐτεωκλέους] Mallem, ὑπὸ τοῦ Ἐ.

Pag. 53. 15. τοῖς ἀνωτέρω προγεγραμμένοις,] Supple, χρόνοις, ex Cedreno, qui narrationis sequentis plurima, ὡς κατὰ λέξιν, ex nostro descripsit; nisi uterque ex aliquo tertio.

Pag. 54. 10. ἀγαθῶν ἐπινοητὰς] Cedren. ἀγαθῶν εὑρετὰς.

Pag. 55. 1. ἐν τοῖς ἱερατικοῖς αὐτῶν βασιλείοις] repone ex Cedreno, ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν βίβλοις.

Pag. 55. 4. εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους εἶναι] Beatorum insularum meminit Lycophron, his verbis:

Νήσοις μακάρων δ' ἐγκατοικήσεις μέγας.

ad quem locum Scholiastes Poetam adulationis insimulat, quod Thebis Beatorum insulas assignaverit; atque in mari profundos gurgites habente, eas sitas esse, autores plurimos, Hesiodum, Homerum, Euripidem, Plutarchum, Dionem, Procopium, Philostratum, etc. testes appellat. Deinde vero Britanniae nostrae eas asserere, Lepidissimum medius fidius Commentum, Graeculoque quam dignissimum, pluribus nititur. Quod quidem plusquam anile figmentum, eo quod Lectori forte frontem exporrigat, ex Tzetze ipso hic proferre non gravabor. *In Oceano est Brettania insula, inter occidentalem Brettaniam et Thulem ortum spectantem. Illuc ajunt animas mortuorum transportari: nam in litore Oceani (in quo est Brettania insula) piscatores habitant, subditi quidem Francis, tributum vero illis non pendentes, eo quod transmittant mortuorum animas, ut ajunt. Illi enim discedentes domi circa vesperam*

Digitized by Google

dormiunt: pulsantes vero paulo post, quosdam in janua sentiunt, et vocem audiunt, illos ad opus vocantem. Surgentes ad littus accedunt, ignorantes quae illos ducat necessitas; videntque naves praeparatas, sed non suas, et vacuas hominibus: quas ingressi, remos movent, et pondus navium sentiunt, ac si hominibus oneratae essent, sed neminem vident, impetu deinde uno in Brettaniam insulam perveniunt, quum vix alias, suis navibus usi unius noctis et diei navigatione illuc perveniant. Quum vero in insulam pervenerunt, rursus neminem vident; sed vocem audiunt, recipientium illos qui in navibus sunt, illosque numerantium ex genere patris ac matris: praeterea secundum dignitatem, artem, et nomen, singulos vocantium. Caeterum illi exonerata nave rursus uno impetu domum reverțuntur. Hinc multi existimarunt, ibi esse Beatorum Insulas, et mortuorum animas illuc migrare. Eadem fere habes apud Procopium, Gothic. lib. 4. nisi quod insulam hanc, quam Tzetzes *Βρεττανίαν*, Procopius *Βριττίαν* vocat. Sed de Nugis hujusmodi plus satis.

Pag. 55. 17. *Ιωνὶ δὲ*] Cedren. *Ιωνὲς δὲ*, uti habet etiam Chr. Alex.

Pag. 55. 18. *ἐκ τοῦ Ιωανέως γίγαντος*] Hunc *Ιωνὰν* vocat Chr. Alex. *Ιωννᾶν*, Epiphanius.

Pag. 56. 1. *διὸ καὶ μέροπες κέκληνται*] Hesychius. *Μέροπες, ἄνθρωποι, διὰ τὸ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, ἤγουν τὴν φωνήν.* Idem alibi: *ὄψ, ὄψις, ὀφθαλμὸς, ἢ φωνή*· quando vero *ὄψ* vocem significat, ab inusitato *ἔπω* deductum volunt.

Pag. 56. 4. *ἡ παλαιὰ φιλοσοφία*] forte *ἐν τῇ παλαιᾷ φιλοσοφίᾳ*. Libri cujusdam Titulus esse videtur: licet in Plutarchi librorum Catalogo, a Lampria, filio suo descripto, nil tale occurrat.

Pag. 56. 11. *ἐν τῇ φιλοσόφῳ αὐτοῦ χρονογραφία*] Anne haec Porphyrii Philosophica Chronographia, eadem cum Historia illa Philosophica, quam refert doctissimus Lucas Holstenius in Dissertatione sua, de Vita et scriptis Porphyrii. Verum ne hoc credam, Eunapius mihi impedimento est, qui Porphyrium quatuor tantum libros Historiae istius Philosophicae perfecisse, nec ultra Platonem eandem perduxisse testatur: uti ab Holstenio citatur, quem consulas velim. Forte tamen, *Πλούταρχον δ Πορφύριος ἐδόξασε*, vertenda sunt, *Plutarchi opinionem secutus est*, sive, *ejusdem cum Plutarcho sententiae fuit Porphyrius*, etc. hoc enim sensu, *δοξάζω* frequenter apud nostrum usurpatur, uti infra lib. 6. p. 126. *καὶ δόγμα παρεισήγαγεν Ελλησιν, δοξάζων, ἀσωμάτους εἶναι ἀρχάς; Opinionem illam, de Principiis incorporeis, in Graeciam introduxit.*

Pag. 58. 5. *ἐκ τοῦ γένους τοῦ Σίδου κατήχθη ὁ Μίλιχι*]

Digitized by Google

Cedrenus Melchisedecum Sidi regis Aegypti F. facit filium: *υἱὸς δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αἰγύπτου·* Glycas tamen eum ex Sidi tantum genere oriundum vult; Annal. part. I. *Melchisedecus autem, licet in sacris literis patre matreque carere dicatur; generis tamen ortum habuit a Sido, Aegypti F. qui Sidonem condidit.* Nec dubito, quin eum, *τοῦ Σίδου ἔκγονον* sive *ἀπόγονον* appellaverit Glycas; quod noster dixisset, *ἐκ τοῦ γένους Σίδου καταγόμενον.* Multum autem inter se differunt *υἱὸς* et *ἀπόγονος*, sive *ἔκγονος.* Hesychius, *ἔκγονα τέκνα τέκνων*, Nepotes. Caeterum Auct. Noster Sedeci, (qui etiam Melchisedecus dictus est,) patrem Melchi fuisse, asserit.

Pag. 58. 9. *ὅπερ ἐστὶν, εἰρήνης πόλις*] Auctor Ep. ad Hebraeos, cap. 7. v. 2. eandem *τοῦ Σαλὴμ* affert interpretationem: *ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης.*

Pag. 58. 15. *καὶ ἐγένετο μετέπειτα*] aliquid hic deesse videtur, ad quod *τὸ ἐγένετο* referatur: forte scribendum, *καὶ ἐγένετο Ιουδαϊσμὸς μετέπειτα ἀπὸ Αβραὰμ* etc. uti habet Chr. Alex. p. 150. *Ιουδαϊσμὸς ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Αβραὰμ, τὸν χαρακτῆρα τοῦ Αβραὰμ διὰ περιτομῆς εἰληφώς.* Pro nostri itaque *εἰληφότες*, leg. *εἰληφότος.*

Pag. 58. 19. *ἔστιν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τοῦ Ἀβραὰμ, ἔτη ͵σψμε*] Forte scrib. *͵γψμε.* Cedrenus enumerat ann. *͵γτιβ'.* MMMCCCXII. Chron. Alexdr. *γυζ'.* MMMCCCCVII. LXX. Interpr. uti calculum instituit Eusebius, MMMCLXXXIV. Hebraei tamen numerant tantum annos 1948.

Pag. 59. 6. *ὅστις ἐξεῦρε τὰ Ελλήνων γράμματα*] Ergo nec Cadmus, nec Palamedes; quae constans Graecorum est traditio. Et quidem Graecis, ante hos, fuisse literas, multis probare nititur Jo. Tzetzes, Chil. 12. quem consule.

Pag. 59. 13. *Φαραὼ, ὁ καὶ Ναραχὼ*] Hunc, *Νάχωρ*, vocat Chr. Alex. auctor. Cedrenus, *Ναρεχὼ:* qui etiam ab hoc, Aegyptiorum Reges Pharaones, deinceps vocatos asserit.

Ibid. Τὰ οὖν πρὸ τούτου παλαιὰ βασίλεια Αἰγυπτίων ἐξέθετο Μανεθὼν] Haud satis mirari possum, quid Auctori nostro venerit in mentem, cum haec scriberet: Aegyptiorum enim Dynastiae omnes usque ad Regem ultimum Nectanebum, a Manethone descriptae sunt; ut ex Eusebio videre licet, Chron. l. 1.

Pag. 60. 6. *καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχιερέως Ιλιουπόλεως*] Scr. *Ηλιοπόλεως.* Josephus antiquit. Judaicarum lib. 2. *ἄγεται γὰρ Πετεφροῦ θυγατέρα τῶν ἐν Ηλιοπόλει ἱερέων:* Heliopolis vero, Aegypti urbs, ita etiam vocatur a. 70. interpret. Stephanus de urb. *Ηλιούπολις, πόλις Αἰγύπτου, ἣν ἔκτισεν Ακτίς·* Aegyptiis ⲰⲚ dicta est Hebraice אן On, Ptolomaeo *ὄνιον.* D. Athanasius, natione Aegyptius, *ἥλιον* eam vocat; quam a cultu solis sic di-

Digitized by Google

ctam fuisse asserit Kircherus, Prodr. et Lex. Copt. supplem. qui etiam Hebraeis בית־שמש Bethsemas eam quandoque vocari testatur.

Pag. 60. 20. *καὶ ἐκράτησεν αὐτοὺς Ἰωσὴφ ἐκεῖ*] durum hoc locutionis genus, id est, eos secum retinuit Joseph.

Pag. 60. 23. *ἐκβάλαι τὸν λαὸν*] Participium hic rursus habemus non Graecum; *ἐκβαλεῖν* itaque reponendum censeo.

Pag. 61. 9. *οὕτως ὄντα νεκρὸν δονούμενον*] Scr. *οὕτως ὄν*. verum verba haec non habentur apud Cedrenum, qui fabulam hanc ex Nostro *κατὰ λέξιν* descripsit, licet haud pari ingenuitate: Noster enim Auctorem suum, Auleam, nominatim laudat; Cedrenus non item.

Pag. 62. 1. *ὀνόματι Γυγώγης*] *Ωγύγην* hunc appellat Cedrenus; qui etiam Attici hujus Diluvii meminit: uti et Eusebius ex Africano, Chron. l. 1. qui Atticam exinde per CLXXXIX. tantum annos desertam jacuisse testatur. *Μετὰ δὲ Ωγύγην διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Αττικὴ, (Ακτὴ* enim olim vocata est,) *μέχρι Κέκροπος ἔτη ρωϑ'*. Per annos cc. desertam jacuisse vult *συναγωγὴ ἱστοριῶν* Eusebio Scaligeriano annexa. Verum quomodo Ogyges Josuae temporibus fuisse dicitur, cum diluvium Ogygium CCXLV. annis Populi Israelitici Exodum praecesserit, ut Eusebius putat?

Pag. 62. 9. *ὀνόματι Αΐδης* ita eum vocat Cedrenus; Jo. Tzetzes vero *Ἅδης* Chil. 2. histor 51. qui idem est cum Plutone. Caeterum fabula Proserpinae omnino aliter se habet quam heic a Nostro traditur. Proserpinam enim Plutonis, non filiam sed uxorem faciunt Mythologi.

Pag. 62. 12. *κόρας ἐκάλουν*] eadem habes apud Jo. Tzetzem, loco citato: *τὰς γὰρ εὐμόρφους Μολοσσοὶ κόρας καλοῦσι πάσας.*

Pag. 62. 16. *ἐν τῷ λεληθότι*] id est *λεληθότως*, latenter; ita ut nemo animadvertat.

Ibid. *ἀμύνασθαι τῷ αὐτῷ Περίθῳ*,] *ἀμύνασθαι* hoc loco, ulcisci, significat; itaque scribendum, *τὸν αὐτὸν Περίθουν.*

Pag. 63. 5. *Πετισσώνιος ὁ κωμῳδὸς*] *τοῦ κωμῳδοῦ* appellationem Cedrenus, uti etiam *συναγωγὴ ἱστοριῶν*, a Scaligero cum Eusebio edita: *τῶν δὲ Ασσυρίων ἐβασίλευσεν Ερεχθεύς· Αἰγυπτίων δὲ Πετισώνιος, ὁ καὶ Φαραώ, ὅστις εἶχε μάγους Ιαννῆν καὶ Ιαμβρῆν.*

Pag. 63. 11. *τοῦ ἀρχιερέως τῶν Ελλήνων*] Quare noster Jothonem, Graecorum pontificem, facit, cum Zonaras, Cedrenus, Chron. Alex. aliique, Textusque ipse, *ἱερέα Μαδίαν*, eum appellant. Madian vero, secundum Chr. Alex. autorem, duae sunt, Major et minor: quarum illa cis mare rubrum posita est, Madian vero minor ultra mare Erythraeum, haud procul Aegypto, *ὅπου ἐβασίλευσε Ραγουήλ, ὁ πενθερὸς Μωσέως.* Quod autem Jothor, qui et Raguel, quandoque *ἱερεύς*, aliquando vero *βασι-*

Digitized by Google

λεὺς hic appelletur, ex Hebraei vocabuli sensu amphibolico exoritur. כהן enim tum sacerdotem, tum Praefectum aut Praesidem significat. Ita Potiphartes Praefectus Civitatis On, כהן אן *Cohen On* appellatur, Gen. 41. 45.

Pag. 63. 13. *πεπαιδευμένος πᾶσαν σοφίαν*] *πάσῃ σοφίᾳ* legit Cedrenus.

Pag. 63. 17. *εἴ τις οὖν ἐὰν ἐβούλετο*] *ἐὰν παρέλκει:* nisi forte *ἄν* legendum sit.

Pag. 63. 19. *ποιεῖν ἐργατείαν*] *ἐργάτης*, operarius; inde Auctor noster *ἐργατείαν* format, ad eorum hominum operam exprimendam: *ἐργασία* Graecis proprie dicitur.

Pag. 64. 19. *ποταμῶν ὑδάτων διαυγεστάτων*] forte *ὕδατα.* Verum hic notandum, Autorem nostrum Miraculorum editorum modum et ordinem penitus pervertere: Moses enim et Aaron in Certaminibus hisce Mirificis primas semper habuerunt: quos deinde, pro viribus, secuti sunt Magi.

Pag. 66. 2. *ἀγγέλων ἡμεῖς*] Cedren. *ὑμεῖς*, mendose.

Pag. 66. 13. *ἔφυγαν*] Scr. *ἔφυγον.*

Pag. 68. 3. *τὴν ὑπὲρ μνήστραν*] leg. *τὴν Ὑπερμνήστραν.* Cedren. habet *Κλυταιμνήστραν*, mendose.

Pag. 68. 7. *ἐβασίλευσε Τριόππας*] Cedren. *Μεριόπας* habet.

Pag. 68. 12. *τῶν νυνὶ λεγομένων Ἑλλαδικῶν*] Licet *Ἑλλὰς* apud Autores Graeciam universam ut plurimum significet, noster tamen voce hac Peloponesum tantum intelligi vult: ideoque Sicyonios, Helladicos interpretatur, Sicyone, quae est in Peloponeso Stephan. de urb. *Σικυών, πόλις Πελοποννήσου.*

Pag. 69. 2. *ἐδιοίκουν τὴν χώραν*] Scr. *ἐδιῴκουν.*

Pag. 69. 3. *ἔτη ϡπε*] annos 980. tantum numerat Cedren. Eusebius ex Castore annos numerat 983. *ἕως τούτου Σικυωνίων, ἤτοι Πελοποννησίων, λεγομένη βασιλεία διαρκέσασα ἐν γενεαῖς, ἤτοι βασιλεῦσι υϛ'. (κν' κϛ'.) κατεπαύθη* etc. *μεθ' οὕς, ὥς φασι, ἡγοῦντο αὐτῶν οἱ ἱερεῖς τοῦ καρνείου ἔτη λγ'. Ομοῦ τὰ πάντα τῆς Σικυωνίων ἔτη.*

Pag. 69. 5. *ὅ ἐστι, τὰ ἐπὶ τὴν Ιταλίαν*] Italia ubique apud Auctorem hunc pro partibus Occidentalibus usurpatur; uti supra monuimus. Ita lib. 8. p. 428. *Εν αὐτῇ δὲ τῇ πόλει ἐκάθισεν ἀριθμὸν στρατιωτῶν Ρωμαίων, ἤτοι Ιταλῶν, λεγομένων Ισπανῶν:* ubi Hispaniam sub Italia, id est, sub Occidente, complectitur.

Pag. 69. 8. *ἐδιοίκει τὸν Ἰσραὴλ*] *ἐδιῴκει.*

Pag. 69. 12. *ᾤκησε τὴν λεγομένην πόλιν Συχέμ*] unde haec? Josuae enim libro omnia aliter.

Pag. 69. 15. *ιγ'. κριταὶ*] scilicet usque ad Eli sacerdotem, qui primus, ex sacerdotibus, post judices, remp. administravit. Judices vero hi tredecim a Chr. Alexan. autore enumerantur isti. Gothoniel, Aodus, Semegar, Debora, Gedeon, Abi-

Digitized by Google

melechus, Thola, Jair, Jephthe, Essebon, Aealon, Labdon, et Samson.

Pag. 70. 2. *εὗρε τὴν τεχνικὴν*] Artes quum sint tam variae, multiplicesque, cujusnam hic Argus Occidentalibus autor putandus? fortean legendum, *τὴν τεκτονικὴν*.

Pag. 70. 12. *ὁ τοῦ Αμινοὲμ*] Scr. *Αβινοέμ*. Quomodo tamen Barachus ab Auctore nostro, post extinctos Judices, populo Israelitico praefuisse dicitur, quum post ipsius tempora IX alii Judices numerentur?

Pag. 70. 17. *διὸ καὶ διφυῆ αὐτὸν ἐκάλουν.*] Philochorus apud Eusebium Chron. l. 1. *Κέκροψ ὁ Διφυὴς τῆς τότε Ακτῆς, νῦν δὲ Αττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη ν'. διὰ μῆκος σώματος οὕτω καλούμενος, ὡς φησιν ὁ Φιλόχορος· ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν, τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο.* aliam hujus appellationis causam profert Autor paulo infra, quam statim videbimus.

Pag. 71. 21. *διὰ τοῦτο αὐτὸν οἱ Ἀθηναῖοι εἶπαν διφυῆ*] Athenaeus lib. 13. Cecropem, quia primus marem foeminae matrimonio junxit *Διφυῆ* vocatum testatur. *Εν δὲ Αθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων. διὸ καὶ ἔδοξέ τισι, διφυὴς νομισθῆναι, οὐκ εἰδότων τῶν πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα.* Nominis hujus rationem exponit Isac. Tzetzes ad Lycophron. p. 24. *ἐπεὶ γοῦν ἐκ τούτου οἱ παῖδες πατέρα καὶ μητέρα ἐγνώρισαν, τοὺς αἰτίους αὐτῶν τῆς γενέσεως, δύο τυγχάνοντας φύσεων, διφυὴς καὶ ὁ Κέκροψ ἐκλήθη, ὡς τοῦτο ποιήσας αὐτός.* Ita etiam Jo. Tzetz. Chil. 5. de Cecrope verba habens.

Νομοθετεῖ καὶ γυναιξὶ τοὺς γάμους τοὺς νομίμους.
Ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώκεισαν τοὺς δύο φυτοσπόρους,
Τὸ πρὶν μόνην γινώσκοντες, ὡς ἔφην, τὴν μητέρα.
Οθεν ὁ Κέκροψ διφυής, νόμοις ὡς δείξας ταῦτα.

Pag. 72. 2. *πρώτη μουσική.*] Musarum primam illam appellat Cedrenus: *ὅτε καὶ Σαπφὼ, ἡ καὶ πρώτη Μουσῶν, ἀνηγόρευτο.*

Pag. 72. 9. *Αἰσχύλος ἔτος κα'.*] Scr. *ἔτη*. Eusebius, ex Africano, Aeschylum 23. annos regnasse asserit: licet Cedren. unicum tantum regni annum ei tribuit. *καὶ πάλιν Αἰσχύλος τυραννήσας, ἔτος ἓν καὶ μῆνας ζ'*, qui etiam post Aeschylum Alcibiadem ponit, quem autor Noster Acmaeontem vocat. Euseb. Chron. Can. Alcmaeontem Aeschyli successorem vocat; post quem, *Αθηναίων ἐβασίλευσεν Αλκμαίων, ἔτη β'.*

Pag. 72. 12. *ἕως Αρεξίωνος*] Iste apud Eusebium *Ερυξίας* dictus est; qui regnavit annos decem tantummodo.

Pag. 72. 17. *Ορφεὺς ὁ Θρᾴξ, ὁ λυρικὸς Οδρυσσέως*] Scr. *Οδρύσιος*. Steph. de urb. *Οδρυσαι, ἔθνος Θρᾴκης.* Jo. Tzetzes

Digitized by Google

Chiliad. 1. Histor. 12. *Ορφεὺς ἦν Θρᾷξ, ἐξ Οδρυσσῶν πατρίδος Βισαλτίας.* Cedrenus interim corrigendus, ubi legitur, *ὁ Βρυώσιος.*

Pag. 74. 13. *ἐξεῖπε μή τινα φᾶναι τὰ ἑρικεπεὼ*] lego *φάναι.* haec etiam apud Cedrenum, licet mutila, habentur: legit enim, *οὗ ὄνομα ὁ αὐτὸς Ορφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντίας, ἐξεῖπε· μῆτις, ὅπερ ἑρμηνεύεται, βουλή*, etc. prima scilicet Ophici responsi voce prolata, reliquis omissis. Quid vero *τὰ ἑρικεπεὼ* sibi vult, aut unde petitum hoc vocabulum, non adeo dictu facile: quum tamen nihil nobis adhuc probabilius occurrat, Gregorii nostri doctissimi conjecturam, in Not. et Observat. suis Anglice scriptis, in quaedam S. Scripturae loca propositam, hic proponam. *Hebraei* (inquit) *inter Arithmeticas suas Traditiones, etiam hanc nominis* Iehovah *numeralem habent notationem;* קפו Kepo *sive* Kepeo, *quam hoc modo deducunt.*

יהוה.

י׳ פעמים י״ק: ה. פעמים: בח: הרי קבת:

ו׳ פעמים ו׳ לו: הרי קמא: ה׳ פעמים ה׳ כה: הרי קפו:

id est 10. *in sese multiplicatis, proveniunt* 100. 5. *in se multiplicatis, exeunt* 25. *Ecce* 125. 6. *in se multiplicatis, fiunt* 36. *Ecce* 161. 5. *in se multiplicatis, producuntur* 25. הרי Hare *sive* Heri, *ecce* קפו Kepo, *id est*, 186. *quae Divini nominis* Hamphorash, *sive numeralis est Notatio, adeoque vocabuli hujus ἑρικεπεὼ, ab oraculo editi, significatio.* Haec ille. Frustra itaque sunt cum Autore nostro Suidas in Orpheo, et Cedrenus, qui horum verborum interpretationem ex Graeco fonte petere satagunt: *Μῆτις* quidem consilium sonat; et *φῶς*, cum verbo *φᾶναι*, affinitatem quandam habere videtur: verum ubinam tandem invenietur *τὰ ἑρικεπεὼ*, quod Autores dicti, quod non intelligerent, omiserunt? Certe Orpheum Hebraicarum Scripturarum haud ignarum fuisse apparet ex Hymno ejus de Deo, ubi inter multa Numinis redolentia, haec habentur.

Αρχὴν αὐτὸς ἔχων, ἅμα καὶ μέσον ἠδὲ τελευτήν.
Ως λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδρογενὴς διέταξεν,
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.

ubi *τῷ ὑδρογενεῖ* Mosem eum innuere, ad nominis ejus originem respectu habito, perspicuum est. Quod enim ex aquis extractus fuerat, ideo Moyses vocatus est: uti testantur S. Scripturae, Exod. 2. v. 10. Nominis autem hujus rationem ex Josepho, Antiq. Jud. 1. 2. profert Glycas, Annal. part. 2. his verbis *Nomen* (inquiens) *ei fuisse datum ab eo quod acciderat: nam Aegyptios aquam* Moy *dicere: hises autem illos, qui ex aqua sint extracti liberatique, eadem etiam habentur apud Philon Jud.*

Et quidem lingua Copta Ⲡⲓⲙⲟⲩ, *pimoy*, aquam significat, ubi Ⲡⲓ, *pi*, signum est nominis Masculini: ⲙⲟⲩⲥⲏⲥ, item *Moy-*

Digitized by Google

hoog, aquam frigidam sonat, ⲘϢⲨⲤⲎⲤ vero *Extractus* ex aquis redditur, apud Kircher. Lexic. Copt.

Pag. 76. 10. *μετὰ δὲ Γεδεὼν ἡγεῖτο τοῦ Ισραὴλ Θῶλας*] Post Gedeonem populo Israelitico praefuit filius ejus Abimelechus: post eum vero Tholas, ut ex textu constat.

Pag. 76. 13. *ἀπενοεῖτο ἀπὸ θεῶν ἑαυτὸν*] lego, *ἀποθεῶν ἑαυτὸν*. ut sensus verborum sit; eoque audaciae, sive impudentiae, devenit, ut se Deum praedicaret. *Απόνοια* enim apud Autorem nostrum ubique, pro confidentia sive audacia, usurpatur: unde infra, lib. 5. p. 71. habemus, *ἀπονενοημένος πολεμιστής*, in bello audax. Ulissem etiam ad Circen ingredientem, *μετὰ ἀπονοίας Αχαϊκῆς*, Graeca sua fretum confidentia, introducit, p. 86. Eod. lib. verum hujusmodi exempla hic frequenter tibi occurrent. Marsyae fabulam, inter alios, late prosequitur Jo. Tzetz. Chil. 1. Hist. 15.

Pag. 77. 6. *ἀνιόντες τὸν Ελλήσποντον*] *ὁ Ελλήσποντος*, Mare, *ἡ Ελλήσποντος* regio, sic dicta. Stephan. de urb. *Ελλήσποντος*, *ἡ χώρα*, *ἡ παρακειμένη τῷ κόλπῳ*.

Pag. 77. 16. *ἔνθα λέγεται τὰ Πυθια θερμὰ*] Procopius de Justiniani Aedific. *Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν, ἐν χώρῳ ὅνπερ ἐπονομάζουσι Πύθια*. Oraculum vero ibi olim fuisse, unde forte locus nomen habuerit, tum ex Nostro, tum ex ipsa vocis notatione apparet.

Pag. 77. 18. *εἰ τί δὲ ἔσται;*] *ἴσως, ἢ τί δ' ἔσται;*

Pag. 78. 1. *ζωγρεύσας*] Scr. *ζωγρήσας*.

Pag. 78. 9. *τὸν ἀνάπλουν τῆς Ποντικῆς θαλάσσης*] De Anaplo Pontico, vide P. Gyllium, de Bosporo Thracio, l. 2.

Pag. 78. 17. *ὅπου τὴν δύναμιν ἑωράκασιν*] *δύναμις*, pro spectro, spiritu; Daemone, seu apparitione quadam, apud hunc Autorem frequenter usurpatur.

Pag. 78. 19. *Σωσθένην*] *Σωσθένιον*. Locum hunc Sosthenium corrupte vocari asserit P. Gyllius, de Bosp. Thrac. lib. 2. cap. 14. qui etiam Leosthenium eum appellandum contendit. Ex ejusdem tamen locorum descriptione *Sosthenium* idem potius esse videtur cum vico *Michaelio*, quem ejusd. lib. c. 10. describit: ibi enim Michaeli Archangelo aedem olim extruxisse a Sozomeno perhibetur Constantinus M. de quo paulo infra Autor noster.

Pag. 79. 4. *παρὰ τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν*] locus mutilus: *ἐστὶ*, aut quid tale supplendum videtur.

Pag. 79. 8. *ποιήσας κατὰ ἀνατολὰς εὐχὴν*] pro his, Cedrenus habet, *καὶ τὸ μὲν θυσιαστήριον πρὸς ἀνατολὰς ὁρᾷν ἐτύπωσε*.

Pag. 79. 11. *ἐπὶ τὴν Ποντικὴν ἀνέπλευσαν*] supple, *θάλασσαν*, ex Cedreno.

Digitized by Google

Pag. 79. 14. *Γλαύκην, καὶ τοῦ Κρέοντος θυγατέρα*] *καὶ* hoc loco *παρέλκει*: Glauca enim ipsa Creontis fuit filia. Fabulam habes apud Apollonium Rhod. et apud Isac. Tzetzem in Lycophron.

Pag. 79. 18. *μετὰ δὲ Θῶλαν ἡγεῖτο τοῦ Ἰσραὴλ Αἴγλωμ ὁ Ζαβουλωνίτης*] Post Tholam quidem, interjectis tamen Jairo, Jephtha, et Essebone, populum Israeliticum judicavit Elon Zabulonites, per annos decem: ut videre est Jud. cap. 12. v. 11. Verum haec omnia subsultorie ab Auctore tradita sunt.

Pag. 79. 21. *ὃς ἐγένετο πατὴρ Ἰλίου*] Scrib. *Ἴλου*. Scrib. etiam *Τρὼς* ubique, non *Τρῶος*, uti noster habet.

Pag. 80. 8. *πάντας προετρέψατο*] ad se vocavit, sc. *εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν*, ut habet Cedrenus.

Pag. 80. 8. *τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀδελφὸν*] memoria lapsus est librarius: Scr. *υἱὸν*. Caeterum de Tantalo, vide Euseb. Chron. 1. post p. 84. et Scaliger. in locum: item Cedren. Jo. Tzetz. p. 87. Nat. Comit. p. 335. Helvic. p. 31.

Pag. 82. 12. *Τυνδαρίῳ*] Scr. *Τυνδάρῳ*.

Pag. 83. 3. *συντρόφῳ τοῦ Ἀγαμέμνονος*] *Σύντροφον* Agamemnonis Menelaum appellat, eo quod, ut ipse putavit, non fratres erant sed, apud Atreum, Agamemnonis patrem, Menelaus Plisthenis F. una cum Agamemnone enutritus fuerit: ut infra expresse dicit lib. 5. Caeterum an haec etiam Palaephati, quem noster citat, mens fuerit, penitus nescimus: ex libris enim *περὶ ἀπίστων* quinque, quos Suida teste conscripsit, unicus tantum nunc extat, qui primus erat. Revera tamen et Agamemnon et Menelaus Plisthenis filii, Atrei vero nepotes erant; adeoque non Connutritii tantum, sed fratres germani.

Pag. 83. 8. *ἐβασίλευσε Δάρδανος, υἱὸς Ἰλίου*] Scr. *Ἴλου*, ut supra monuimus. Caeterum Dardanus Ili proavus erat, filius vero ejus, qui eum in regno successit, Laomedon dictus est.

Pag. 83. 9. *τῶν Ἑλλήνων, τοῦτ' ἔστι, τῆς Ἑλλάδος*] Cedrenus habet, *τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῆς Ἑλλάδος*, haud recte: *Ἑλλὰς* enim apud Autorem hunc stricte, pro particulari Graeciae regione sumitur, uti supra monuimus, licet eum parum sibi constantem observare possimus; ibi enim Sicyonios vocat *Ἑλλαδικοὺς*, hic Argivorum regnum *τὴν Ἑλλάδα* appellat. Abas enim, et Proetus, Argivorum reges fuerunt.

Pag. 84. 1. *μὴ ποιεῖν κακῶς τῷ συνεσθίοντι.*] De hospitibus non violandis, vide Isac. Tzetzem, in Lycophron. qui Alexandro exprobrat, quod pro beneficiis in illum illatis, Menelaum, contra jus fasque, injuriis affecerit. Ubi etiam veteris hospitibus salem apponendi consuetudinis meminit: *ἅλα δὲ ἐτίθουν οἱ παλαιοὶ ἐν ταῖς τῶν ξενιῶν καταρχαῖς συμβολικῶς, ἐπευχόμενοι ὥσπερ ἅλς ἐκ δύο φύσεων, τῆς ὑδατώδους καὶ γεηρᾶς, εἰς μίαν φύσιν ἐπάγῃ τὴν τοῦ ἁλός, οὕτω παγῆναι καὶ τούτους εἰς μίαν ὁμόνοιαν.*

Pag. 84. 2. *πέμπω αὐτὸν*] Forte, *πέρψω*.

Digitized by Google

Pag. 84. 10. *ἐκέλευσε συνεσθίειν αὐτῷ*] Jo. Tzetzes Chil. 7. hist. 149. Jobaten eum per novem dies continuos conviviis excepisse asserit; decimo vero tandem die perlectis literis, eum tamen occidere non potuisse, ut qui socius fuerat mensae.

Ἰδὼν ὁ Ἰοβάτης δὲ τὸ γράμμα τῇ δεκάτῃ,
Κτείνειν οὐκ εἶχεν οὐδ' αὐτὸς, συμμετασχὼν τραπέζης.

Pag. 84. 12. *ὅτι μᾶλλον κατηγορεῖται*] Durum hoc locutionis genus: *κατηγορεῖται* enim, pro, *injuste accusatur*, hoc loco poni videtur, nisi *κακηγορεῖται*, potius legendum sit. *τὸ μᾶλλον* vero eodem modo usurpatum occurrit infra, lib. 10. p. 307. *αὐτὸς δὲ μᾶλλον, ὡς προγνοὺς τῆς ἐμῆς καρδίας, ἀνέκραξε*, etc.

Pag. 84. 20. *ἐξ οὗ καὶ Πελοποννήσιοι ἐκλήθησαν οἱ Ἑλλαδικοὶ*] Stephan. de urb. triplicem hanc regionem habuisse appellationem testatur: *Apis enim, Phoronei F. temporibus, Apia vocata est; Pelasgi vero Pelasgia: ἐπὶ δὲ τῶν Πελοπιδῶν, Πελοπόννησος: sub Pelopidis vero, Peloponesus.*

Pag. 85. 7. *τὸ ἐννάγραμμον ὄνομα*] Scribendum ex Cedreno *ἐννεαγράμματον*.

Pag. 85. 8. *παθητὸν μελλοφανῆ*] Cedrenus habet *νεοφανῆ*.

Pag. 85. 11. *ἐφιλοσόφει Ἱπποκράτης.*] Hippocrates duos medica arte celebres fuisse tradidit Jo. Tzetz. Chil. 8. Hist. 155. Gnosidici filium, priorem; alterum vero, qui et Cous dictus est, hujus nepotem. Hippocrates vero iste Cous, Librorum custos in Coo designatus, antiquorum Medicorum omnium exussit libros; uti idem Tzetzes testatur.

Ἐν Κῷ βιβλιοφύλαξ δὲ δειχθεὶς Ἱπποκράτης,
Τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία,
Καὶ τὸ βιβλιοφυλάκιον. δι' ὃ φυγὼν ἐκεῖθεν,
Ἐν Ἠδωνοῖς διέτριβεν, Ἑλλάδι, Θεσσαλίᾳ,
Τῷ Ἀρταξέρξῃ σύγχρονος ὑπάρχων, καὶ Περδίκκα.

Verum Pelopis aevo Hippocrates, ejusque *σύγχρονος* Democritus, bene multis annorum centuriis posteriores sunt.

Pag. 85. 14. *ὁ Θυεστὴς ἔτη ις'*] Cedren. *ἔτη δώδεκα*, rectius: vide Eusebium.

Pag. 85. 19. *πρῶτος ὁ Μίνωος*] Scr. *Μίνως*.

Pag. 86. 1. *θρυλούμενοι*] Scr. *θρυλλούμενοι*.

Pag. 88. 2. *τοῦ νοταρίου αὐτῆς*] Notarii, sive scribae; dictio latina, apud Graecos recentiores frequenter usurpata. Eusebius tamen Taurum *τοῦ Μίνωος στρατηγόν*, Minois *Militiae Praefectum fuisse vult, Chron. lib. poster. ex Philochoro.*

Pag. 86. 3. *μεσάσαντος*] Pro *μεσιτεύσαντος*, seu *μεσιτευσάντων*, de utrisque enim dictum.

Pag. 86. 5. *ἐν τῷ κουβουκλείῳ*] Ex Latino, Cubiculum, Vocabulum factum.

Pag. 86. 9. *φεύγων τῆς φρουρᾶς*] Lego, *ἐκ τῆς φρουρᾶς*.

Pag. 86. 13. *τῷ Ἀντέωνι*] Hic Anteus aliis est.

Digitized by Google

Pag. 86. 16. *ἑαυτὸν εἰς πῦρ ἔβαλε*] Ita etiam Eusebius Chron. lib. 2. *Ηρακλῆς νόσῳ λοιμώδει περιπεσών, εἰς πῦρ ἑαυτὸν ῥίψας τελευτᾷ.*

Pag. 87. 16. *εἰς τὴν Λαβύρινθον χώραν*] Cedr. habet, *εἰς τὴν Λαβύρινθων χώραν. Λαβύρινθον* Hesychius interpretatur, *κοχλιοειδῆ τόπον.* Etymologici Magni auctor Labyrinthum Creticum Montem fuisse ait, in quo antrum erat descensu ascensuque molestum. *Λαβύρινθος ἐν τῇ Κρήτῃ νήσῳ ἐστιν ὄρος, ἐν ᾧ ἐστι σπήλαιον ἀντρῶδες, δύσκολον περὶ τὴν κάθοδον, καὶ δυσχερὲς περὶ τὴν ἄνοδον· ἐν ᾧ λέγεται ὁ Μινώταυρος ἐμβληθῆναι.*

Pag. 88. 2. *ὅτι ἄλλην αὐτῷ ἐποίησαν οἱ Κρῆτες*] locus mendosus: suspicor legendum, *ὅτι ἄλην αὐτῷ ἐποίησαν*, quod verto, *in errorem eum duxerant.*

Pag. 88. 12. *τὸν πρόγονον αὐτῆς*] *Πρόγονοι* dicuntur, filii, ex nuptiis prioribus nati. Moschopul. Attic. voc. Collect. *Πρόγονοι καὶ οἱ ἀπὸ προτέρου γάμου γεγενημένοι, ὧν ὁ πατὴρ, ἢ μήτηρ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. λέγονται δὲ πρόγονοι, πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ δευτέρου γάμου γεγεννημένους. ἐπίγονοι δὲ λέγονται, οἱ ἀπὸ τοῦ δευτέρου γάμου.*

Pag. 89. 2. *καταρώμενος τὸν υἱὸν*] Eadem habes apud Io. Tzetzem, Chil. 6. Hist. 56.

Τὰ Φαίδρας, Ἱππολύτου τε δῆλα τελεῖ τοῖς πᾶσιν,
Ὡς ἦρα τούτου Φαίδρα μὲν προγόνου πεφυκότος.
Αὐτοῦ δ' αὐτὴν ἀπώσαντος, ψεύδεται τούτου βίαν
Θησεῖ, τῷ τούτου δὲ πατρὶ, θνήσκει δειναῖς κατάραις.

Pag. 89. 6. *ἐξεσελλίσθη*] Vox hybrida, ex particula Graeca *ἐξ*, verbo vero Latino, Graeco more formato, conficta: a *σέλα* enim seu, *σέλλα*, *Sella*, *σελλίζομαι* formatur, inde compositum, *ἐξεσελλίσθη*, ex *Sella*, seu sede excussus est.

Pag. 89. 7. *εἰληγέντος τοῦ λωρίου*] *λωρίον*, *λῶρον* et *λῶρος*, apud recentiores Graecos usurpata pro, Lorum, Habena.

Pag. 90. 5. *Ερυσθεὺς*] Scr. *Εὐρυσθεὺς*. Euseb. Chron. l. 2. *Λακεδαιμονίων πρῶτος ἐβασίλευσεν Εὐρυσθεὺς ἔτη μβ'.*

Pag. 90. 11. *μετὰ τοὺς Λακεδαιμονίους*] Forte scribendum, *μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων:* Corinthiorum enim, et Lacedaemoniorum regnum eodem anno coepisse, sub regibus scilicet Alete et Eurystheo, testatur Eusebius in Chronicis: quem vide.

Pag. 90. 13. *καὶ ὕστερον ἐβασίλευσεν * ἔτος α'.*] Supple, ex Eusebio, *Αὐτομένης.* Euseb. Chron. Can. *Κορινθίων ἐβασίλευσεν ιθ'. Αὐτομένης ἔτος ἓν.* et deinde *οἱ Κορινθίων βασιλεῖς ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου μεθ' οὓς ἐνιαύσιοι Πρυτάνεις.*

Pag. 91. 7. *ἐτρώθη γὰρ εἰς αὐτὴν*] Subaudiendum, *τῷ ἔρωτι.*

Pag. 91. 8. *εὔστολος*] Vox haec ad vestium ornatum proprie referenda: licet hoc in Helenae laudibus locum habere non debere quis existimet. Leo Allat. in Isac. Porphyrogen. de praetermissis ab Homero, *bene comptam*, vertit.

Digitized by Google

Pag. 91. 9. *εὐχαράκτηρος*] *χαρακτὴρ* hic de facie tantum dici apparebit cuilibet locum hunc sequentibus conferenti. lib. enim 11. M. Antoninus Philos. *λεπτοχαράκτηρος* dicitur, cum prius *κονδοειδὴς*, curtus, et *λεπτὸς*, gracilis dictus fuisset. Verum S. Pauli Characterisma lib. 10. p. 235. datum, rem extra controversiam ponit. Ibi enim cum prius tum corporis totius lineamenta, tum vultus capillitiique color, descripta fuerant, tandem addit autor, *ὑπογελῶντα ἔχων τὸν χαρακτῆρα*, *vultum ridibundum* ei tribuens, *μακροχαράκτηρος* itaque, *facie longa*, *λεπτοχαράκτηρος*, *facie tenui*, seu *parva* necessario vertenda sunt.

Pag. 92. 6. *μετωνόμασεν αὐτὸν Ἀλέξανδρον.*] Isac. Porphyrog. *περὶ τῶν καταλειφθ. ὑπὸ τοῦ Ομήρου*, eum Alexandrum prius dictum fuisse asserit; Deinde vero Paridem, *ἀπὸ τοῦ περιέναι*, quod vitata morte, cum a matre expositus fuisset, adhuc superstes esset.

Pag. 92. 7. *ὀνόματι Ἀμάνδρᾳ*] *Μανδρῶ* habet Cedrenus.

Ibid. γεηπόνῳ τινὶ] Scr. *γηπόνῳ*.

Pag. 92. 10. *ποιήσας δὲ τεῖχος ἐν τῷ αὐτῷ ἀγρῷ*] Vicus, muro cinctus, Urbis statim nomen ubique apud Autorem hunc sibi sumit: exempla hujus rei frequentia.

Pag. 93. 2. *λεγόμενον κεστὸν*] *κεστὸν ἱμάντα*, apud Homer. acu pictum lorum: significat etiam, Cingulum Nuptiale. Hesych. *Κεστὸν ἱμάντα, τὸν ποικίλον ἱμάντα, ἢ χιτῶνα ποικίλον, ἢ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἱμάντα.*

Pag. 93. 8. *οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πάντες*] *αὐτοῦ*, hoc loco ad Paridem referendum videtur.

Pag. 93. 16. *τοπάρχας τῆς Εὐρώπης χώρας*] Europam, pro Graecia, et Helladem, pro Peloponneso, apud hunc nostrum frequenter poni supra monuimus.

Pag. 94. 1. *τῇ βασιλευομένῃ, ἤτοι τοπαρχουμένῃ*] *Βασιλεύειν* per vocem *τοπαρχεῖν* fere reponit Autor noster, quia jam olim, ante Scriptoris hujus aetatem, *τοῦ βασιλέως* appellatio imperatori Romano appropriata fuerat; Reges autem alii, Principesque omnes, excepto, ut apparet ex eodem Luitprando, Legat. ad Niceph. Bulgaro, *ῥῆγες*, Reges vocabulo Latino, et *τοπάρχαι*, dicebantur. Imperatores etiam Romanos hujus nominis honorem aliis invidisse apparet ex Luitprando, qui Legation. ad Nicephorum Phocam pro Othone M. obiit; ubi Imperatoris fratrem habes hac de re cum Luitprando litigantem, verbis hisce. *Octavo autem, id est, Sabbato primo dierum Pentecostes, ante fratris ejus Leonis Curopalatae, et Logothetae praesentiam sum deductus; ubi de Imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos, non Imperatorem, id est, βασιλέα, sua lingua, sed ob indignationem, ῥῆγα, id est, Regem, nostra vocabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum; Me, ait, non pacis, sed contentionis causa venisse*

Digitized by Google

sicque iratus surgens, vestras literas, vere indignans, non per se, sed per interpretem suscepit.

Pag. 94. 7. *ἐν τῇ Σπάρτῳ πόλει*] Cedren. *Σπάρτη*: Sparta vero tum urbem Laconicae principem, tum Laconicam ipsam significare asserit Stephan. de Urb. ex Timagora, qui de Spartis loquens, *Ἐκπεσόντας*, (inquit) *δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι.*

Pag. 94. 22. *Θυσιάζοντα Διὶ Ἀστερίῳ.*] Jovi Asterio, id est, Cretensi; Hesych. *Ἀστερίη, ἡ Κρήτη, καὶ ἡ Δῆλος οὕτως ἐκαλοῦντο.* Jovem enim in Creta natum atque educatum fuisse testatur Lucianus, de sacrific. *οἱ δ' αὖ Κρῆτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ ταφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι.* Dionys. Perieget. de situ orbis:

Κρήτη τιμήεσσα Διὸς μεγάλοιο τιθηνή.

Sic Virgil. etiam lib. 3. Aeneid.

Creta Jovis magni medio jacet insula ponto,
Mons Idaeus ubi, et gentis cunabula nostrae.

In Creta vero sepultum fuisse testantur Cedr. Chr. Alex. Autor, Chronographus *ἀνώνυμος*. quem Autori huic praefiximus; qui omnes Pici Jovis Epitaphium proferunt, hisce verbis scriptum, *ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΘΑΝΩΝ ΠΙΚΟΣ Ο ΚΑΙ ΖΕΥΣ ΟΝ ΚΑΙ ΔΙΑ ΚΑΛΟΥΣΙ.*

Pag. 95. 8. *διὰ τῶν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ πλοίων*] Lego *διὰ τῶν ὧν εἶχε* vel potius *διὰ ὧν εἶχε* etc.

Pag. 95. 10. *ἅμα τῇς Αἴθρας*] Aethra fuit Pithei filia, Thesei vero mater: quae a Dioscuris, ob sororem Helenam a Theseo raptam, captiva abducta est; uti testatur Isac. Tzetz. in Lycophron. his verbis. *Πειρίθους καὶ Θησεὺς, ὁ μὲν Διὸς ὤν, ὁ δὲ Ποσειδῶνος, φιλίαν ποιησάμενοι, ἁρπάσαι συνέθεντο Διὸς θυγατέρα. ἁρπάσαντες γοῦν τὴν Ελένην, περιτίθενται ἐν Αθήναις τῆς Αττικῆς Αἴθρᾳ, τῇ Πιτθέως μὲν θυγατρὶ, μητρὶ δὲ Θησέως. Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης οἱ Διοσκορίδαι, οἱ τῆς Ελένης ἀδελφοὶ, πορθήσαντες τὴν Αττικὴν, διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς Ελένης, Αἴθραν λαμβάνουσιν αἰχμάλωτον πρὸς αἰσχύνην αὐτοῦ. ἥτις ἁρπαγείσης πάλιν τῆς Ελένης ὑπ' Αλεξάνδρου, συναπῆρεν αὐτῇ καὶ ἡ Αἴθρα ἐπὶ Τροίαν.*

Pag. 95. 12. *καὶ ε'. δουλίδων κουβικουλαρίων*] *Κουβικουλάριος*, uti ex hoc loco apparet, tam pro *Cubicularia*, quam pro *Cubiculario*, sumitur.

Ibid. Καὶ ἀντεπέρασεν εἰς τὴν Σιδῶνα] Phoeniciam versus iter direxit Paris, verum adversis ventis jactatus, Aegyptum tandem appulit. Constantinus Manasses.

Εἰς ναῦν ἐμβὰς ἁλίπλοον, ἀπαίρει πρὸς Φοινίκην.

Et paulo infra:

Τπολῃφθεὶς δὲ πνεύμασι σφοδροῖς πολυταράχοις,

Digitized by Google

Μόλις εἰς ἓν ὡρμίσατο στομάτων τῶν τοῦ Νείλου,
Κανωβικὸν ὀνομασθὲν ἐν χρόνοις τοῖς ὑστέροις.

Pag. 95. 22. *ὡς ἔξηχος*] Infra etiam de Oreste in furorem acto Auctor habet *εἰς ἐξιχίαν* (Scrib. *ἐξηχίαν*) *ἦλθεν ἀπὸ μανίας, παρ' ἑαυτὸν γενόμενος:* id est, *furore correptus est.* Scilicet *ἡ ἔξηχος διάνοια τῇ φρονίμῳ* opposita est; ut ex Etymologico magno discere licet. *Πυκνά, τὰ συνεχῆ καὶ συνετά· ἡ γὰρ φρόνιμος διάνοια πεπυκνωμένη ἐστίν. ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἔξηχος, ἠραιωμένη.* Cedrenus in dicta Orestis historia, habet, *καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἀνέσει διῆγε, ποτὲ δὲ τὰ ἐξόχων ἐπετέλει:* ubi tamen *ἐξήχων* legendum suspicor. Infra etiam, de Oreste in furorem acto, autor habet, *εἰς ἐξιχίαν ἦλθεν ἀπὸ τῆς μανίας παρ' ἑαυτὸν γενόμενος.* p. 101. Cedr. *ἔξοχος* habet; quem vide.

Pag. 96. 10. *καὶ μᾶλλον προσήκειν Πριάμῳ*] incongrua ista sunt: itaque aut *προσήκω* scribendum, aut praecedentia ita legenda videntur: *Ἡ δὲ Ελένη ἔφη Αλεξάνδρου, τοῦ καὶ Πάριδος εἶναι συγγενής* etc. Caeterum mutila sunt etiam sequentia; quorum tamen sensum utcunque expressimus.

Pag. 96. 18. *Λήδα ἔλεγεν εἶναι*] leg. *τὴν Λήδαν ἔλεγεν εἶναι;* aut, *ἡ Λήδα, ἔλεγεν, ἐστί.*

Pag. 97. 20. *Μυρμιδόνων τότε*] Myrmidonas primo Aeginetas dictos, Troiani vero belli temporibus Phthiotas asserit Eustathius in Hom. *Il. α. Μυρμιδόνες οἱ τῷ Ἀχιλλεῖ ὑποτεταγμένοι Φθιῶται ἐλέγοντο. κληθῆναι δέ φασι τὴν ἀρχὴν Μυρμιδόνας πρώτους τοὺς περὶ Αἴγιναν.* Phthia vero Thessaliae pars, teste Stephano de urb. *Φθία, πόλις καὶ μοῖρα Θεσσαλίας:* in quatuor enim partes eam dividit Strabo, apud eundem. *Στράβων δὲ εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν Θεσσαλίαν, Φθιῶτιν, Εστιαιῶτιν, Θετταλιῶτιν, Πελασγιῶτιν.*

Pag. 98. 9. *ὁ δὲ Οδυσσεὺς ἀπελθὼν*] *δὲ* videtur *παρέλκειν.*

Pag. 99. 10. *ἐκ τῆς Νέαν ἄνδρου*] *Νεάνδρου* legitur apud Cedrenum. Stephan. de urb. Neandriam vocat. *Νεάνδρεια, πόλις Τρωάδος ἐν Ελλησπόντῳ, ὡς Χάραξ.* Et deinde, *λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως, ὡς Θεόπομπος.*

Pag. 99. 21. *Κώβην καὶ Κόκαρκον*] Cobim et Corianum vocat Dictys Cretensis.

Pag. 100. 4. *ὑπὸ Φόρβαντος*] Forgarita vocatur apud Dict. Cret.

Pag. 100. 13. *Λυρνησὸν πόλιν*] *Λυρνησσὸν* scribit, cum duplici *σ.* Stephanus de urb. *Λυρνησσός, πόλις Τρωϊκὴ, μία τῶν ἕνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρωάδι.*

Pag. 100. 17. *κονδοειδὴς*] vocabulum Mixobarbarum: *κονδὸς,* sive *κοντὸς, Curtus.* vide Meurs. Glossar.

Pag. 100. 23. *ἐν τῇ λεγομένῃ Λεγοπόλει*] Brissi, seu Brisis urbem, Pedasum, vocat Dictys Cretens. Pedasus vero Idae

Digitized by Google

urbs, teste Steph. *ἔστι δὲ ἑτέρα Πήδασος ὑπὲρ τὴν Ἰδην, ἣν Ἀχιλλεὺς ἐπόρθησε.*

Pag. 101. 3. *οὖσαν γυναῖκα τοῦ Μενέτου*] *Ἀμύντου* habet Cedrenus. Meneti, sive Amynti hujus, uti nec Andri et Thyannis, Hippodamiae fratrum, nulla apud Dictyn Cretensem, qui hodie omnium est in manibus, occurrit mentio. Unde conjectare licet, aut alium Dictyn Autoris nostri aetate extitisse, aut saltem eum non ex Dicty, quaecunque profert de Bello Troiano, desumpsisse; uti paulo infra de se testatur.

Pag. 101. 15. *τοῦ διαφέροντος αὐτῷ στρατοῦ*] *διαφέρων* hic, novo plane sensu, usurpatur: uti etiam infra, lib. 8. p. 169. *τὰ διαφέροντα*, pro Bonis alicujus, aut quaecunque ad aliquem pertinent: *ἔλαβε καὶ τὴν Ἀσίαν πᾶσαν, καὶ πάντα τὰ διαφέροντα τοῦ αὐτοῦ Ἀντιγόνου.* item lib. 14. p. 359. *Ὀθεν εἷς Γότθος τῶν διαφερόντων τῷ αὐτῷ Ἀσπαρι* etc. *Gothus quidam, qui ex Asparis asseclis erat.*

Pag. 101. 20. *ἀποκρύβει αὐτὴν*] Scr. *ἀποκρύπτει.*

Pag. 102. 3. *μετὰ τοῦ ἐφόρει κοσμίου*] ita paulo superius, de Paride Helenam abducente, *διὰ τῶν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ πλοίων*· pro *κοσμίου* vero, lege *κόσμου.*

Pag. 103. 5. *ἦν δὲ Τέκμησσα τῇ ἡλικίᾳ εὔστολος*] *ἡλικία* proprie de statura, hoc loco de forma corporis universaliter dicitur: interim observandum, vocabulum *εὔστολος* hic ad corporis ornatum, seu vestitum, commode referri non posse.

Pag. 103. 17. *μεγαλόφθαλμος*] *μελανόφθαλμος* habet Isac. Porphyrog. verum ex nostro corrigendus, cum immediate sequatur *μελάγκορος.*

Pag. 103. 20. *διμυριαῖος*] *διμοιριαῖος* infra saepiuscule. verum legendum cum Isac. Porphyrog. et Cedren. *διμοιραῖος, ἦν δὲ Οὐάλης τὴν ἡλικίαν διμοιραίαν ἔχων*, quod Xylander vertit: *erat Valens statura mediocri.* Leo Allatius vocabulum hoc reddit, *Duplarius:* Ego *διμοιριαῖος, statura Mediocrem superante, excedente*, reddidi, ad Bessem, Assisque partes respectu habito. *Εὐμεγέθης* enim, sive *εὐμήκης*, pro solido supponatur; cujus Semissis sit mediocri statura; atque infra hanc, omnes *κονδοειδεῖς*, et Curti. Juxta hunc calculum *ὁ διμοιραῖος*, qui Bessem habet, staturam mediocrem superabit. Atque eodem plane sensu Auctor infra, Tiberium Imp. *διμοιριαῖον* facit; quod Suetonio est, *Statura, quae justam excederet*: in Tiberio, Tit. 68.

Pag. 104. 6. *στραβὸς*] pro hoc Isac. Porphyrog. habet, *ἑτερόφθαλμος.*

Pag. 104. 10. *μεγαλόφθαλμος*] *μεγαλόψυχος* legit Porphyrog.

Pag. 104. 12. *εὔσκυλτος*] vox ista apud Lexicographos nullibi occurrit: Leo Allatius reddit *peropportune adoriens*, tanquam a *σκυλάω* ortum; ego vero, cum a perfecto passivo ali-

Digitized by Google

cujus verbi necessario deduci videtur, a σκύλλομαι eam deductam puto, cujus perfectum, ἔσκυλμαι, ἔσκυλσαι, ἔσκυλται, unde σκυλτὸς atque hoc modo εὔσκυλτος, *facile vexatus*, sive *ad iram pronus*, *impatiens*, significabit. Occurrit etiam infra, lib. 12. in Aureliani Imp. Characterismate, hominis trucis, ac Barbari, atque ad occidendos homines nati: ut de eo testatur Flav. Vopiscus et Eutropius.

Pag. 105. 11. φοβερὸς πολεμιστὴς καὶ βαρύφωνος] Isac. Porphyrog. itaque hoc loco aliter interpungendus, quam hodie editur: ibi enim legitur, φοβερὸς πολεμιστὴς, ἐν πολέμῳ βαρύφωνος: ac si, non nisi in bello, βαρύφωνος fuisset Hector.

Pag. 105. 13. Δηΐφοβος διμυριαῖος] Scr. διμοιριαῖος, sive potius διμοιραῖος, uti supra monuimus.

Pag. 106. 4. ἀναφάλας] vocabulum inusitatum, pro φαλακρὸς. Hesych. ἀναφαλλαντώματι, φαλακρώματι. ἀναφάλαντος, idem significat, apud septuag. Levit. c. 13. et ἀναφαλαντίας, apud Lucian. ἀναφαλαντίασις etiam apud Aristotelem Hist. animal l. 3. c. 11. calvitiem significat, sed proprie quae in supercilliis, et fronte est. Suidas: Ἀνάσιλος, ἀναφαλαντίας· ἄκοσμος τὴν κεφαλήν· φάλα γὰρ κόσμος τίς.

Pag. 106. 10. εὔριρος] Scr. εὔρινος, uti Noster habet ubique; pro quo Isac. Porphyrog. εὔριν, magis Graece.

Pag. 106. 12. μακροχαράκτηρος] pro hoc Isac. Porphyrog. habet, μακροπρόσωπος; quod vocis hujus interpretationem nostram confirmat.

Ibid. γελασίνας ἔχουσα ἐν ταῖς παρειαῖς] forte legendum, γελασίνους. Γελασῖνοι dicti sunt rugae sive surculi illi, qui ridentium in ore fiunt. Suid. γελασίνοις. γραμμαῖς ταῖς ἐκ τοῦ γελᾶν γενομέναις. Martial. lib. 7.

Nec cibus ipse juvat, morsu fraudatus aceti:
Nec grata est facies, cui gelasinus *abest.*

Isac. Porphyrogen. habet, γελασίνας ἔχουσα τὰς παρειάς.

Pag. 106. 19. λευκὴ πάνυ,] ista apud Isac. Porphyrog. mala interpunctione laborant; legenda sunt itaque hoc modo, λευκὴ πάνυ, ἀνδρώδης τὴν πλάσιν.

Pag. 107. 1. καθὼς ὁ σοφώτατος Δίκτυς] Characterismata quaedam Graecorum, et Trojanorum, nostris licet parum affinia, apud Daretem Phrygium habentur: at in Dicty Cretensi, qui hodie extat, nil hujusmodi invenitur. Dicty ergo alio usus videtur Autor noster.

Pag. 107. 12. Ἀγαμέμνων υἱὸς Ἀτρέως] Imno Atrei nepos erat Agamemnon, Plisthenis vero filius; uti supra monuimus. Quod mirum est non advertisse Auctorem nostrum, si modo eodem qui hodie extat Dicty Cretensi usus est.

Pag. 107. 13. Μενέλαος, καὶ Λήιστος] Peneleum illum vocat Dictys. Sed nec in navium numero cum nostro convenit.

Digitized by Google

Pag. 108. 2. *Αμφιγενείας, ἐξ Ιλίου.*] Hujus nec apud Dictym, nec Daretem mentio ulla. Ilii vero nomine vocatas urbes quinque enumerat Stephanus de Urb. quarum tertiam Macedoniae, quartam Thessaliae, quintam Thraciae esse testatur.

Pag. 108. 4. *Κεφαληνίας Ιθάκης*] Male hic conjunguntur istae Insulae ac si una essent. Ulisses enim ex Ithaca, insula Cephaleniae vicina. Stephan. de urb. *Ιθάκη νῆσος, πρὸς τῇ Κεφαληνίᾳ, ἀπὸ Ιθάκου, ἀφ' ἧς ὁ Οδυσσεύς.* Hesychius item Cephaleniam juxta Ithacam ponit. *Κεφαλῆνες, ἔθνος παρὰ τὴν Ιθάκην.*

Pag. 108. 5. *Αχιλλεὺς, ἐκ τοῦ Αργους τῆς Ελλαδος*] Achilles non ex Argo Helladica, sive Peloponesiaca, sed Thessalicâ oriundus. Stephanus de urb. undecim urbes hoc nomine appellatas enumerans, tertiam Thessaliae facit. Dictys Cretens. Graecorum Classem colligens, *ex Pelasgis quinquaginta*, inquit: Dares Phryg. etiam Achillem ex Phthia (*Pithia* codices impressi habent, mendose:) ducit, navibus numero L. instructum. Pelasgia vero, et Phthia, Thessaliae partes sunt, uti supra diximus. Constantin Manasses.

Ο δὲ Φθιώτης Αχιλλεὺς ἔλαμπεν ὑπὲρ πάντας.

Pag. 108. 9. *αἱ πᾶσαι νῆες τῶν Ελλήνων ασν.*] Dictys Cretensis 1275. enumerat, Dares Phrygius, 1140. Tzetzes in Lycophron. 1186. nequaquam cum nostro, nec secum, convenientes.

Pag. 108. 21. *φανεροὶ δὲ προσέμειναν*] *φανεροὶ* ubique apud Autorem nostrum pro nomine multitudinis usurpatur; idemque sonat, quod *πολλοὶ* sive *πλεῖστοι.* ita infra lib. 7. p. 155. *καὶ φανεροὶ τῶν τῆς πόλεως λαμπροί. ex urbis autem primariis plurimi.* item lib. 18. p. 496. de Trulla magnae Ecclesiae Constantinopolitanae loquens haec habet: *ῥήξας γὰρ ἦν εἰς φανεροὺς τόπους, pluribus in locis perrupta fuerat.* Caeterum hujusmodi exempla passim occurrunt.

Pag. 109. 2. *ζώδιον τῆς Πάλλαδος*] ita etiam Cedrenus: Verum Xylander *ξόανον* ibi legendum suspicatur; haud recte. Hesychius. *Ακρωτήρια, τὰ ἐπάνω τῶν ναῶν ζώδια ἀνατιθέμενα. ζώδιον* hoc loco idem sonat, quod *ἀπεικόνισμα*, sive *ἄγαλμα.* Pherecydes apud Is. Tzetzem, Palladia vocat, *τὰ ἀχειροποίητα μορφώματα, καὶ πᾶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς γῆν παλλόμενον, non manu fictos statuas, sed quicquid coelitus in terram vibratur.* Apollodorus etiam apud eundem, tradit, *Ilum, postquam Ilium condidisset, vaccam sequutum: orasse ut videret signum, tuncque Palladium decidisse.* Caeterum Palladium hoc, *τέλεσμα* quoddam fuisse putat doctissimus Jac. Gaffarellus, *Curiositatum Inauditarum*, Gallice scriptarum, *part.* 2. *cap.* 6. cui ipse etiam libentissime accedo, Autoris nostri fretus testimonio, qui asserit Palladium fuisse *τετελεσμένον τι εἰς νίκην, φυλάττον τὴν πόλιν*

Digitized by Google

ἔνθα ἀπόκειται ἀπαράληπτον· *Imagunculam, ritu Mystico praeparatam, in Victoriam scilicet, et ut urbem, in qua servabatur, inexpugnabilem praestaret:* ubi habemus et Telesmatum praeparandorum modum eorumque usum. De his vero consulat Lector laudatum Gaffarellum, libro supra citato. Libro etiam 16. Alchemistam quendam Joannem Isthmeum nomine, introducit ζώδια ὄβρυζα, Imagunculas obryzas populo venditantem. Zodiaci vero signa peculiariter Ζώδια apud Athenaeum, Aristotelem aliosque vocantur.

Pag. 109. 3. φυλάττοντα τὴν πόλιν] Scr. φυλάττον.

Pag. 109. 7. Ἐπίτροπον] Ἐπίῤῥοπον habet Cedrenus. Orbis vero terrae in partes generales, Asiam, Europam, Africam, distributionem non esse adeo antiquam apparet ex Stephano de Urb. qui Asiam Homero, Europamque incognitas fuisse testatur: ἀγνοεῖ γὰρ Ὁμηρος τὴν Ἀσίαν, ὡς καὶ τὴν Εὐρώπην.

Pag. 109. 13. ὅτε τὰς ἑορτὰς τῶν Ἀναθημάτων εἶχον] Cedrenus habet, ἐν ἡμέραις τῶν ἑορτῶν solummodo. De hoc festo τῶν Ἀναθημάτων apud Autores altum ubique silentium τὰ ἀναθήματα, donaria Diis sacrata. Poll. l. 1. τὰ δὲ ἀναθήματα ὡς ἐπιπολὺ, στέφανοι, φιάλαι, ἐκπώματα, θυμιατήρια, χρυσίδες, ἀργυρίδες, οἰνοχόαι, ἀμφορίσκοι. Sunt etiam ornamenta alia quaelibet, aut urbis, ut templa, Porticus Basilicae, teste Strabone, l. 5. Convivii etiam, ap. Hesych. Ἀναθήματα, δαιτός· καὶ κοσμήματα τῆς εὐωχίας.

Pag. 109. 16. εἰ μὴ τὸ Παλλάδιον ἀφέλεσθαι] Scr. ἀφέλεσθε.

Pag. 109. 17. Ἐμοὶ ἐχρεώστηται] Scr. κεχρεώστηται.

Pag. 109. 19. γεναμένη παραίτησις] Scr. γενομένη.

Pag. 110. 2. τοῦ Θρυμβίου Ἀπόλλωνος] Scr. Θυμβραίου, sive Θυμβρίου, a Thymbra, Troadis urbe, ad Thymbrium, vel Thymbrim fluvium sita, sic dictus Apollo. Hesych. Θύμβρα, τόπος τῆς Ἰλίου περὶ τὸν Θύμβρον λεγόμενον ποταμὸν, οὕτως ὀνομασθέντα τῆς ἀρχαίας πόλεως ἀπεχοντα σταδίους δέκα, ὅπουγε καὶ ἱερὸν, Ἀπόλλωνος Θυμβράκου, (Scr. Θυμβραίου.) Eustathius fluvium hunc Θύμβριν vocat, ἀφ' οὗ Ἀπόλλωνος Θυμβραίου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐτοξεύθη Ἀχιλλεύς. Stephano Θύμβριος dicitur. Θύμβρα, πόλις Τρωάδος, Δαρδάνου κτίσμα, ἀπὸ Θυμβραίου φίλου αὐτοῦ· οὗ ποταμὸς Θύμβριος, ἀφ' οὗ Ἀπόλλωνος Θυμβραίου ἱερόν.

Pag. 110. 20. Θαρσεῖν δὲ Φιλοκτήτῃ κράξας] locutio ἀσύντακτος. mallem, ἐμοῦ κράξαντος.

Pag. 111. 2. φιβλοῖ ἐπὶ τὰ σφυρά] Ita etiam Dictys Cretens. l. 4. *Et jam fugientem insecutus, tertio vulnere per utrumque pedem trajicit.* φιβλόω vero, *Fibulo*, et φίβλα, *Fibula.* Hesych. φίβλα, πόρπη, φικίον, περόνη.

Pag. 111. 5. τὸν Βούνιμον, καὶ Κορυθαῖον, καὶ Ἰδέον]

Digitized by Google

Scr. *Ἰδαῖον*. Bunimus, Corinthus, atque Idus hi vocantur apud Dictym l. 5. Is. Tzetzes quatuor enumerat *Βούνικον, Κόρυθον, Ἄγανον, καὶ Ἰδαῖον*, ad Lycophron. p. 123.

Pag. 111. 7. *ἑωρακοῦσα*] Scr. *ἑωρακυῖα*.

Ibid. *Οἰνόη*] *Οἰνώνη*, uti Cedreno, Tzetzi, aliisque dicta est.

Ibid. *ἑαυτῇ ἀπεχρήσατο ἀγχόνῃ*] ita etiam Cedrenus, et Isac. Tzetzes, qui Dictym etiam autorem citat: *ἣ κατὰ τὸν Δίκτυν, βροχαῖς ἀπαγχθεῖσα*. Dictys tamen quem hodie habemus, eam ex moerore mortuam hisce testatur verbis. *Sed fertur Oenonem, viso Alexandri cadavere, adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paulatim per moerorem deficiente animo concideret: atque ita, uno eodemque funere cum Alexandro contegitur.*

Pag. 111. 9. *ἠκροτηριάσθη*] Scr. *ἠκρωτηριάσθη*. Hesych. *Ἀκρωτηριάσας, τὰ ἄκρα ἀποτεμών.*

Pag. 111. 21. *θυσιῶν γὰρ τότε ἐπιτελούντων τῶν Τρώων*] *θυσίας* scribi Syntaxeos ratio postulat.

Pag. 112. 17. *ἐν ταῖς μάχαις απολωμένων*] Scr. *ἀπολουμένων.*

Pag. 112. 22. *Πεισθέντες δὲ ἡμεῖς*] Scr. *ὑμεῖς* et deinde *τοῦ Αντήνωρος*, omnino legendum, *τῷ Αντήνορι.*

Pag. 113. 2. *χρυσίου τάλαντα β΄.*] Cedrenus numerat duo millia talentorum, *καίγε ἐτύπωσαν χρυσίου τάλαντα δισχίλια*: Dictis etiam eundem habet Talentorum numerum lib. 5. *ad postremum binis millibus talentorum auri atque argenti rem decidunt.* *β΄.* itaque numerale, hoc loco Autoris nostri, virgulam subscriptam habere debuit, hoc modo, *β΄.* ad *δισχίλια* notanda.

Pag. 113. 3. *ἐπανήλθαμεν πρὸς ὑμᾶς*] Scr. *ἐπανήλθομεν:* nisi quis *ἤλθαμεν* per syncopen formatum, ab *ἠλεύθαμεν*, Perfecto Med. ab inusitato *ἐλεύθω* retinere malit.

Pag. 113. 5. *τὸν δούριον ἵππον*] Equum Ligneum Hesych. *δοῦρα, δῶρα, κώπας, καὶ ξύλα* inde *δούριος* et *δουράτιος* apud eundem, *ξύλινος.*

Pag. 113. 11. *ἀποδώσομεν τὴν Ελένην*] Scr. *ἀποδώσωμεν.*

Pag. 114. 7. *βουλόμενος εἰς τὴν Ιθάκην πόλιν,*] *ἀποπλέειν*, aut quid tale supplendum videtur. Caeterum Ithaca, non urbs, sed Insula erat, unde oriundus Ulisses. Stephan. de urb. *Ιθάκη νῆσος πρὸς τῇ Κεφαληνίᾳ, ἀπὸ Ιθάκου, ἀφ' ἧς Οδυσσεύς.*

Pag. 114. 9. *εἰς χώραν λεγομένην Μαρωνίδα.*] *Μαρώνειαν* vocat Isac. Tzetz. ad Lycophron. *μετὰ τὴν Ιλίου πόρθησιν, Οδυσσεὺς ἐξωσθεὶς ἀνέμοις, καταίρει πρὸς Κίκονας, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν Ἴσμαρον πορθεῖ, τὴν νῦν λεγομένην Μαρώνειαν*, etc. Stephan. de urb. *Μαρώνεια, πόλις Κικονίας, κατὰ τὴν ἐν Θράκῃ χεῤῥόνησον.* Urbem vero quam Tzetzes Ismarum, Dictys Zimarum vocat lib. 6. *Quo pacto appulsus Zimarum, multa inde per bellum quaesita praeda navigaverit.*

Digitized by Google

Pag. 114. 2. *υἱοὺς γεναμένους*] Scr. *γενομένους*.

Pag. 115. 3. *τῶν λεγομένων Λεστρυγόνων*] Scr. *Λαιστρυγόνων*. Stephan. de urb. *Λαιστρυγόνες, πρῶτοι μετὰ Κυκλώπων ᾤκησαν Σικελίαν.*

Pag. 115. 8. *μέγας τοῖς σώμασι*] pro *τῷ σώματι*, inusitata numeri *ἐναλλαγῇ*.

Pag. 116. 20. *ὀνόματι Ελπη*] Hanc Polyphemi filiam Arenen, et amasium ejus Elpenorem vocat Dictys: ex quo licet Auctor noster, de Bello Trojanos inter Graecosque, haec omnia se descripsisse supra asserat, autorem tamen hic alium, Sisyphum Coum profert.

Pag. 117. 19. *ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ*] Haec nullo modo congruere videntur; ideoque locum mutilum existimo. Infra enim eas Atlantis facit filias: Aeolum quidem duodena prole gaudentem praedicat Quintus Smyrnaeus, *Νόστων* lib. his verbis.

δόμοι δ' ἄγχιστα πέλονται
Αἰόλου Ἱπποτάδαο· κίχεν δέ μιν ἔνδον ἐόντα.
Σύν τ' ἀλόχῳ, καὶ παισὶ δυωκαίδεκα.

Pag. 117. 22. *τῇ λεγομένῃ Εἰᾳ*] Scr. *Αἰαίῃ*. ita insulam hanc vocat Apollonius Rhod. Argonaut. l. 4.

Αὐσονίης ἀκτὰς Τυρσηνίδας εἰσορόωντες
Ἶξον δ' Αἰαίης λιμένα κλυτόν. ἐκ δ' ἄρα νηὸς
Πείσματ' ἐπ' ἠιόνων σχεδόθεν βάλον· ἐνθάδε Κίρκην
Εὗρον.

Aeaeam hanc vocat Tzetzes in Lycophron. *κώπαις δὲ πλέοντες, ἦλθον εἰς τὴν Αἰανὴν, νῆσον τῆς Κίρκης, ἥτις ἐθηριοποίει τοὺς ἀνθρώπους.*

Pag. 118. 10. *ὑποταγὴν φίλτρου δεινοῦ*] locus mutilus: *ἐμποιῶν αὐτοῖς*, aut quid tale deesse videtur, ut sensus plenus sit.

Pag. 120. 13. *μηδὲν ἔνφραινον*] Vocabulum parum Graecum; quod *ἔμφρον* forte dixisset.

Pag. 121. 8. *λεγομένη ἡ Νεκυόπομπος*] Lacum hunc, *Νεκύοπον*, vocat Cedrenus: *εἶτα εἰς λίμνην τὴν καλουμένην Νεκύοπον, ἐν ᾗ διὰ φαντασμάτων ἔγνω τὰ μέλλοντα συμβαίνειν αὐτῷ.* Dictys Cret. rem narrans, de loci nomine silet. *Inde liberatus, pervenerit ad eum locum, in quo exhibitis quibusdam sacris futura defunctorum animis dignoscerentur. Νέκυες*, idem quod *νεκροὶ*, teste Hesychio. Mercurius etiam, *Νεκρόπομπος*, id est, *Manium ductor*, Luciano dictus: quia Manibus ad inferos ducendis praeest. Atque iste Ulissis cum magis hisce congressus, ejus ad Inferos descensus est apud Mythologos.

Pag. 121. 22. *καὶ διασώζοντας αὐτόν τινας*,] *διασώζοντες* hic, pro *ὁδηγοῖς*, viae ducibus, aut stipatoribus satellitibus custodibus, usurpatur: ita etiam infra, in Joviano Imp. p. 321. *ἔλαβε μεθ' ἑαυτοῦ ὁ βασιλεὺς Ἰοβιανὸς ἕνα τῶν σατραπῶν* etc. *εἰς τὸ διασῶσαι αὐτὸν, καὶ τὰ ἐξπέδιτα αὐτοῦ, ἐκ τῆς Περσικῆς χώρας.*

Digitized by Google

Constantin. Porphyrogen. de Administrand. Imper. cap. 7. *ἡνίκα περάσῃ βασιλικὸς εἰς Χερσῶνα ἕνεκα τῆς τοιαύτης διακονίας, ὀφείλει εὐθὺς ἀποστέλλειν εἰς Πατζινακίαν, καὶ ἐπιζητεῖν ὄψιδας παρ' αὐτῶν, καὶ διασώστας* etc. Diasostes etiam a Latinis recentioribus, pro itineris duce frequenter occurrit. Luitprand. Legat. ad Nicephor. ad finem: *Michael vocatus est et Diasostes meus, etc.*

Pag. 122. 11. *εἰς τόπον λεγόμενον Σίγριν*] Rheteum vocat hunc locum Dictys Cret. *Interim Neoptolemus, advecta ligni materia, Ajacem cremat: reliquiasque urna conditas, in Rhetaeo sepeliendas procurat.*

Pag. 122. 16. *τὴν γεναμένην τιμήν*] Scr. *γενομένην.*

Pag. 124. 6. *ἑαυτὸν εἰς τὸ ἔδαφος ῥίψας*] mallem, *ἔῤῥιψε.*

Pag. 124. 12. *ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ πλωτὸς*] *ad pedes ejus cecidit pronus*, id est, membris natantium more explicatis; duriuscula licet vocabuli translatione: nisi quis *πρῶτος* reponendum censeat: quod et Gregorio nostro visum est. Cedrenus habet, *πάντας ἱκέτευε προκυλινδούμενος*, ad pedes eorum provolutus.

Pag. 125. 1. *τὰ τοῦ βίου τερπνὰ ἐννοήσας*] ita etiam infra, in Romulo: *τῆς τοῦ βίου ἡδονῆς ἐπεθύμησε.*

Pag. 126. 13. *τοὺς δὲ ὁπλίτας ἀφανίζουσιν οἱ Αἴαντες*] legendum ex praecedentibus videtur, *τοὺς δὲ ἱππεῖς:* Equitibus enim Ajaces opposuit. Dictys tamen, unde forte haec sumpta, Peditibus eos adversos statuit: *Pedibus* (leg. *Peditibus*) Ajaces duo, *Diomedes, Agamemnon, et Tlepolemus, et cum Jalmeno Ascalaphus opponerentur:* de bel. Tro. l. 4.

Pag. 127. 9. *ὁ Τιθών τις ὀνόματι*] Hunc Memnonem vocat Dictys Tithoni et Aurorae filium: ita etiam infra Auctor noster.

Pag. 127. 18. *καὶ σφενδόβολα*] magis Graece *σφενδόνας* dixerit.

Pag. 129. 2. *ἀνατρέπει τὴν ἀσπίδα αὐτοῦ*] Dictys Cret. l. 4. *Tum dux noster summa vi Umbonem scuti ejus telo aliquantum perforatum viribus ingruens, impulit, vertitque ei latus.*

Pag. 129. 6. *γυμνωθέντος τοῦ τένοντος*] Cedrenus: *τὸ δόρυ βαλὼν εἰς τὸν Μέμνονος τράχηλον γυμνωθέντα.* Dictys etiam; *et nudatum scuto hostis jugulum hasta transfigit. Τένων* etiam, pro cervice usurpatur, apud Lucian. in Cataplo: *καὶ τὸν τένοντα τοῦ Τυφάννου καταπατεῖ.* Hesych. *Τένων τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ νεῦρον.* Suidas etiam *τοὺς Τένοντας* vocat, *τοῦ τραχήλου τὰ διατεταμένα νεῦρα· Ταύρου βαθὺν τένοντα. ὁ δὲ ταῦρος πλαγεὶς, καὶ διακοπεὶς τοὺς τένοντας, ἡσυχῇ καὶ κοσμίως κατηνέχθη.* Sibyllina Orac. lib. 5. ad fin. *Αἰγοκέρως ἔπληξε νέου ταύροιο τένοντα.* Galenus in Isagoge, cervicis posteriorem partem hoc nomine appellari asserit: *τοῦ τραχήλου τὰ μὲν ὄπισθεν ἰδίως τένοντες ὀνομάζονται.* Hippocrates tamen *τένοντας* appellare solet musculorum fines, quos *ἀπονευρώσεις* nominant Anatomici. *Tendines* Latinis dicti sunt.

Digitized by Google

Pag. 130. 11. *πέμποντά τινα*] Scr. *πέμπει.* Cedrenus: *Ἐωρακὼς δὲ ὁ Πρίαμος τὸν Ἀχιλλέα, πέμπει τὸν Ἰδαῖον πρὸς αὐτὸν ἐν ἄλσει*, etc.

Pag. 131. 20. *δόλῳ εἰργάσαντό με*] *fraudem mihi fecerunt.* forte scribendum, *δόλον εἰργάσαντό με*, cum duplici accusativo, quo pacto *ἐργάζομαι*, frequenter usurpatum tradit Moschopulus, voc. Atticar. Collect: *ἐργάζομαί σε κακὸν, μετὰ δύο αἰτιῶν· καὶ, ποιῶ σε κακόν.* Adverbium etiam quandoque, loco Accusativi alterius, eodem teste ponitur: *καὶ μετὰ ἐπιῤῥήματος, ποιῶ σε κακῶς, τὸ ἐργάζομαί σε κακῶς.*

Pag. 133. 2. *ηὑρέθη ἐπὶ Κλανδίου Νέρωνος*] Ista tamen infra referuntur, non ad Neronis, sed ad Claudii Neronis decessoris annum XIII.

Pag. 133. 7. *ἐπὶ τὴν Μυκηναίων*] supple *πόλιν;* uti habet paulo inferius.

Pag. 133. 19. *ἀπὸ τοῦ Σχυνέως*] Hunc *Σχοινέα* vocat Cedrenus.

Pag. 134. 2. *συνανεγνωκότι,*] Eodem sensu usurpatum habes hoc vocabulum infra, lib. 14. in Theodosio jun. *ἀνεγίνωσκεν ἔσω εἰς τὸ παλάτιον: in Palatio interiore literis imbutus est;* et deinde: *συνανεγίνωσκεν, αὐτῷ ἄλλος νεώτερος, studiorum socium habuit juvenem alium, etc.*

Pag. 134. 22. *εἰς ἐξιχίαν ἦλθεν*] sensus loci istius, ex Historia ipsa, satis notus: unde vero hoc monstrosum vocabulum, *ἐξιχία*, non habeo dicere. Supra etiam quid tale occurrit, de Menelao Helenae raptae nuncium accipiente: *καὶ ἀπέμεινεν ἀκούσας ὁ Μενέλαος, ὡς ἔξηγος.* Cedrenus, de Orestis insania loquens, haec habet; *καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἀνέσει διῆγε, ποτὲ δὲ τὰ ἐξόχων ἐπετέλει:* ubi *ἐξιχίαν* nostram per *τὰ τῶν ἐξόχων* exprimere videtur. Ego vero pro *mentis alienatione ἐξιχίαν* hic poni existimo: adeo ut horum verborum *εἰς ἐξιχίαν ἦλθεν ἀπὸ τῆς μανίας παρ' ἑαυτὸν γενόμενος* sensus ad verbum sit; *in mentis alienationem devenit propter furorem, praeter se existens.*

Pag. 135. 4. *οἱ ἱερεῖς ἁγνεύσαντες τὸν Ὀρέστην*] Omnino legendum; *ἁγνίσαντες τὸν Ὀρέστην:* eadem habes apud Dictyn: *Mnestheus liberatum Orestem a Parricidii crimine, purgatumque more patrio cunctis remediis, quae ad oblivionem hujusmodi facinoris, adhiberi solita erant, Mycenas remittit.*

Pag. 135. 6. *ἐφ' ᾧ ὁ Ἄρειος πάγος ὑπῆρχε*] *Ἄρειος πάγος* erat Forum Atheniense, in Acropoli, seu urbis parte superiore positum. Hesych. *Ἄρειος πάγος· ἐν Ἀθήναις δικαστήριον ἐν τῇ Ἀκροπόλει.* Urbs enim *εἰς τὴν ἄνω* et *εἰς τὴν κάτω πόλιν* dividebatur. Stephano etiam *ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν* dicitur, ex Apollodoro, *ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον, διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ σιδήρου γιγνομένας μιαιφονίας:* uti, licet ad caedes gladio tantum perpetratas Areopagitarum censuram restringat Stephanus, ad

Digitized by Google

alias tamen quascunque voluntarias eam extendere infra videbimus. Forum hoc erat in Quarta urbis regione, in colle Tritonii Montis; uti nos docet Hilduinus, Dionysii Areopagitae vita, apud Jo. Meurs. de Fort. Athen. his verbis. *Quarta regio in eadem urbe est, ubi Idolum Martis, et simulachrum Herculis, in colle Tritonii montis, in medio urbis positi steterat, ad colendum multis immolationibus, et delusionibus, Martem et Herculem; quos illi deos maximos, et fortissimos, adorabant. Ubi etiam exercebantur judicia, et docebantur fora, ingeniique omnis solertia etc.* Cognoscebat autem Areopagus de Incendiis, veneficiis, vulneribus, caedibusque praemeditatis: teste Jul. Polluce, lib. 8. cap. 10. *Δικαστήρια Ἀθήνησιν, Ἄρειος πάγος· ἐδίκαζε δὲ φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.* De caedibus itaque quibuscunque voluntariis Athenienses coram Areopagitis causam dicebant; idque tribus diebus continuis per singulos menses: uti Idem testatur, loco citato: *καθ' ἕκαστον δὲ μῆνα, τριῶν ἡμερῶν ἐδίκαζον ἐφεξῆς, τετάρτῃ φθίνοντος, τρίτῃ, δευτέρᾳ:* id est, XXVII. XXVIII. XXIX. cujusque mensis diebus. Attici enim ultimi mensis *δεκημέρου* dies, Latinorum more, ordine retrogrado numerabant; diem mensis ultimum *ἕνην καὶ νέαν*, penultimum *φθίνοντος δευτέραν*, antepenultimum, *φθίνοντος τρίτην*, et sic deinceps ad mensis diem vicesimum primum inclusive, vocantes. Fori hujus judices *ὑπαίθριοι*, sub Dio jus dicebant noctu etiam, non interdiu forum illic agi testatur Lucianus: *ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λέγομενα ἀποβλέποιεν*: ideoque Exordiis uti Oratoriis, aut affectuum commotione, non licebat, teste Jul. Polluce lib. 8. cap. 10. *προοιμιάζεσθαι δὲ, οὐκ ἐξῆν· οὐδὲ οἰκτίζεσθαι.*

Pag. 135. 11. *Ταῦτα Αἶκτυς*] Hujus Mnesthei pro Oreste latae sententiae apud Dictyn. lib. 6. Hyacis vero ibi mentio nulla.

Pag. 136. 1. *ἀργαλέως νόσου*] Scr. *ἀργαλέης*: uti habet Cedrenus.

Pag. 136. 2. *Σκυθίης τε γαῖαν καταλάβοις*] Scr. *καταλάβῃς*, cum Cedreno.

Pag. 136. 3. *Λύσαισθος δὲ χώραν*] Cedrenus, *Αὔλισθός τε χώραν*, uti et ipse infra habet. *Ταυρικὴ*, et *Ταῦροι*, aliis regio haec dicta: Isac. Tzetzes. *ἔχρησε δ' ὁ θεὸς τῆς μανίας αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι, εἰ τὸ ἐν Ταύροις ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος μετακομίσει. οἱ δὲ Ταῦροι μοῖρα Σκυθῶν. Tauri vero Scythiae pars.*

Pag. 136. 4. *ἐκ χθονίης Βαρβάρων*] *ἐκ χθονὸς βαρβ.* Cedrenus.

Pag. 136. 5. *Συρίης γαῖαν σειομένην*] *σειομένην* non habetur apud Cedrenum: et deinde, *αὐλῶνος Σιλπίου ὄρος*, legit. Porro Oraculum Syriam vocat *σειομένην*, ob frequentes ad

Digitized by Google

montem Silpium, partesque vicinas, terrae tremores, quos plurimos enumerat deinceps Auctor noster.

Pag. 136. 12. *προσέσχεν ὁ Ορέστης ἱερὸν, ἑστὼς*] Scr. *ἑστός· προσέσχεν* hic pro *ἑώρα* ponitur locutione Barbara: Forte scribendum, *προσέσχεν ὁ Ορέστης ἱερῷ ἑστῶτι.* Infra etiam in Orestis historia, p. 109. *οἱ δὲ Σύροι προσεσχηκότες τὸ σχῆμα τῆς στήλης.*

Pag. 137. 15. *καὶ ἀφώρισαν παραμίαν*] vocabulum barbarum, pro *καθ' αὑτὸν*, seorsim.

Pag. 138. 9. *γράψας εἰς δίπτυχον*] Diptycha apud Scriptores Ecclesiasticos sunt Tabulae illae duplices, quibus Defunctorum, vivorumque nomina inscribebantur: Apud Auctorem etiam nostrum quandoque eundem habet sensum: ut infra, lib. 17. Justinus Imperator, I. Imperii anno Paulum quendam in Patriarchatum Antiochensem promovit, *ὅστις τοὺς τῆς συνόδου Χαλκηδόνος ἑξακοσίους τριάκοντα ἐπισκόπους ἐνέταξε τοῖς διπτύχοις τῶν ἐκκλησιῶν ἑκάστης πόλεως. Δίπτυχον* vero, singulari numero, apud autorem nostrum ubique, fortasse etiam apud alios, *Tabulas scriptorias* communes denotat: ita in hoc loco: ut et infra, lib. 10. ubi Apollonius Tyaneus, ab Antiochensibus rogatus uti Telesma eis faceret adversus terrae motus, *λαβὼν δίπτυχον, ἔγραψε ταῦτα· Sumptis tabulis ista scripsit:* etc. Cedrenus etiam in hac Orestis historia, eodem utitur vocabulo: *εἰληφὼς δὲ τὸ δίπτυχον, ἐξῆλθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐλθὼν ὅπου Ορέστης ἐφρουρεῖτο, ᾐτήσατο τοὺς φρουροὺς Σκύθας, καὶ εἰσελθὼν ἐπεδίδου τὴν πυκτὴν, οὕτως εἰπών·* etc. ubi, quod prius, *δίπτυχον* dixerat, postea *πυκτὴν*, Pugillares vocat. *Δίπτυχα* etiam aliquando plurali numero, tabulas etiam scriptorias communes denotat. uti infra lib. 6. de Croeso Oraculum Delphicum consulente habetur: *καὶ ἐπιδέδωκεν αὐτοῖς γράψας τὸν χρησμὸν ἐν διπτύχοις.*

Pag. 139. 1. *ἐπὶ τὸν ὠμοπλάτην αὐτοῦ τὸ δεξιόν*] Scr. *τὴν ὠμοπλάτην αὐτοῦ τὴν δεξιάν.* Jul. Poll. l. 2. *τὰς δὲ ὠμοπλάτας, εἰσὶν οἱ καὶ ἐπινωτίους, καὶ πλάτας ἐκάλεσαν.*

Pag. 139. 9. *εἰς τὸ Σαρακηνικὸν λίμητον*] ad Saracenicos fines: de voce *λίμητον*, quod quandoque per ι scribitur, *λίμιτον*, pauca supra notavimus: consule etiam J. Meursium. Interim Cedrenus corrigendus, qui, ex Librariorum oscitantia, Regionem nescio quam Saracenicam, *Emet* dictam, nobis profert vocabulo scilicet ex *λιμίτῳ* corrupto: *ἦλθον πρὸς ἀνατολὴν, ἐπὶ τὸ Σαρακηνικὸν Εμέτ:* scribendum, *ἐπὶ τὸ Σαρακηνικὸν λίμητον.*

Pag. 139. 17. *στήλην χαλκῆν τυχέας*] forte scribendum, *τύχης*, aut *εἰς τύχην.*

Pag. 139. 21. *δέχνυσο θεὰ πόα Νύσσα*] Ita habebat Codex MS. quo unico usi sumus: nec loco huic obscuriori enucleando lucem aliquam nobis praestitit Cedrenus, qui Auctoris nostri vestigiis alioqui, per totam hanc Orestis historiam, diligenter

Digitized by Google

satis insistit. Investiganti itaque mihi, quodnam vocabuli sit hoc *ποα*, subiit tandem suspicari, *πτώα* forte legendum esse. Certe hoc nomine vocatam fuisse tum Latonam, tum filium ejus Apollinem, filiamque Dianam, testatur Isac. Tzetzes in Lycophron. his verbis: *Λητοῖ ἐν Δήλῳ γεννώσῃ Αρτεμιν, καὶ Απόλλωνα, σῦς μέγας ἄγριος ἐφάνη. ἰδοῦσα δὲ τοῦτον ἐπτοήθη, καὶ πτῶα ἐκλήθη, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Αρτεμις, καὶ ὁ Απόλλων Πτῶος.* Iphigeniam itaque, Dianae sacerdotem, Numini huic novo a se ipsa sacrato, Divae suae ritus peragentem, etiam nomen ejus *Πτώα* adhibuisse haud prorsus incredibile est; quodque olim, *Πτώα Αρτεμις*, *Πτώα Νύσσα* nunc dixisse.

Pag. 140. 2. *ἐκ τῆς χώρας ἐκείνης*] *ἐκ τῆς χώρας ταύτης* Cedrenus: rectius.

Pag. 140. 18. *Σκυθῶν πόλιν*] Cedrenus *Σκυθόπολιν* vocat, qui eam *Βασὰν* olim dictam fuisse testatur p. 51. Stephan. de urb. Nyssae, prioris urbis nominis mentionem facit, his verbis. *Σκυθόπολις, Παλαιστίνης πόλις, ἢ Νύσσης κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις πρότερον λεγομένων Βαίσων ὑπὸ τῶν Βαρβάρων.* Ogi fuisse regiam olim, asserit Xylander, in Cedreni locum citatum; quem vide. urbs haec 600. stadiis distabat ab Hierosolymis, uti apparet ex Maccabaeor. lib. 2. cap. 12. ver. 29.

Pag. 141. 22. *ὑπεράνω κίονος ἵστανται*] Scr. *ἵσ. ἔστησαν.*

Pag. 142. 2. *τοῦ Μελαντίου ὄρους τὸ ὄνομα Αμανον.*] ita etiam Isac. Tzetz. in Lycophron. Orestis historiam recitans: *Χειμασθέντες δὲ, ἐξώκειλαν περὶ τὰ τῆς Σελευκείας νῦν λεγομένης μέρη, καὶ περὶ Αντιόχειαν, καὶ τὸ Μελάντιον ὄρος, ὃ ἀπὸ τοῦ πανθῆναι τὸν Ορέστην ἐκεῖ τῆς μανίας, Αμανον ἐκλήθη.* Eadem habentur apud Stephan. de urb.

Pag. 142. 8. *προσεσχηκότες τὸ σχῆμα*] hoc locutionis genus occurrit supra, p. 102.

Pag. 143. 13. *ἣν ἐκάλεσε Παλμοίραν*] *Πάλμυρα*, Stephano, nostroque etiam infra, lib. 18. ubi haec ipsa repetita sunt, dicta est: verum quam absurde hic urbis a Salomone conditae nominis originem a Graeco fonte petit Auctor noster? Sed nec Goliathum hoc in loco prostravit David, sed in Judae partibus, ab Hierosolymis haud procul dissitis. Urbs vero haec, a Salomone quidem condita est, in deserto Syriae vicino, a Syria superiore dierum 2. itineris spatio, ab Euphrate unius, a Babylone sex dierum itineris spatio dissita: nomenque a Salomone datum habuit Thadamoram; licet Graecis, Palmira, dicta esset, Josepho teste Ant. Jud. l. 8. c. 2. *ταύτην οὖν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλών, Θαδαμόραν ὀνόμασε, καὶ τοῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς Σύροις· οἱ δὲ Ελληνες αὐτὴν προσαγορεύουσι, Παλμυράν.* Hebraice dicitur תדמר *Tadmor* et *Thadmor*, 1. Reg. 9. et 2. Paralip. 8. item תמר, *Tamar*, Ezechiel. 47. Quidam hoc nomine urbem hanc vocatam volunt, quod eo loci Pal-

Digitized by Google

meta plurima sint, uti tradit Hieronymus de Loc. Hebr. תמר, *Tamar* enim *Palmam* significat.

Pag. 143. 17. *ἐν οἷς ἐβασίλευσεν Αχαὰβ, βασιλεὺς Ιουδαίων*] Ante hoc tempus regnum divisum fuerat in regnum Juda, et regnum Israel: in hoc vero, non in illo Salomonis successor erat Achabus.

Pag. 145. 15. *βουλεύσασθε εὐλογηθῆναι*] forte, *βουλεύσατε*. Septuag. leg. *ποιήσατε μετ' ἐμοῦ εὐλογίαν*.

Ibid. *καὶ φάγεται*] Scr. *φάγετε*.

Pag. 146. 15. *ἡμέρα θλίψεως, δεσμοῦ* etc.] Septuag. *ἡμέρα θλίψεως, καὶ ἐλεγμοῦ, καὶ παροργισμοῦ ἡ ἡμέρα ταύτη*.

Pag. 148. 22. *Σαρὰχ τῶν πατράρχων*] Scr. *τὸν πάτραρχον*, ut habet Chron. Alexandrinum. Septuag. *ἐν οἴκῳ Νεσεραὶχ θεοῦ αὐτοῦ*.

Pag. 149. 9. *στήλην χαλκῆν τῷ ἡλίῳ*] *στήλη*, pro statua, frequenter occurrit apud recentiores: apud nostrum vero exemplis hujusmodi nihil usitatius. Inter alios vero Jo. Tzetzes, de Alexandri statua a Lysippo facta, verba faciens, haec habet, Chil. 8. Hist. 200.

Καὶ γὰρ καὶ παρατράχηλον ἐποίησεν ἐκεῖνον.
Δοκοῦντα βλέπειν οὐρανὸν, καὶ πᾶν ἠκριβωμένως,
Οποῖος ἦν Αλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐκεῖνος.
Ωστε δοκεῖν τοὺς βλέποντας, Αλέξανδρον, οὐ στήλην.

Pag. 149. 10. *ἤντινα ἐκάλεσαν Κολοσσὸν ὡς φοβερὸν θέαμα*] *Κολοσσοὶ* statuae sunt praegrandes, atque inusitatae, stupendaeque magnitudinis, teste Hesychio. *Κολοσσοὶ, ἀγάλματα ὑπερμεγέθη*. Erat autem Colossus iste 70. Cubitorum altitudine, uti testatur Philo Byzantius de 7. Orb. Spectacul. *Ἐν ταύτῃ Κολοσσός ἐστι πηχέων ἑβδομήκοντα διεσκευασμένος εἰς Ηλιον*: licet de cubitorum numero non convenit inter Auctores: de quo vide Leon. Allatii in Philon. Not. ubi obiter notandum, injuste ab Allatio vapulare Dalecampium, eo quod, *Septuaginta cubitorum*, et, *pedum centum et quinque*, idem esse asserere ausus sit. Licet enim pedes cv. nec cubitorum Geometricorum (si tamen Cubitus iste locum uspiam, praeterquam apud Origenem, habuerit:) nec regiorum, nec communium; Cubitorum tamen Minorum, sive Sesquipedalium, (qui etiam Herodoto communis est) numerum exactissime implent. Herodot. l. 2. *ἐξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης, καὶ τετραπήχεος· τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου. Passus*, inquit, *mensurae sex pedum, sive quatuor cubitorum: pedes autem, quatuor palmorum: Cubiti vero sex palmorum.* Cubitum etiam Sesquipedalem facit Hesychius: *Πῆχυς, ὁ εἷς καὶ ἥμισυ ποῦς*.

Pag. 150. 1. *Επὶ οὖν τῆς βασιλείας Ιωακεὶμ βασιλέως*] Ioakim iste, qui et Jechonias dictus est, quique Babylonem captivus ductus est, Joakimi prioris filius erat. Vide 4. Reg. cap. 24.

Digitized by Google

Pag. 151. 3. *πρῶτος ὁ Ἀρδεὺς*] *Ἀρδυσος* hic Eusebio dictus est.

Pag. 151. 12. *ἀστράγαλον χειρὸς ἀνθρώπου*] ita etiam ex septuag. versione, Cedren. *διὰ τοῦτο ἀπεστάλη ἀστράγαλος χειρὸς* etc. Chron. Alex. *καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθεώρει τοὺς ἀστραγάλους τῆς χειρός.* Constant. Manas.

Ἀστράγαλον ἐώρακε γράφοντα πρὸς τῷ τοίχῳ.

apud quos omnes — — *ἀστράγαλος* improprie sumitur, pro manus digito, seu articulo: apud Anatomicos enim Spinae vertebram, sive spondylum significat: pro Talo etiam quandoque ponitur, teste Hesychio: *Ἀστράγαλον, τὸν σφόνδυλον, καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ σκέλους.* Jul. Pollux, lib. 2. c. 4. *ἀστραγάλους* Talos interiores esse testatur: *οἱ δὲ ἀστράγαλοι, οὐ τὰ προὔχοντα, ἀλλὰ τὰ ἔνδοθεν κρυπτόμενα ὑπὸ τῶν σφυρῶν.*

Pag. 152. 1. *καὶ μεθ' ἡμέρας Δαρεῖος* etc.] Imo eadem nocte occisum fuisse Baltazarem, Assyriorum regem, testatur sacra Pagina Dan. cap. 5. Sed nec alias cum sacro textu concordat Auctor noster, in hac Baltazaris historia: inter alia vero cum Darius, apud Danielem, LXII. annos natus, regnum obtinuisse dicatur, noster sexagenarium tantum eum facit.

Pag. 152. 13. *προειπόντος Θαλοῦ τοῦ φιλοσόφου τὴν ἔκλειψιν*] De Thalete Eclipsim hanc praedicente, vide Herodotum lib. 1. Cedrenus asserit Thaletem Defectus solis, Lunaeque, et Aequinoctia primum deprendisse: *καὶ πρῶτος τὴν ψυχὴν εἶπεν ἀθάνατον, ἐκλείψεις τε καὶ ἰσημερίας κατείληφε.*

Pag. 152. 14. *Πεισίστρατος πολεμῶν δημαγωγεῖ.*] locum hunc suspectum habeo: Qnid enim Pisistrato cum bello Astyagen inter Lydosque.

Pag. 152. 16. *τρῦτο γνόντες οἱ Πεισαῖοι*] Scr. *Πισαῖοι.* Stephan. de urb. *Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τῆς Ολυμπίας· ἔστι καὶ χωρίον, ἐν ᾧ ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὁ Ολυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται.*

Pag. 152. 18. *τῷ κράτει τῆς δυνάμεως αὐτοῦ*] *αὐτοῦ*, hoc loco, ad Solem referendum est; cujus Tutelae Pisaei se, resque suas commiserunt, Certamina haec Pythia ejus in honorem instituentes.

Pag. 153. 1. *τὰ Ἰσθμια τῷ Πλούτωνι*] Certamina Isthmia, post Nemaea, instituta tradunt alii; ab Isthmo Corinthiaco, ubi primum celebrata sunt, sic dicta: nec Plutonis, ut Noster, sed Neptuni in honorem, qui Isthmius etiam inde vocatus: Stephan. de urb. in *Ἰσθμός· ἔστι καὶ Κορίνθου ἰσθμὸς, ἐν ᾧ Ἰσθμιος ὁ Ποσειδῶν.*

Pag. 153. 20. *καὶ δηλοῖ Κύρῳ*] id est, *Literas Cyro mittit:* hoc sensu enim *δηλῶσαι* passim apud hunc nostrum usurpatur. Ita infra, lib. 14. p. 353. Theodosius Junior Eudoxiae filiae, ob Romam ab ea Vandalis proditam, adeo infensus erat, ut nullam

Digitized by Google

omnino deinceps rationem ejus habuerit, sed nec per literas eam compellare voluerit; καὶ ἔασεν αὐτὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, παρὰ Ζινζιρίκῳ, μηδὲν αὐτῷ δηλώσας. Exempla hujusmodi passim occurrunt.

Pag. 154. 2. τοσαύτην γῆν ἀφεστηκὼς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῶν ἐμῶν βασιλειῶν] Miror quid Xylandro venerit in mentem ut haec ita redderet, apud Cedrenum: *qui a me et regno meo tantum terrae abstulit.* ἀφεστηκὼς enim *dissitus*, sive *disjunctus est* hoc loco significat; *abstulit* vero nullibi significare poterit.

Pag. 155. 13. Παίζην δέ με πειρᾶται] Oraculum hoc integrum habetur apud Herodotum lib. 1. his verbis.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.
Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρὴ οἷα χελώνης
Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν,
Ἡ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸς δ' ἐπίεσται.
Aequoris est spatium, et numerus mihi notus arenae:
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testudinis acris.
Quae simul agnina coquitur cum carne lebete,
Aere infra strato, et stratum cui desuper aes est.

Pag. 155. 22. Κροῖσος Ἅλυν ποταμὸν διαβὰς] ποταμὸν hic frustra inseritur, metrique rationem interturbat: Oraculum hoc inter Oracula Metrica, a Jo. Opsopoeo collecta, sic se habet.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Pag. 156. 7. ἔβαλεν αὐτὸν εἰς λάκκον λεόντων] Imo nec ob hanc causam, nec ab hoc rege, sed a Dario Medo, Babyloniae rege, in foveam Leonum conjectus est Daniel. vide Dan. cap. 5.

Pag. 157. 13. ἐλήφθη αἰχμάλωτος αὐτὸς, καὶ τὰ πλήθη αὐτοῦ] Cedrenus habet, καὶ ἀπώλετο τὰ πλήθη αὐτοῦ, quod et in nostro supplendum videtur.

Pag. 157. 19. καὶ μετ' αὐτοὺς Ἡρόδοτος] Forte scribendum, μετ' αὐτοῖς: Herodotus enim Polybio saltem Castoreque antiquior; forte etiam Auctoris nostri Thalete hoc, si modo idem sit hujus Thales cum Thallo illo ab Africano citato; quod facile crediderim. vid. Voss. de Hist. Graecis.

Pag. 158. 4. τὰ δὲ ἐννέα ἤμισυ ἐπανῆλθον] Imo duae tantum tribus, Judae scilicet et Benjamini, Judaeam repetierunt; reliquae x. in Perside remanserunt; uti testatur Josephus, Antiquitat. Judaicar. lib. 11. διὸ καὶ δύο φυλὰς εἶναι συμβέβηκεν ἐπί τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπακουούσας: αἱ δὲ δέκα φυλαὶ πέραν εἰσὶν Εὐφράτου, ἕως δεῦρο μυριάδες ἄπειροι etc.

Pag. 158. 11. καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, ἐσφάγη] Alii Cyrum, illato Messagetis Scythis bello, a Tomyride, eorumregina interfectum volunt. Vide Justin. et Herodot. lib. 1. Euseb. alios.

Pag. 158. 7. ἄλλοι πολλοὶ ἐβασίλευσαν Ἀσσυρίων] Scr. Περσῶν. a Cyro enim regnum ad Persas translatum est.

Digitized by Google

Pag. 159. 20. *ὡς καθεύδει μετ' αὐτοῦ νυκτὸς*] Haec aliter narrantur Judithae lib. cap. 13.

Pag. 160. 6. *διὰ δυνάμεώς τινος τοῦτο ἐγένετο.*] *δύναμις* pro spiritu quodam, seu Daemone, uti alias saepius apud nostrum, hoc loco sumitur.

Pag. 160. 8. *ἐν ταῖς Ἑβραϊκαῖς ἐμφέρεται γραφαῖς*] Nihil minus: Librum enim Judith Hebraeum Judaei nullum unquam habuerunt. vide Scalig. in Euseb. Chron. p. 89.

Pag. 160. 10. *ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Ἀρταξέρξης*] *Ἀσσυρίων* etiam supra, pro *Περσῶν* ponit. Caeterum Artaxerxes ille, cujus Pincerna Nehemias erat, qui et Mnemon cognominatus est, post Cambysem quidem, quem Noster Darium hic vocat, Persis imperavit, non tamen immediate, sed interjectis regibus aliis sex.

Pag. 160. 13. *καὶ ἄρχειν αὐτὸν τῶν εὐνούχων ἐποίησε*] Ita etiam Cedrenus; nisi quod, pro nostri *ἄρχειν*, ibi *ἀρχὴν* legatur; mendose. Unde tamen Enuchorum praefecturam adeptus est Nehemias? Artaxerxis quidem *οἰνοχόος*, *Pincerna*, vel fortassis *ἀρχιοινοχόος*, ut Cedrenus alibi eum vocat, *Princeps Pincernarum* erat, atque hinc proculdubio Nehemiae praefectura a Graeculis recentioribus efficta est.

Pag. 161. 6. *πρῶτος ἐβασίλευσεν ὁ Κραναὸς*] Scr. *Καρανός*. Caranus enim, non Cranaus regni Macedonici prima jecit fundamenta.

Pag. 161. 7. *τὴν Αὐγὴν, τὴν Ἀλέου θυγατέρα*] Cedrenus habet, *τὴν Λύτβην, τὴν Ἀτλέτου θυγατέρα*, mendose.

Pag. 162. 3. *ἄλλοι πολλοὶ ἕως Δαρείου τοῦ νεωτέρου*] *Δαρεῖος ὁ νεώτερος* nostro est Darius Nothus, ut infra apparet: inter quem tamen et Artaxerxem intervenerunt tantum Xerxes, qui mens. 2. et Sogdianus, qui mens. 7. regnarunt. vide Euseb. et Helvic.

Pag. 162. 7. *τοὺς Σκιτίνους καλουμένους*] Hos *Κτηταίους* vocat Cedrenus, nomine uterque aeque ignoto.

Pag. 162. 17. *ἀπὸ πόλεως μικρᾶς, λεγομένης Χαρτίμας*] Cedrenus, *ἐκ μικρᾶς πόλεως Χαρτικῆς*. hanc urbem Chartam vocat, de Carthagine verba habens, qui eam ita dictam asserit *a Cartha oppido, unde fuit Dido, inter Tyron et Berithon:* atque hoc etiam ex historia Poenorum, uti ipse alibi testatur.

Pag. 163. 8. *καὶ βαστάζοντες βήναβλα.*] *βήναβλον Venabulum* ut *βηνάτωρ, Venator:* atque haec recta est vocis hujus scriptura. Graeci tamen recentiores *Μέναυλον* scribunt, ex Vocabuli scilicet originis ignorantia, atque etiam ex Characterum horum, *μ* et *β*, similitudine; in MS. enim Codicibus, praesertim antiquioribus, vix inter se distingui possunt.

Pag. 165. 3. *ὀνόματι Φορβὰν*] Fluvium hunc *Εὔηνον* antea dictum asserit Cedrenus; Plutarchus, Thestium a Thestio,

Digitized by Google

Martis et Pisidices F. Stephanus, Thoss: Stephan. de urb. *Ἀχελῶος ποταμὸς Ἀκαρνανίας, ἀπὸ Ἀχελώου ἐλθόντος ἐκ Θετταλίας μετὰ Ἀλκμαίωνος· ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός.*

Ibid. *καὶ φιβλωθεὶς ὁ Ἀχελῶος*] vocabulum Graecobarbarum, apud Graecos recentiores frequenter usurpatum, a *φίβλα*, Latinis Fibula. *φιβλωθεὶς, transfixus: φιβλοῦν*, pro *transfigere*, supra habuimus, in Paridis a Philoctete occisi historia, lib. 5. p. 77. *τοὺς αὐτοῦ πόδας φιβλοῖ ἐπὶ τὰ σφύρα., pedes ejus juxta malleolos transfixis.*

Pag. 165. 11. *ἥτις προποιήσασα τοξεύει τὸν σύαγρον*] ita etiam Jo. Tzetz. Chil. 7. Hist. 102.

Πολλῶν συναθροισθέντων δὲ συαγρευτῶν ἐκεῖσε,
Ἡ Ἀταλάντη πρώτη μὲν ἐκεῖνον ἐκτοξεύει·
Εἶτα βαλὼν Μελέαγρος κτείνει τῷ συοκτόνῳ.

Pag. 166. 1. *ὅσον χρόνον φυλάττετο*] Scr. *ἐφυλάττετο.*

Pag. 166. 20. *ὑπὸ τοῦ Τακος*] Cedrenus hunc *Αἴακα* vocat: de Nauplio vero Graecorum Principum uxores uti moecharentur instigante, filii sui Palamedis in ultionem, vide Isac. Tzetzem in Lycophron.

Pag. 167. 5. *τὴν μετακληθεῖσαν Βενέβεντον*] ita etiam Cedrenus. Stephanus urbem hanc a Diomede, *Ἄργος ἵππιον*, dictam asserit. *Διομήδης, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου, ἐτείχισε, καὶ μετωνόμασεν, Ἄργος Ἵππιον:* a Diomede itaque non condita, sed muro cincta tantum fuit. Procopius tamen Beneventum a Diomede conditum fuisse testatur, Gothicor. lib. 1. *ταύτην Διομήδης ποτὲ ὁ Τυδέως ἐδείματο:* qui etiam apri Calydonii dentes, tres spithamas in circuitu habentes avunculi sui Meleagri in memoriam a Diomede ibidem repositos, ad sua usque tempora in spectaculum asservatos fuisse testatur. *οἳ καὶ εἰς ἐμὲ ἐντεῦθά εἰσι, θέαμα λόγου πολλοῦ ἰδεῖν ἄξιον, περίμετρον οὐχ' ἧσσον ἢ τριεσπίθαμον ἐν μηνοειδεῖ σχήματι ἔχοντες.*

Pag. 167. 21. *καὶ ἤνεγκαν οἱ Ρουστοῦλοι τὰς ἐπάνω*] id est, *et Rutuli superiores evaserunt.* Eodem rudi locutionis genere utitur, ad finem lib. 8. *ἰδὼν ὁ Ἀννιβαὰλ τὴν τοῦ Σκιπίονος δύναμιν, καὶ ὅτι τὰς ἐπάνω φέρει* etc.

Pag. 168. 5. *ὅστις οἶκος ἐκλήθη τὸ Παλλάντιν*] *Παλλάντιν*, pro *Παλλάντιον;* ut *στηθάριν*, pro *στηθάριον*, Librariorum ex recitantis ore scribentium errore frequentissimo.

Pag. 168. 6. *ἀπὸ τότε ἐκλήθη τὰ βασιλικὰ κατοικητήρια, Παλλάντιον.*] Eadem habes apud Cedrenum, et Glycam, part. 2. Zonaras autem, Palatium, Domum Imperatoriam dictam vult, eo quod in Monte Palatino posita fuerit: *ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κα-*

Digitized by Google

τοιαῦτα παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ λεγομένῳ ὄρει, ἐν ᾧ Φαυστοῦλος ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε.

Pag. 168. 15. *τὴν θυγατέρα τοῦ Λατίνου Αἰβανίαν*] Scr. *Λαβινίαν*, et hic, et in sequentibus: Lavinia enim dicta fuit Latini filia; Laviniumque, urbs ab Aenea a nomine ejus condita. Verum cum nostro, in hac Aeneae historia, Romanisque primordiis ineptit etiam Cedrenus.

Pag. 168. 23. *καὶ ἔκτισε τὴν Αἰβανίαν*] Alba, dicta est haec urbs ab Ascanio condita: caeterum cum quae profert hic Author Noster a vero ut plurimum aliena sint, atque alias etiam omnibus satis nota, errores singulos notare supersedebo.

Pag. 169. 6. *Ἐλιακείμ, ὁ υἱὸς Ἰησοῦ*] Jesuae Pontif. qui cum Zorobabel Hierosolymas reversus est, filius quidem erat Joacimus, non Eliachimus: de hoc tamen Auctorem intelligendum esse puto.

Pag. 169. 7. *Ἱππάσιος φιλόσοφος*] Forte hic idem est, quem Hesychius Illustr. *περὶ σοφῶν*, *Ἱππασον* vocat: quem vide.

Pag. 169. 10. *μετὰ τοὺς προειρημένους φιλοσόφους* etc.] locus iste adeo mendosus est, ut sanus aliquis sensus exinde elici vix poterit. Stesichori duo fuerunt: quorum primus Thucydide multo antiquior: nec tamen Stesichorus alter ei contemporaneus erat; sed aliquanto junior; de quo vide Cl. Seldeni Marmor. Arundel.

Pag. 169. 18. *Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Δαρείου τοῦ νεωτέρου*,] Ochus hic primo dictus, deinde Dariaeus, teste Ctesia: *Βασιλεύει Ὦχος, καὶ μετονομάζεται Δαριαῖος*, cui in regno successit filius ejus, Arsaces, Artoxerxes postea dictus: *βασιλεύει δὲ Ἀρσάκης, ὁ μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης.*

Pag. 169. 21. *τὴν Σίλπιν πόλιν*] Nugae: urbem hanc statim *Σίλβιν* vocat; *μεταγαγὼν ἐν τῇ Σίλβει πόλει καὶ τὸ Παλλάδιον:* Cedrenus *Σίλβαν* appellat. Silvii Latinorum reges dicti sunt, non ab Alba nescio quo, urbeve ab eo condita; sed a Silvio, Aeneae ex Lavinia filio. Sed nec Albam regem agnoscit Historia Romana; Alba quidem urbs erat, ab Ascanio, Aeneae ex Creusa F. condita; ut supra diximus.

Pag. 172. 9. *χρυσοῦν στηθάριον στήλην*] Meurs. Glossar. *Στηθάριον. Pectorale. Armatura pectoris equorum.* Apud nostrum tamen, et Chron. Alex. auctorem, pro *statua* ubique ponitur. Hujusmodi Imagines Graecis recentioribus etiam *θώρακες* et *θωράκια* dictae sunt, scilicet umbilico tenus ductae: has Graecia purior *προτομὰς* dixit. Hesychius: *Προτομή· εἰκὼν βασιλικὴ, ἕως τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ σώματος εἶδος.* Haec vero de Romulo omnia habentur, tum apud Chr. Alex. tum apud Cedrenum, qui ex nostro descripsisse videntur, Chron. quidem Alex. auctor ipsa verba, Cedrenus sensum tantum secutus.

Pag. 173. 12. *μηνὶ Δύστρῳ*,] Chr. Alex. *μηνὶ Σύστρῳ*,

Digitized by Google

mendose. Mensibus Macedonicis passim utitur Auctor noster, quorum haec nomina.

Δύστρος	*Martius*
Ξάνθικος	*Aprilis*
Αρτεμίσιος	*Maius*
Δέσιος	*Junius*
Πάνεμος	*Julius*
Λόος	*Augustus*
Γυρπιαῖος	*September*
Υπερβερεταῖος	*October*
Δῖος	*November*
Απηλλαῖος	*December*
Αὐδυναῖος	*Januarius*
Περίττιος	*Februarius.*

Pag. 173. 13. τῷ Ἡλίῳ Τιτᾶνι, ὡς ὑψουμένῳ] Raderus ista vertit, apud Chr. Alex. *in solis, ut Titanis excelsi, cultum:* male omnino. ὑψούμενος enim hic dictus sol, id est *Exaltatus* (non *Excelsus*) eo quod ad Aequatorem provectus, mediam jam altitudinem suam, septentrionem versus attigerit. Sol enim semper *Excelsus* dici potest; *Exaltatus* vero eo magis, Septentrionalibus, quo a Tropico Capricorni longius dicessit. Martii itaque xxv. id est, Aequinoctio verno, Certamina haec ab Oenomao, solis jam sic satis Exaltati in honorem, instituta dicuntur.

Pag. 173. 17. καταγωνίσασθαι αὐτὸν] Chr. Alex. καταγωνίζεσθαι αὐτοῦ: καταγωνίζομαι hic pro ἀνταγωνίζομαι ponitur: καταγωνίζομαι enim proprie significat, *Certamine vinco:* Hesychius: καταγωνίζεται, νικᾷ.

Pag. 174. 22. ὁ Ενυάλιος ἅρμασι διπώλοις ἐφεῦρε] Chr. Alex. ἅρμασι δὴ πολλοῖς: mendose.

Pag. 175. 2. ἐν τοῖς Ετησίοις αὐτοῦ,] Iterum forte corrigendum Chr. Alex. ubi pro *Ετησίοις* habet *Αἰτησίοις:* quod interpres *Aetiis* vertit. Αἴτια quidem inscripti Callimachi operis, quo fabularum origines et causas exposuerat Poeta, meminit Servius in 7. Aeneid. et Martial. l. 10. *Epigr.* 4. Callimachum autem libros quamplurimos scripsisse, 800. numero, testis est Suidas; qui tamen multos eorum enumerans, nec nostri Ετήσια, nec dicta Αἴτια habet.

Pag. 175. 13. τὰ δὲ ἑπτὰ σπαθία] ita etiam Chr. Alex. mendose: σπαθίον enim *Gladiolum* significat: Legendum itaque cum Cedreno, σπάτια, quod vocabulum pure Latinum est. De Circi vero constructione, vide Onuphrium Panvinium, et Cl. Salmasii in Solinum Plinian. Exercitation.

Pag. 175. 14. τὴν κίνησιν τῆς ἀστρονομίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου.] Haec aliter leguntur apud Chr. Alex. hoc modo: τὴν κίνησιν τῆς ἀστρώας (fort. τὴν ἀστρῶαν) τῶν

Digitized by Google

ἑπτὰ ἀστέρων, καὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Cedrenus habet tantum, τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανητῶν.

Pag. 176. 3. πραισεντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν.] Cum Nostro etiam hic ineptiunt Cedrenus et Chr. Alex. Auctor, πράσινον, a πραισεντεύειν derivantes. Πράσινος enim est, Porraceus, sive Color viridis, qualis porri est.

Pag. 176. 5. τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν] Factiones hasce coloribus dispares, a Romulo institutas, Circumque ipsum ab eo extructum fuisse, negant eruditi. Spectacula enim haec, Consualia, primo a Romulo; deinde, Circo a Tarquinio Prisco extructo, Circensia dicta sunt. Quin et apertis campis a Romulo celebrata fuisse testatur Cassiodorus, qui de Oenomai Ludis locutus, *Quos ludos* (inquit) *postea Romulus in raptu Sabinarum, necdum fundatis aedificiis, ruraliter ostentavit Italiae* etc.

Pag. 176. 18. ἀπότε ἐπενόησεν αὐτοῖς τὴν τοῦ Ἱππικοῦ θέαν ὁ Ῥῶμος.] Scr. ἀφότε ἐπενόησεν, etc. Caeterum haec mendose leguntur apud Chr. Alex. Lectio itaque, uti et interpunctio, ex nostro restituenda.

Pag. 177. 12. ἃς ἐκάλεσε Βρυτίδας] Βρούτιδας legit Chr. Alex. Has ego servas foeminas esse dixerim, a gente Brutiorum, sic dicta, quod eorum plerique omnes fugitivi servi initio fuerint, ac bruta gens, hominum colluvione circa Lucaniam confluente; uti asserit Diodor. Sicul. Bib. Hist. l. 16. *Brutides* autem mulieres dicuntur; ut Prophetides; teste Suida: Βρούτιδες. γυναῖκες οὕτω καλούμεναι, οἱονεὶ Σιβύλλαι, καὶ προφήτιδες.

Pag. 177. 17. ἐδόθη αὐτῷ ὁ χρησμὸς, ὥστε ἐπιτελέσαι] ob hoc Consilium ab Oraculo Romulo, hisce angustiis posito, datum, Consualia haec certamina Consi, id est, Consilii Dei in honorem celebravit. Valerius l. 2. c. 1. de Institut. antiq. *Circense spectaculum primus Romulus, raptis Virginibus Sabinis, Consualium nomine celebravit.* Consus vero, idem qui Neptunus: haud recte itaque Auctor noster, Solis in honorem a Romulo instituta fuisse haec certamina, supra affirmat.

Pag. 178. 13. ὡσαύτως δὲ καὶ Πλίνιος etc. ὁμοίως δὲ καὶ Λίβιος. Latinorum Scriptorum nomina ista Chr. Alex. auctori parum nota fuisse videntur; ideoque pro Plinio Apollonium, pro Livio, Silvium, nescio quos supposuit.

Pag. 178. 16. εἰς Βούρδωνας.] *In Burdone*, vertit Rader. ac si nomen loci esset. Ego vero vocabulum hoc Latinum esse puto et ἡμιόνους Graecis sonare, id est *Mulis*, sicut 2. Reg. 5. 17. ubi vulgaris translatio habet, *obsecro concede mihi, ut tollam onus duorum burdonum;* septuag. habet: δοθήτω τῷ δούλῳ σου γόμος ζεύγους ἡμιόνων. Probabile autem est, Auctorem nostrum ad locum illum Servii in Virgil. Aeneid. l. 8. respexisse; ubi in haec verba *Magnis Circensibus actis*, haec habet Scholiastes: *Magnis, quantum ad paupertatem pristinam pertinet. Nam legi-*

Digitized by Google

mus, propter equorum inopiam, diversis eos hinc usos animantibus.

Pag. 178. 18. *Ἀμούλιος, ὁ αὐτῶν πάππος*] ita etiam Chr. Alex. auctor, contra Historiae Romanae fidem: non enim Amulius, sed Numitor avus erat Gemellorum.

Pag. 178. 21. *ἱέρεια οὖσα τοῦ Ἄρεως,*] Chr. Alex. habet *ἱεράουσα τοῦ Ἄρεως*, mendose, Iliam vero hanc; quae et Rhea Sylvia dicta est, non Martis, sed Vestae sacerdotem fuisse tradunt Historici Latini.

Pag. 179. 7. *τὰ λεγόμενα Βρουμάλια*] *Hinc Romulus appellavit, Brumalia, seu Saturnalia*: vertit Raderus, haud recte. Festum enim hoc non Saturno, sed Baccho celebrari solitum, bruma, sive hyberno tempore: uti testatur Ovidius, Fastor. l. 1.

Sacra Corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi,
Tertia, quae solito tempore bruma refert.

Brumus etiam a Romanis Bacchus dictus est, unde Brumalia nomen accepisse vult Tzetzes ad Hesiod. op. et d. *τῷ τῶν ληνῶν αἰτίῳ Διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην ἀμβροσίαν ἐτέλουν, ἡ παρὰ Ρωμαίοις Βρουμάλια καλεῖται. Βροῦμος γὰρ αὐτοῖς ὁ Διόννσος.*

Pag. 179. 16. *οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι*] et deinceps, *εἰς τὴν ἑξῆς ἠῦλουν ad sequentem usque lucem tibiis canebant*: ideoque Raderus, ob hanc nominis inconstantiam, *πανδούρους, Tibicines*, vertit. Panduram tamen instrumentum *ἔγχορδον* fuisse, tribus tantum Chordis instructum, Assyriorum inventum asserit Jul. Poll. lib. 4. cap. 9. *τρίχορδον δὲ, ὅπερ Ἀσσύριοι πανδοῦραν ὠνόμαζον*. Verum Hesychius *ἐμπνευστὸν* eam facit, adeoque Syringem, sive fistulam esse vult, in *Σύριγγες· Σύριγγες, ἐκ καλάμων πανδούρια*: cui etiam accinit Mart. Capella de Nupt. Philolog. lib. 9. Instrumentum hoc Hircipedi sive Pani, Fistularum inventori attribuens his verbis. *Verum per medium quidam agrestes canorique Semidei, quorum hircipedem Pandura, Silvanum harundinis enodis fistulae sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt.* et quidem obstreperum quoddam ut esset, ideoque armorum strepitibus magis conveniens, ratio ipsa postulare videtur.

Pag. 180. 6. *τοῖς λεγομένοις φιλικοῖς*] Convivia haec *φιλικὰ* ab eis quae *συγγενικὰ* dicta sunt, ita distinguit Plutarchus, ut illa eorum qui ejusdem sunt generis, seu sanguinis, haec vero, eorum qui affinitate tantum sibi juncti sunt, esse videntur. Plutarch. Sympos. lib. 4. ubi in Quaestione, *Cur in nuptiis plurimi ad coenam vocantur*, haec habet: *κἀκεῖνο πρόσθες, εἰ βούλει, τὰς τοιαύτας ἑστιάσεις μὴ μόνον φιλικὰς, ἀλλὰ καὶ συγγενικὰς εἶναι, καταμιγνυμένης εἰς τὸ γένος ἑτέρας οἰκειότητος.*

Pag. 180. 11. *καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου Ρωμαῖοι, Βρουμάλιουμ· καθὼς* etc.] Chr. Alex. habet *καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τῆς κλήσεως αὐτοῦ Ρωμαιστὶ Βρουμάλια.* [*ὅ ἐστιν, τραφῆναι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων·*] *καθὼς* etc. ubi verba illa uncis inclusa, ab au-

Digitized by Google

ctore de suo inserta sunt, inepte; et contra tum verbi sensum, tum Auctoris nostri, ex quo ista desumpsit, mentem.

Pag. 180. 22. *ἐμοίχευσεν ὁ υἱὸς τοῦ Ταρκυνίου ὁ Ἄρρουνς*] Lucretia, non ab Arunte, sed a Tarquinio Sexto, Superbi F. natu minore stuprata fuit.

Pag. 181. 13. *τῶν λεγομένων Κελεριανῶν*] *Κελεριανοὺς* vocat, quos Plinius, *Celeres*, *Flexumines*, id est, Levis armaturae Equites.

Pag. 181. 14. *τὸ τρακτευθὲν κατ' αὐτοῦ*] *τρακτεύομαι* et *τρακταΐζω*, a Latino *Tracto*, Consilium de re quapiam ineo: occurrit saepiuscule infra apud Auctorem nostrum, ut lib. 12. p. 289. *κἀκεῖ αὐτοῦ διάγοντος, καὶ τὰ τοῦ πολέμου τρακταΐζοντος, συνέβη* etc. *Ubi per hyemem commoranti, quaeque ad bellum spectabant pertractanti*, sive, de eis consultanti, *accidit* etc.

Pag. 181. 20. *ὁ δοῦλος τοῦ Βρούτου Βινδίκιος*] Non Bruti, sed Aquiliorum conjuratorum servus erat Vindicius. Vide Plutarch. in Poblicola.

Pag. 182. 7. *ψηφισάμενοι ἐν πρώτοις*] *ἐν πρώτοις*, et saepe etiam *πρώτοις*, infra apud auctorem nostrum, *inprimis*; deinde *δισιγνιτεύσαντες*, designantes; *δεσιγνατεύεσθαι* scribitur, in Gloss. Basilicor.

Pag. 182. 24. *δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἀξίαν κόμητος* etc.] Vides Lector, quam honorifice cum Vindicio agit auctor noster: miror tamen quo auctore, ista protulerit. Libertate quidem donatum, pecuniaque ex aerario remuneratum legimus, apud Latinos auctores; nec aliquid amplius. Livius l. 2. *Secundum poenam nocentium, ut in utramque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, praemium indici, pecunia ex aerario, libertas, et civitas donata*: et deinde; *post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.*

Pag. 183. 1. *Κονσίλια, ἅπερ ἑρμηνεύεται, παροχῆς ἡμέρα,*] Nova haec vocabuli hujus interpretatio, Romanisque incognita. Quid si *παροχὴ*, non a *παρέχω*, sed a *πάροχος* deductum vellet auctor noster? adeo ut non, *Largitionem*, sed *Consessionem*, significet: throno enim eodem excelso collocatum Vindicium, Bruto assidere facit. Atque in hoc sensu, *Consilium* aliquanto melius quadrabit cum data interpretatione. Verum de hoc videant eruditi.

Pag. 183. 12. *τυραννήσαντες οἱ Γάλλοι*] *τυραννῆσαι* apud nostrum, pro *arma in aliquem sumere* sive *in aliquem insurgere*, passim usurpari, hic semel monuisse satis sit, exemplum unicum hic proferam, ex lib. 16. p. 392. ubi de Alexandrinis, qui tumultuantes Praefectum suum interfecerant verba faciens, deinde addit; *ἀγανακτήσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, πολλοὺς ἐτιμωρήσατο ἐξ αὐτῶν τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς τυραννήσαντας τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.*

Digitized by Google

Hoc facto commotus Imperator, a multis eorum, ob vim Praefecto suo illatam, poenas exegit.

Pag. 183. 14. ὀνόματι *Μαλλίων Καπιτωλῖνον*] Manlii et Camilli gesta auctor hic misere confundit: non enim Manlius, sed Camillus in Gallos Senones cum exercitu dux missus est. Quae vero deinceps refert, de Regno affectato, Senatuque spreto, haec Manlii sunt.

Pag. 183. 21. *καταγομένου ἐκ γένους τῶν Γάλλων*] Infra etiam habet, *οὗτος ἐκ γένους ἐστὶ τῶν Γάλλων.* Cedrenus habet, *ἐκ τοῦ μέρους τῶν Γάλλων καταγόμενος.* ubi interpres Xylander, *nescio*, inquit, *quid sit istud καταγόμενος:* in quem tamen recte animadvertit doctissimus Jac. Goar. in Notis suis Posterioribus ad Cedren. *κατάγομαι* enim nihil aliud est quam *descendo*, et *καταγόμενος ἀπὸ γένους, a genere descendens:* quod nos Anglice etiam dicimus, *Descended from such a Stock.* Hujus autem exempla sexcenta ex hoc nostro proferre licet: uti lib. 2. p. 13. de Perseo Jonitas visente haec habet: *γνόντες αὐτὸν οἱ αὐτοὶ Ἀργεῖοι Ἰωπολῖται, ὅτι καὶ οὗτος ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀργείων κατάγεται, χαρέντες ἀνύμνουν αὐτόν.* Ita etiam lib. 4. p. 39. de Cecrope verba habens, *τῶν δὲ Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Κέκροψ τις, ὅστις ἐξ Αἰγύπτου κατήγετο: Athenis regnavit Cecrops quidam, ab Aegyptiis originem ducens.* Cecropem autem Aegyptium fuisse, testes habemus Suidam, Eusebium, aliosque.

Ibid. Ἐν κομβεντίῳ γὰρ εἰσελθόντος] *Κομέντῳ* habet Cedrenus mendose. *Κόμβεντον*, et *κομβεντιον*, *Conventus*, sive *Consilium*, apud nostrum habemus frequenter.

Pag. 184. 16. *ῥῆγα δυνατὸν ἐν πολέμοις*] Reges, Principesque omnes minores, *ῥῆγας*, Imperatorem vero solum *βασιλέα*, vocatos supra monuimus: sed et Duces suos *ῥῆγας* vocasse Barbaros, tum ex hoc auctoris loco tum ex Procopio apparet, Goth. l. 1. ubi de Theuderico loquens, qui Gothorum, Italiaeque copias sibi subjecerat, *βασιλέως* tamen nomen, aut habitum sibi assumere noluit; deinde addit, *ἀλλὰ ῥῆξ τε διεβίω καλούμενος· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι. Sed ῥῆξ deinceps vocatus est; quo nomine Barbari Duces suos appellare solent.*

Pag. 184. 20. *νυκτὸς ἐν χειμῶνι*] *χειμὼν* hic tempus, non hybernum, sed tempestuosum significat; uti patebit ex sequentibus caeterum suavissimae hujus de Februario Narratiunculae medullam excerpserunt etiam Suidas, et Cedrenus, hic de Manlio, ille vero de Camillo; instituta fabula. Unde vero hauserint, jam vides Lector.

Pag. 184. 23. *ἐγένετο πτύρμα*] *πτύρμος*, habet Hesychius: *Πτύρμος φρίκη, καὶ τὰ ὅμοια.*

Pag. 185. 7. *ἐγκάθετον στρατὸν*] Scribendum, *ἐγκάθητον* a verbo *κάθημαι*, sedeo: ut de Praesidiariis intelligatur.

Digitized by Google

Pag. 185. 18. *καὶ τοὺς κόμητας αὐτοῦ*] Hesychius: *Κόμης ἄρχων, ἡγεμών.* Verum Comitum varia erant diversaque munera, de quibus Vide Meursii Glossar.

Pag. 186. 4. *τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τὰς ἡμέρας ἐκολόβωσεν·*] hanc dierum mensis hujus decurtationis causam reperisse se in quibusdam Dionis Excerptis MS. refert Cl. Salmasius Plinian. Exercit. in Solin. ubi tamen haec omnia de Camillo, sicut et apud Suidam, non autem de Manlio, narrantur.

Pag. 186. 19. *καὶ περιζώσας αὐτὸν σχοῖνον μάσσινον*] Quid hoc vocabulum, *μάσσινον*, sit, non habeo dicere: nec enim invenitur apud Suidam, nec Cedrenum; qui tamen uterque hanc Februarii narrant historiolam: Suidas, *καὶ διὰ τοῦτο γυμνωθέντα αὐτὸν τῆς ἐσθῆτος, καὶ θρυΐνῃ περιβληθέντα ψιάθῳ*, etc. Cedrenus, *καὶ ἐκβαλὼν ἔξω τῆς πόλεως γυμνὸν, ψιάθῳ θρυΐνῳ περιβεβλημένον καὶ σχοινίῳ τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένον*, etc. forte vocabuli vim ignorantes, omiserunt.

Pag. 186. 23. *τοῖς βερνάκλοις, τοῦτ' ἔστι, περιπόλοις,*] *βέρνακλοι* isti apud Suidam sunt *οἱ ὑπηρετοῦντες τῷ δημάρχῳ, Tribuni Ministri: ὑπὸ τῶν ὑπηρετούντων τῷ δημάρχῳ τῶν καλουμένων βερνάκλων.*

Pag. 186. 24. *βαλισσήνοις βάκλοις τύπτειν αὐτὸν,*] *βάκλον, Baculus* frequenter occurrit apud Graecos recentiores: quid *βαλισσήνοις* vero sit, videant doctiores.

Pag. 187. 6. *τὸ αὐτὸ σχῆμα τοῦ φορέματος*] Scr. *φορήματος.*

Pag. 187. 13. *Ἐκθεσις Βρουνιχίου Ρωμαίου χρ.*] En tibi fontem sacrum, ex quo fabulam hanc pulcherrimam hausit Auctor noster.

Pag. 187. 21. *ἐκάλεσεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ θείου αὐτοῦ*] Quintilem mensem, Julium, ab Antonio nominatum ideo, quod isto mense C. Julius natus fuerat, asserit Cedrenus: *ὁ Ἰούλιος μὴν Κυντήλιος ἐλέγετο. μετωνομάσθη δὲ παρὰ Ἀντωνίου, διὰ τὸ γεγενῆθαι αὐτῷ Γάϊον Ἰούλιον.*

Pag. 188. 5. *Ἀδδοῦς· ὅστις ἱερεὺς ἦν*] aliquid hic deesse videtur; aut *ὅστις* redundat: deinde scribendum, *Ἰαδδοῦς*; qui sextus erat Judaeorum Pontifex, et Jannaeum, non Joachimum, secutus est, teste Chr. Alex. Auctore.

Pag. 189. 3. *τὴν Ἀταλάντην* etc. *εἰς ταῶνα*] Argum quidem in Pavonem conversum legimus.

Pag. 189. 4. *Φιλομήλαν θυγατέρα Πανδίωνος εἰς χελιδόνα*] Imo in Lusciniam, Progne vero soror in Hirundinem mutatae dicuntur.

Pag. 189. 6. *εἰς λίθον μετεμψυχωθῆναι*] Auctoris dictionem secuti, de Animae tantum Transmigratione, ista reddidimus: pro *μετεμψυχωθῆναι* tamen rectius dixisset, *μεταμορφωθῆναι*: de corporis enim transmutatione, non de Pythagorica

Digitized by Google

animarum transmigratione, loquuntur Fabularum istarum auctores.

Pag. 189. 9. *ἐβασίλευσεν Ωχος, υἱὸς αὐτοῦ*] Artaxerxis filius quidem erat Ochus, sed Spurius. vide Ctesiam.

Pag. 189. 11. *τοῦ ποιήσαντος λεκανομαντείαν*] Ita etiam Glycas, Annal. part. 2. *Quum autem per vaticinationem, quae pelvi solet fieri, futurum cognovisset, ut Aegyptus in hostium potestatem veniret*, etc. Hujus praestigiarum etiam meminerunt Eusebius, Cedrenus, Chr. Alex. auctor, aliique.

Pag. 189. 16. *καὶ εἰς Πέλλην*] Nectanebum alii Aethiopiam, alii Macedoniam se recepisse asserunt, teste Eusebio *χρον. λογ. α'. φυγόντος Νεκτανεβῶ, ὥς τινες, εἰς Αἰθιοπίαν, ὡς δὲ ἕτεροι, εἰς Μακεδονίαν, ἡνίκα καὶ Ολυμπιάδι μιχθεὶς διὰ γοητείας υἱὸν ἔσχεν Αλέξανδρον* etc.

Pag. 190. 3. *ἀρχιερεὺς ἦν τῶν Ιουδαίων Ιούδας*] Omnino legendum, *Ιαδδοὺς:* sub his temporibus enim floruit Jaddus, Judaeorum Pontifex sextus a coepto Pontificatu, post Captivitatem Judaeorum ex Babylone remissam. vide Chr. Alex. et Eusebium.

Pag. 190. 4. *κατέσχεν οὖν ἡ Εβραϊκὴ ἀρχιερωσύνη ἔτη ασβ'.*] scilicet ab Israelitarum ex Aegypto egressu.

Pag. 190. 6. *ἔπεσεν ἡ στήλη τοῦ Κολοσσοῦ*] Sub Antiocho Magno, Syriae rege, accidisse hoc testatur Eusebius.

Pag. 190. 14. *κώμην Θέρμας*] Ita etiam Jo. Tzetz. Chil. 10.

Ἡ νῦν Θεσσαλονίκη μὲν πόλις ἡ λαμπροτάτη
Τπῆρχε κώμη, Θερμὴ δὲ τὴν κλῆσιν ἐκαλεῖτο.
Καὶ μέχρι νῦν τὸ πέλαγος τὸ τῆς Θεσσαλονίκης,
Θερμαῖος κόλπος λέγεται, ἀπὸ τῆς Θέρμης κώμης.

Αλίαν primum dictam fuisse testatur Stephanus: *Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Αλία, Κασσάνδρου κτίσμα·* ubi etiam diversam a Nostro nominis Thessalonicae originem, ex Lucillo Tarraeo profert.

Pag. 191. 1. *μετὰ τὸν Χόον*] Scr. *Ωχόν.* Ochum vero excepit Arses, Ochi F. qui regnum tenuit annos II. cui successit Darius, Arsami F. teste Eusebio.

Pag. 191. 2. *ὁ Μῆδος, ὁ Ασσαλάμου*] Scr. *ὁ Αρσάμου*, uti habent Eusebius, Cedrenus, Glycas: auctor tamen noster ubique *ὁ Ασσαλάμου* habet.

Pag. 192. 8. *καὶ δημόσιον*] *δημόσιον*, simpliciter positum apud nostrum ubique significat *δημόσιον λουτρὸν*, Balneum publicum: atque hoc satis apparebit ex lib. 10. p. 243. ubi quod prius *δημόσιον λουτρὸν* vocaverat, deinde *δημόσιον* tantum dicit: *καὶ οὕτως αὐτὸ τὸ δημόσιον λουτρὸν ἐκάλουν*, etc. primo habet; deinde *τὸ δὲ αὐτὸ δημόσιον ἦν κεκτισμένον*, etc. ita etiam lib. 13. p. 302. *λύσας τὸ λεγόμενον Φιλίππου βασιλέως δημόσιον, λουτρὸν γὰρ παλαιὸν ἦν, καὶ τῷ χρόνῳ φθαρὲν, καὶ μὴ λοῦον.*

Digitized by Google

Caeterum exempla hujusmodi ubique occurrunt. Itaque apud Chr. Alex. auctorem in Hadriano, Hierosolymas occupante; urbisque nomen immutante, ἔκτισε τὰ δύο δημόσια, quod Interpres vertit, *condidit duplex forum*, Ego potius vertendum censeo, *condidit duo Balnea publica.*

Pag. 192. 12. ὅνπερ ἐκάλεσε τὸ Στρατήγιον] Chr. Alex. auctor de Severo Imp. locum reficiente, verba habens, Στρατῆγιν vocat: καὶ ἐκάλεσε τὸν τόπον, στρατῆγιν, recentioribus scilicet Graecis usitata scriptionis corruptela. *Praetorium* a Latinis hunc locum dictum asserit P. Gyllius, de Topograph. Constantin. lib. 3. quem vide. Hesychius Miles. in Patr. Constantinop. *Forum vocat:* καθὰ καὶ ἐν τῷ Στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τῆς πόλεως ἄνδρες τὰς τιμὰς ὑπεδέχοντο, ἐπὶ λιθίνης ἀνέγραψε στήλης.

Pag. 193. 5. καὶ μετεκάλεσε τὸ αὐτὸ ἐμπόριον, Χρυσόπολιν] Dionysius Byzantius apud Stephanum de urb. aliam nominis originem tradit, his verbis: Κέκληται δὲ Χρυσόπολις, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας, ἐνταῦθα ποιουμένων τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν· οἱ δὲ πλείους, ἀπὸ Χρυσοῦ παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Αγαμέμνονος.

Pag. 193. 23. ἕως τῆς Αλεξάνδρου νίκης, ἔτη ͵εφνζ΄.] Haec sibi *non constant.* Auctor enim infra ab *Adamo ad* Alexandri *mortem annos* putat ιϽϽDXCIII: *ubi etiam eum* XXXVI annos vixisse asserit. XXXVI autem ex ιϽϽDXCIII deductis, manent ιϽϽDDLVII. Annus itaque iste Alexandri, non Victoriam, sed Natalem nobis exhibet.

Pag. 194. 11. τὴν θυγατέρα Δαρείου] Roxanem quidem; non Darii sed Oxyartis Bactriani, Darii fratris, filiam, uxorem habuisse Alexandrum, testatur Arrianus.

Pag. 195. 9. ἥτις Κανδάκη ἀκούσασα] De Alexandri gestis vide Arrianum, Q. Curtium etc. Apud Arrianum. de Candace, nihil omnino.

Pag. 195. 15. ἔζησε δὲ ὁ αὐτὸς Αλέξανδρος ἔτη λϛ΄.] Eusebius Alexandrum annos XXXII. tantum vixisse asserit: χρον. καν. Αλέξανδρος λβ΄, ἔτος ἄγων, ἀναιρεθεὶς φαρμάκῳ τελευτᾷ ἐν Βαβυλῶνι. Caeterum ab Eusebio in omnibus his numeris dissentit auctor Noster. Eusebius enim Alex. XII. tantum annos, Noster XVII. regnasse vult: Eusebius eum in Asia belligerantem regnantemque introducit. annos V. Noster annos IX. ex quatuor scilicet vitae ejus annis superadditis orta differentia. Nicephorus Patriarcha Computum ab his diversum instituit; Alexandrum enim annos XXXVI. vixisse; an. XVIII. regnasse, VI. nimirum ante devictum Darium, XII. vero posteá, asserit, in Chronographia sua.

Pag. 195. 20. ἔτη ͵εφξγ΄.] Nicephorus annos ab Adamo usque ad Alexandri obitum, enumerat ιϽϽCLXVII.

Pag. 196. 3. Φίλιππον, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ] Philippus hic,

Digitized by Google

Aridaeus dictus, Philippi ex pellice filius erat: *γεγονότα μὲν ἐκ γυναικὸς ἀδόξου καὶ κοινῆς*, dicit Zonaras. Philinam vocat Dexippus, gente Thessalam: *Ἀριδαῖος, ἀδελφὸς αὐτοῦ πρὸς πατρὸς, ἐκ Φιλίννης τῆς Θεσσαλῆς.* Philippum autem eum nuncuparunt Macedones, Philippi regis, patris ejus in honorem: uti idem Dexippus testatur, apud Euseb. *χρ. λόγ. α.*

Pag. 196. 13. *Πτολεμαῖον τὸν Λάγου, τὸν ἀστρονόμον*] De hujus in Astronomicis peritia apud alios mentio nulla: Historicum quidem fuisse eum, videtur ex Arriani Praefat. Histor. Alex. qui eum Alexandri M. res gestas scripsisse testatur; ex cujus praecipue, et Aristobuli Scriptis, ipse suam se compilasse historiam, professus est. Ptolomaeus ille Astronomus insignis tempore Marci Aurelii Imp. floruit; uti asserit Suidas. Nec tamen Aegypti rex erat; sed Philosophus.

Pag. 196. 15. *ἔτη μβ'.*] Quadraginta tantum annos eum regnasse testantur Eusebius, Nicephor. Patriar. Histor. Synag. Scaliger. aliique praeter nostrum omnes.

Pag. 196. 22. *Τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ φιλάδελφος*] Imo Secundus hic erat Ptolomaeus, idemque cum Auctoris nostri Ptolomaeo secundo, Ptolomaei Lagi filio; cujus etiam jussu Biblia sacra Hebraica in linguam Graecam a LXXII. Interpretibus translata fuerunt. Huic autem regnanti annos tribuunt XXXVIII. Eusebius, aliique; quos videsis: Noster enim regni annos in plurimis praetermittit, quos vero habet, numeri annorum, ut plurimum corrupti sunt.

Pag. 197. 7. *τρισκαιδεκάτη βασίλισσα τῶν Πτολεμαίων*] Cleopatra in serie Ptolomaeorum duodecima est, secundum Eusebium, et Nicephor. Patriarch. Chr. Alexandr.

Pag. 197. 12. *ἔτη τ',*] Numerus hic Africani computum duobus tantum annis superat; a Macedonici scilicet Imperii, Lagidarumque, origine numerando, ad XV. Augusti annum: *μέχρι τοῦδε οἱ Λαγῖδαι καὶ σύμπας ὁ Μακεδονικῆς ἡγεμονίας χρόνος μετὰ ἔτη τ'. τῆς Περσῶν καθαιρέσεως δυοῖν δέοντα.* Africanus apud Euseb. *χρον. λόγ. α'.*

Pag. 198. 1. *Σέλευκον, τὸν Νικάνορα*] In Seleuci hujus cognomine scribendo magna est inter Auctores varietas, aliis *Νικάτωρ*, aliis *Νικάνωρ* scribentibus. *Νικάτωρ* deinceps Auctori nostro ubique dictus est; quam scriptionem esse veriorem facillime crediderim, utpote Graeco Idiomati magis consonam: ex victoriis enim suis hoc cognomen adeptus est Seleucus, teste Dexippo, apud Eusebium: *Σέλευκος δὲ ἀναβὰς μέχρι Βαβυλῶνος, καὶ κρατήσας τῶν Βαρβάρων, βασιλεύει ἔτη λβ'. διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπεκλήθη.* scribendum *Νικάτωρ:* ita enim ubique antea eum vocaverat. Hujus enim testem luculentissimum habemus Appianum Alexandrin. de bel. Syr. ubi de Seleuco verba faciens, haec habet. *γενομένῳ δὲ αὐτῷ τὰ ἐς πολέμους ἐπιτυχεστάτῳ, Νικά-*

Digitized by Google

τωρ ἐπώνυμον γίνεται. Atque hanc rectam esse nominis hujus scripturam clarissime apparet ex Numismate hoc, Seleuci Nicatoris nomine inscripto, apud J. Tristan. ad fin. Tom. I. *Σελεύκου Βασιλέως Νικάτορος Ἐπιφανοῦς. ΝΕΙΣΙ.* quem vide, et Scaliger. in Euseb. p. 119.

Pag. 198. 7. *τῆς σατραπίας τὴν φροντίδα*] Scr. *σατραπείας. Σατράπης, Praefectus, Dux*, vox Persica est, teste Hesychio. *Σατράπαι, ἀρχηγοὶ, στρατηλάται.*

Pag. 198. 22. *ἔτη μγ΄.*] Eusebius Seleucum annos XXXII. tantum regnasse, affirmat.

Pag. 199. 5. *εἰς τὸ ὄρος τὸ Κάσιον*] *Κάσος* una est ex Cycladibus insulis: ex hinc vero deducta Colonia Montem hunc Syriae inhabitavit, Casiumque ab insula unde exierat, appellavit, uti asserit Stephanus de Urb. *Κάσος μία τῶν Κυκλάδων·* Et postea, *ἀπῴκισται δὲ τῆς νήσου καὶ τὸ ἐν Συρίᾳ ὄρος Κάσιον.*

Pag. 199. 10. *λεγομένης Πιερίας*] de Seleucia *ἐν Πιερίᾳ*, vide Tristan. Tom. 1. p. 425.

Pag. 200. 9. *τόπῳ ἀσφαλῇ*] Scr. *ἀσφαλεῖ.*

Pag. 201. 6. *ποιήσας ἐκεῖ τετρακιόνιν*] *τετρακιόνιν*, pro *τετρακιόνιον*, ut *στηθάριν*, pro *στηθάριον*, etc.

Pag. 201. 19. *οὓς ἔασεν ὁ Κάσος*] Scr. *εἴασεν.* Hi vero Casii montis, urbisque in eo positae incolae, censendi sunt: quos tamen Stephanus a Caso, una ex Cycladibus, huc devenisse inquit, uti supra monuimus.

Pag. 201. 20. *οἵτινες μετοικήσαντες*] aliquid hic deesse videtur ad sensum explendum: forte legendum *οὕστινας μετῴκισεν.*

Pag. 202. 14. *ἐν τῇ γῇ οἰκοῦσι τῶν γιγάντων*] Procopius etiam Caesariensis Damascum, Syriae urbem, Jovis adversus Gigantes Trophaeum fuisse asserit, apud Isac. Tzetzem in Lycophr. *ὁ μὲν Καισαρεὺς Προκόπιος, τὴν Δαμασκὸν φησι Διὸς τρόπαιον κατὰ γιγάντων.* Caeterum ossa prodigiosae magnitudinis in ipsis terrae visceribus, naturaliter quandoque producta, se vidisse testatur Goropius Becanus: atque exhinc Gigantum fabulam ortum ducere potuisse suspicatur doctissimus Jacobus Gaffarellus, *Curiositez Inouyes part.* 2.

Pag. 202. 16. *καὶ κασσίδα κεχρυσωμένην*] *Κάσσις, κασσίδιον*, et *κασίδα*, pro *Casside*, sive Galea, apud Graecos recentiores usurpantur. Vide Nec. Riquit. et Jo. Meurs. Glossar.

Pag. 203. 1. *εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς*] Stephan. de urb. Laodiceam nomen accepisse dicit a Laodice, Seleuci Nicatoris non filia, sed matre. *Λέγεται δὲ ἀπὸ Λαοδίκης, τῆς μητρὸς Σελεύκου τοῦ Νικάτορος; Ramitham* vero primo, deinde *Leucam Acten*, vocatam fuisse.

Pag. 203. 2. *καὶ αἰτησάμενος ποῦ κτίσει*] forte *αἰτησαμένου.*

Digitized by Google

Pag. 203. 12. *εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Ἀπάμας*] Hanc etiam urbem ab Apama, Seleuci matre, nomen accepisse vult Stephanus. Quot interim matres habebit Seleucus? Caeterum de istis, vide etiam Scaliger. in Euseb. p. 120. ubi a nostro longe dissentit.

Pag. 203. 15. *μετεκάλεσεν ὀνόματι Πέλλαν*] Ita etiam Stephan. in *Ἀπάμεια. ἐκλήθη καὶ Χερρόνησος, ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων· καὶ Πέλλα, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.*

Pag. 204. 14. *ἣν κεκτισμένη*] Scr. *ἐκτισμένη*. Atque hic obiter notandus est Institutionis Graecae Grammaticae nostrae Westmonasteriensis auctor, Camdenus; qui in regulis suis de formatione praeteriti perfecti, verba a *κτ* incipientia primam literam thematis repetere asserens, verbi *κτάομαι κέκτημαι* exemplo hoc confirmare nititur: cum verbum *κτάομαι* unicum sit, quod hoc facit; reliquis omnibus a simplici *ε* incipientibus: unde a *κτείνω*, occido, *ἔκτακα* habemus, a *κτῆμι*, occido, inusitato, *ἔκταμαι*, et particip. *ἐκταμένος*, post *κταμένος*: a *κτενίζω*, pecto, *ἐκτένικα*, unde partic. *ἐκτενισμένος*, a *κτίζω*, condo, partic. pas. *ἐκτισμένος*, pro quo poetae dicunt, *κτίμενος*: a *κτιλόω*, cicuro, *ἐκτιλωμένος*: et siqua sint alia hujusmodi, eandem sequuntur formam.

Pag. 204. 15. *μέσον ὄντα τοῦ ἅλσους*] *μέσον ὄν.*

Pag. 204. 20. *ἔτη εἴκοσι*] Eusebium, et *ἱστοριῶν συναγ.* Scaligeriana, XIX. tantum annos enumerant Antiochi Soteris.

Pag. 205. 2. *τὸν ἐπικληθέντα Θεοειδῆ*] *Θεὸς*, hic non *Θεοειδὴς*, Eusebio, Zonarae, aliisque dictus est.

Pag. 205. 5. *ὁ Καλλίνικος ἔτη κδ'.*] *ἔτη κ.* habet Eusebius: qui etiam inter Seleucum Callinicum et Seleucum Philopatorem reges duos ponit, Seleucum Ceraunum, et Antiochum Magnum; cum Noster Alexandrum Nicatorem tantum habeat. Sed nec in numero annorum conveniunt inter se.

Pag. 205. 11. *προσέχοντα ἐπὶ τὴν πόλιν*] Scr. *προσέχον.*

Pag. 205. 13. *καλοῦσιν ἕως τῆς *) νῦν οἱ Ἀντιοχεῖς Χαρώνιον.*] Charonis hanc faciem fuisse asserit Jo. Tzetz. Chil. 2. Histor. 59.

Λαΐός τις φιλόσοφος ἐν χρόνοις Ἀντιόχου,
Καὶ τελεστὴς, καὶ μυστικὸς, καὶ τερατοεργάτης,
Λιμοῦ τὴν Ἀντιόχειαν μεγάλου κατασχόντος,
Ξέσας ἐν πέτρᾳ πρόσωπον Χάρωνος, θεὶς τε πόλει,
Τὴν νόσον ἐξωστράκησε μακρὰν Ἀντιοχέων.

Narratiunculam hanc ex nostro desumpsisse videtur Tzetzes: interim versu tertio, pro *λιμοῦ*, legendum *λοιμοῦ*. et versu ultimo *ἐξωστράκισε*. *Χαρώνεια* etiam, sive *Χαρνεῖα*, sunt specus pe-

*) Sic ed. Ox., quae in textu *τοῦ*.

Digitized by Google

stiferum halitum evomentes: Est et *Χαρωνεῖον*, apud Polluc. lib. 8. *Una Carceris janua, per quam ad mortem ducebatur.* De quo etiam Hesych. *Χαρώνιον, θύρα μία τοῦ νομοφυλακίου, δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θανάτου* (Scr. *θανάτῳ*) *ἐξήγοντο.*

Strabo lib. 16. Antiochiam *τετράπολιν* fuisse scribit, et in modum 4. urbium distinctarum extructam: quarum I. Nicatoris erat. II. multitudinis habitatorum. III. Seleuci Callinici. IV. Antiochi Epiphanis. Harum vero singulae suo, et omnes communi muro circundatae erant.

Pag. 206. 12. *καὶ φυγὼν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ λιμιτὸν*] Haec aliter omnino narrantur, 1. Maccab. 1.

Pag. 206. 21. *καὶ τοὺς Μακκαβεῖς*] Ita etiam Cedrenus; *ἐφ' οὗ καὶ οἱ Μακκαβαῖοι ἐμαρτύρησαν.* Maccabaeus licet uni Judae, Mattathiae F. cognomen fuerit, auctores tamen promiscue quibuslibet ex Judaeis, pro religione Patria dira passis, idem tribuere visi sunt; uti annotavit doctissim. Jos. Scaliger, in Euseb. Quos autem hic Maccabaeos vocat auctor noster, Eleazarus, septemque illi fratres qui una cum matre sua eodem die neci dati sunt, fuisse videntur. Vid. 2. Maccab. c. 6. et 7.

Pag. 206. 23. *Σολομῶντος ὄντα*] Scr. *ὄν.*

Pag. 207. 5. *Αντίοχος ὁ Γλανκὸς*] Hic Antiochus Eupator, aliis autoribus omnibus dictus est.

Pag. 207. 6. *ὁ Δημητριανὸς ὁ Σελεύκου*] Demetrium alii vocant.

Ibid. *ἔτη η'*] Anno XII. huic assignant Euseb. et *ἱστοριῶν συναγ.* Scaliger.

Pag. 207. 17. *Αντίοχος ὁ ἔκγονος τοῦ Γρύπου*] Hic Eusebio, *Αλέξανδρος· ἱστοριῶν συναγωγῆς* auctori, *Αλέξανδρος, ὁ τοῦ Βαλᾶ*, dictus est.

Pag. 207. 22. *μετὰ ἄλλα ἔτη ρνβ'.*] *ἄλλα*, omnino redundat: caeterum locus iste totus mendosus esse videtur. A primo Seleuci regis anno, ad hujus annum octavum, Eusebius CLXIX. annos enumerat.

Pag. 208. 5. *Αντίοχος ὁ Εὐεργέτης*] Hic Demetrius, Eusebio, et *ἱστοριῶν συναγ.* dictus est: a quibus maxime dissona sunt, quae hic profert Auctor noster. Quisnam vero sit Antiochus iste Dionicus, sive Dionicis F. quem proxime producit auctor, fateor me nescire.

Pag. 208. 19. *φυγὼν ὁ Πύῤῥος, ἦλθε πλησίον πόλεως* etc.] In his discrepat auctor a recepta Pyrrhi historia: non enim in Italia, belloque a Curio in Pyrrhum facto; sed apud Argos Graeciae hoc accidisse testantur Justinus, et Plutarchus: quos vide.

Pag. 208. 22. *ὁ καὶ Παῦλος, ὁ Μακεδών*] Hic Paulus Aemilius est, qui a Macedonibus, Perseque rege eorum superatis, Macedonicus dictus est. *Μακεδών* autem hic habet auctor, pro

Digitized by Google

Μακεδονικός quo sensu saepe usurpari asserit Stephanus de urb. in *Μακεδονία*.

Pag. 208. 23. *ὅστις ἐφόνευσεν ἐν πολέμῳ* etc.] Imo Captivum abduxit, Triumphumque celeberrimum de eo egit: uti scribunt Historici Romani omnes.

Pag. 209. 2. *περὶ οὗ Σαλούστιος μέμνηται*] Nominat quidem, in C. Caesaris oratione; nec aliquid amplius.

Pag 209. 4. *Περσεὺς ὁ Ἠπειρώτης, ὁ νεομάχος,*] Quisnam tandem sit hic Perseus? Si Macedonicum illum supradictum vult, (qui quidem maximam Epiri, Thessaliaeque partem sibi subjugaverat,) unde nunc revixit? supra enim a P. Aemilio occisus traditur: aut quare haec repetita sunt? Neque enim Persem alium ullum memorat Eutropius, quem citat Auctor noster. Deinde cur *Νεομάχος* diceretur, non satis video: vocabulum enim hoc nullibi apud Scriptores, quod sciam, occurrit. Persem quidem classe sua Romanos crebris detrimentis affecisse testatur Zonaras, Tom. 2. *καὶ αὖθις ὁ Περσεὺς ἐθάρσησε, καὶ ἃ κατέσχεν ὁ Φίλιππος, ἀνεκτήσατο, καὶ τῷ ναυτικῷ συχνὰ τοὺς Ρωμαίους ἐλύπει*- etc. Persei etiam navis Celeberrimae meminit Eutropius, lib. 4. his verbis: *Romam* (Paulus) *cum ingenti pompa rediit, in nave Persei, quae inusitatae magnitudinis fuisse traditur, adeo ut* XVI. *ordines dicatur habuisse remorum.* His itaque adductus, pro *νεομάχος*, *ναυμάχος* lego, aut forte, *νηομάχος*, vertoque, *Navalibus pugnis celebris.*

Pag. 209. 10. *ῥὴξ τῶν Αφρων*] Afrorum Rex, sive Dux: hoc nomine enim Barbaros Duces suos appellare solitos esse, supra monuimus.

Pag. 209. 13. *καὶ σφάξει τὸν προειρημένον Παῦλον*] Imo supradicti Pauli Aemilii Macedonici pater fuit Paulus ille, qui ab Hannibale occisus est. Bellum enim Punicum secundum, quod Hannibale duce cum Carthagine habuit Roma, bellum Macedonicum secundum, quo cecidit Perses, L. circiter annos praecessit.

Pag. 209. 18. *ἐμπρήσας τὴν πόλιν* etc. *καὶ αἰχμαλωτίσας αὐτὴν*] Imo minus; obsidione enim eam cinxisse Scipionem, vix dici potest: *denique non jam a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat:* inquit Florus, lib. 2.

Pag. 210. 2. *εἶχον δὲ, ἀπὸ Αλεξάνδρου* etc.] Eodem modo nugatur etiam libri hujus 8. initio, de Alexandro verba faciens, Romanis ditiones eorum, ex Persarum manibus extortas, reddente: quum Romani, non nisi longo post Alexandrum M. tempore, post Italiam sero tandem totam subactam, in exteros arma movere coeperint.

Pag. 210. 9. *τὸν ἀδελφὸν τοῦ πρώτου Σκηπίονος*] Ut Scipio alter Africanus, ob Africam subactam, ita hic Asiaticus, ab Asiatico bello a se prospere gesto, cognominatus est, ut testatur Eutropius: lib. 4. *Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumpha-*

Digitized by Google

vit. Nomen et ipse, ad imitationem fratris, Asiatici accepit, quin Asiam vicerat; sicut frater ipsius propter Africam domitam Africanus appellabatur.

Pag. 210. 14. *ἑαυτῷ παραχρησάμενος, πιπίσας ἀπέθανε*] *ἑαυτῷ παραχρήσασθαι* apud nostrum, pro, *Manus sibi infert*, usurpatur: supra *ἀπεχρήσατο* eodem sensu usurpavit, in Oenone, Paridis uxore priore, mortem laqueo sibi consciscente, *ἑαυτῃ ἀπεχρήσατο ἀγχόνῃ*. lib. 5. p. 77: deinde *πιπίσας*, subaudiend. *φάρμακον:* ita Eutrop. lib. 4. *et cum tradendus esset Romanis, venenum bibit etc.* quod a Paeanio, Eutropii Graeco Metaphraste, redditur, *φάρμακον σπάσας ἀποθνήσκει*. Appianus tamen, de Bel. Syr. Annibalem ait a Flaminio, legatione ob aliam causam fungente, apud Prusiam, Bithyniae regem, veneno sublatum fuisse. *πιπίσας* vero, a *πιπίζω*, quod aliquando dicitur, pro *πιπίσκω*, uti tradit Hesychius: *Πιπίζειν καταμίμησιν* (lego disjunctim, *κατὰ μίμησιν*) *ἡ λέξις πεποίηται τῆς τῶν ὀρνέων φωνῆς. Λέγουσι δὲ τὸ ποτίζειν, ἢ πιπίσκειν.*

Pag. 210. 21. *χρυσοῦ τάλαντα τέσσαρα, καὶ ἀργυροῦ*] Pacis conditiones, uti asserit Eutropius lib. 4. hae fuerunt; *ut ex Europa et Asia* (Antiochus) *recederet, atque intra Taurum se contineret; Hannibalem concitatorem belli dederet.* Livius tamen x. millia talentum Romanos ab Antiocho exegisse scribit: quem vide.

Pag. 211. 11. *διὰ τὸν Καίσαρα*] Imo Tigranes a Ptolomaeo in deditionem acceptus, longe ante Pompeii et Caesaris discordiam. Verum infinitum esset Auctoris Rerum Romanorum imperitiam ubique notare.

Pag. 211. 18. *χαρισάμενος αὐτοῖς πολλὰ*] Eutropius lib. 6. de Pompeio M. *Et cum venisset in Syriam, Seleuciam vicinam Antiochiae civitatem libertate donavit, quod regem Tigranem non recepisset. Antiochensibus obsides reddidit: aliquantum agrorum Daphnensibus dedit, quo locus ibi spatiosior fieret: delectatus amoenitate loci, et aquarum abundantia.*

Ibid. πεσόντα γὰρ ἦν] „Puto Auctorem scripsisse, *πεσόντα*· itaque repono, *πεσὸν, lapsum: ὄντα* enim, pro *ὂν* frequentissime hic occurrit.

Pag. 211. 21. *ἐκάλεσε Βύβλον, εἰς ὄνομα αὐτοῦ*] Byblum, antiquissimam Phoeniciae urbem, a Saturno conditam fuisse, testatur Stephanus de urb. *Βύβλος. πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα;* Byblumque dictam, vel a Bybli, Mileti Cretensis Filia; aut, *ἐκ τοῦ πάσης ἀρχαίας βίβλου φυλακὴν ἀσινέα ἐν ταύτῃ γενέσθαι, ob libros omnes antiquos ibidem tutissime servatos:* aut denique, *quod Isis, Osirim deflens, Diadema suum ibi deposuerit; τοῦτο δὲ ἦν βιβλίον: hoc autem Biblion erat, a Byblo Aegypti* etc.

Pag. 212. 2. *φοβερὸν ὄντα*] Scr. *ὄν.*

Digitized by Google

Pag. 212. 13. *Πομπήϊος παρακληθεὶς ἀνέδωκεν αὐτῷ*] Imo Antiochus, licet rogandi habuit audaciam, repulsam tamen tulit: *ἐτόλμησε μὲν γὰρ Αντίοχος ἀπαιτῆσαι αὐτὰς, οὐκ ἀπέλαβε δὲ.* Xiphilin. Epit. Dion. vide et Appian. Alexandr. in Syriacis.

Pag. 212. 18. *οἱ σοφώτατοι Ρωμαίων ποιηταὶ*] Jo. Gregorius, *Scriptores*, vertit; hoc scilicet Auctori indulgens: ego tamen vocabuli interpretationem genuinam retinere malui, nec enim tanti est, ut, in hoc Auctoris famae consulatur, in aliis majoris momenti tam graviter peccantis. Salustium autem Poetam, nemo unquam dixerit: de Cicerone vero hoc ei concedi fortasse poterit: Poetam enim eum fuisse, licet vix laurea dignum, testem habemus Juvenalem, Sat. 10. ubi hunc ejus versiculum citat.

O fortunatam natam me Consule Romam.

Deinde addens:

Antoni gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset. Ridenda poemata malo, etc.

Certe Ciceronem Poeticae operam, juniorem, impendisse, negari non potest; sed et etiam carmina scripsit: ex quibus Limonem, poema ejus sic dictum, citat Donatus, Pontium Glaucum aliud ita appellatum, Plutarchus; ipse etiam, de suis temporibus tres libros carmine se scripsisse testatur. Sed et multa ex Graeco transtulit; ut Arati Phaenomena: cujus etiam nunc pars extat, aliaque praeterea. Attamen Poetae nomine an dignus censendus sit, dubitari potest. Tacitus enim *Carmina Ciceronis forum redolere, potius quam Castaliam*, asserit, Cassii etiam Severi apud Senecam poeseos Ciceronianae censura haec est, *Virgilium illa felicitas ingenii, oratione soluta, reliquit: Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit.* Vide Gregor. Gyraldum de Poetar. histor. dialog.

Pag. 212. 21. *μετὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν*] Scr. *αὐτοῦ*. atque hic ignoti hujus Antiochi finis esto.

Pag. 213. 4. *ἔτη σξγ'.*] Syriae regnum Macedonicum CCL. tantum annos durasse, atque post Philippum, Antiochi Dionysii fratrem, defecisse, testes habemus Eusebium, et *ἱστοριῶν συναγωγῆς* Auctorem.

Pag. 214. 2. *ἐπὶ ἔτη υξδ'.*] De Consulatus duratione, a Regibus scilicet expulsis, ad C. J. Caesarem Dictatorem, magna est inter auctores opinionum diversitas. Chr. Alex. auctor annos enumerat tantum CCCXCIII. Eusebius, CCCCLXXIII. Excerptiones Chronologicae ad Florum, an. DLXII. quod incidit in an. ab urb. Cond. DCCVI. vid. Scal. de Emend. Temp.

Pag. 214. 4. *διὸ Καίσαρ ἐλέγετο*] Ita etiam Cedrenus, Chr. Alexandr. Glycas, et Constantinus Manasses, qui tamen etiam alias nominis rationes profert. Zonaras vero vulgatam hanc nominis hujus rationem falsam esse asserit, his verbis, Tom. 2. *Ελέ-*

Digitized by Google

γετο δὲ Καίσαρ, ὥς τινες οἴονται, οἷα δὴ τάχα τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ τίκτειν θανούσης, καὶ αὐτοῦ δι' ἀνατομῆς προαχθέντος εἰς φῶς· οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτό ἐστι. Deinde ad hoc confirmandum, Matrem eum, ad virilem usque aetatem, habuisse affirmat: rectissime. Hujus rei testem habemus Suetonium, in J. Caesares, cap. 26. *Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam, nec multo post neptem amisit.* Sed et ante J. Caesarem multi etiam alii fuerunt Caesares: quorum catalogum nobis exhibet Jo. Glandorpius, in *Notitia familiae Caii Julius Caesaris* etc. J. Caesar itaque Caesareae quidem dignitatis auctor fuit; nominis non item. Licet autem probabile satis sit, primum Caesarem ab istiusmodi casu nomen habuisse, nostro tamen hoc competere non posse manifestum est. Vide Is. Casaubon. in Sueton.

Pag. 214. 9. παραληφθέντα ὑπὸ Περσῶν] omnino scribendum *Πάρθων*: Crassus enim bello Parthico interiit.

Pag. 214. 11. διαδεχθεὶς τῆς ὑπατείας, ἤτοι τῆς Τριομβ.] Haec vertit Chr. Alex. Interpres; *Consulatu, seu Triumviratu donatus*, male. *Διαδέχομαι* enim hic passive, improprie licet, pro, διάδοχον ἔχων ponitur. Ita etiam infra frequentius, ut in Valentiniano Imp. *Ἡ μόνον δὲ ἐβασίλευσεν, εὐθέως διεδέξατο τὸν αὐτὸν ἔπαρχον Σαλούστιον*, etc. In Zenone etiam Imp. *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ζήνων πεισθεὶς, διεδέξατο αὐτὸν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ μαγίστρου, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν στρατηλάτην ἀνατολῆς.* Atque huic interpretationi suffragatur Florus, lib. 4. *De successione Caesaris Senatus, id est, Pompeius, agitabat, nec ille abnuebat, si ratio sui proximis comitiis haberetur. Consulatus absenti, quem decem tribuni plebis, favente Pompeio, nuper decreverant, tum, dissimulante eosdem, negabatur.* Veniret, et peteret more majorum: *ille contra flagitare decreta, ac*, nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum. *Ergo ut in hostem decernitur.* Apud Chr. Alex. vero *Τριουμβιράτωρ* scribitur, *Triumvir;* et *Τριουμβιρατορία*, Triumviratus p. 438. Noster infra etiam habet, *Τριομβυρία.*

Pag. 215. 1. τοῦ αὐτοῦ πενθεροῦ] reponendum *γαμβροῦ*: Pompeius enim J. Caesaris filiam, Juliam, uxorem habuit. Sed et Caesar etiam Pompeii filiam in matrimonium petierat. Vide Sueton. in Julio, cap. 27.

Pag. 215. 5. ἀνελὼν πάντας τοὺς συγκλητικούς] Imo, Senatoribus fuga elapsis, urbem potius vacuam invenit. Ita Florus, lib. 4. *Nec Pompeius ab Italia, quam Senatus ab urbe, fugatur prior, quam pene vacuam metu Caesar ingressus, Consulem seipse facit.*

Pag. 215. 11. ἀνεῖλεν αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον] Pompeius a Caesare devictus in Aegyptum fuga evasit, auxilium a Ptolomaeo rege petiturus; ubi a regis ministris Achilla, Pothino, aliisque, occisus est. Atque in hoc, cum historicis aliis omnibus, concordat etiam Lucanus, a nostro citatus Pharsal. lib. 8.

Pag. 215. 22. ἐπὶ ἔτη ιή'.] Ita enim Excerptorum Latino-

Digitized by Google

rum ex I. lib. Chronolog. Eusebii etc. Auctor. *Quo tempore Romanorum primus Monarcha C. Jul. Caesar. Regnavit autem annos* XVIII. Glycas XII. annos enumerat. J. Caesar tamen V. imperii anno occisus est.

Pag. 215. 23. *τὸ Βίσεξτον ἐφηῦρε*] Suetonius in Jul. cap. 40. *Conversus hinc ad ordinandum Reip. statum, fastos correxit, etc. Annumque ad cursum solis accommodavit, ut* CCCLXV. *dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur.* Dies autem hic quarto quoque intercalandus, *Bisextus* dictus est, eo quod ad XXIV. Februarii, sive ad VI. Kal. Martii, interponeretur; adeoque duplex esset Sextus Kalendas Martii, XXIV. scilicet, et XXV. Februarii.

Pag. 216. 11. *τῆς μετὰ ταῦτα ἐπινεμήσεως*] A primo Jul. Caesaris anno, et Aera Antiochena, et Indictiones Antiochenae, omnium antiquissimae, initium suum habuerunt. Chr. Alex. *Χρηματίζει οὖν τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, εἰς τιμὴν αὐτῆς, ἔτος α΄, καὶ πρῶτον ἔτος τῆς ε΄. καὶ δεκαετηρίδος τῶν Ἰνδίκτων, ἀπὸ πρώτου ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος.* Aera tamen Antiochena, Mensis Maii XII. Indictiones vero a primo Septembris die numerabantur. Chr. Alexand. *Ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων, Λεπίδου καὶ Πλάγκου, ἤγουν ιβ΄. καὶ αὐτῆς τοῦ Ἀρτεμησίου μηνὸς, Ἀντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι· καὶ αἱ Ἰνδικτοι χρηματίζειν ἤρξαντο, ἀπὸ πρώτης καὶ αὐτῆς τοῦ Γορπιαίου μηνός.* Cedrenus haec, Bissextique inventum, ad II. Augusti Caes. annum refert; falso: apud quem etiam ridiculam habes Indictionum nominis originem. *καλεῖται δὲ Ἰνδικτιὼν, τουτέστιν Ἰνακτιὼν, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη.* Augustus quidem Bisextum reformavit, non tamen invenit. vide Jos. Scaligeri Canon Isagog. lib. 3.

Pag. 216. 17. *εἰσῆλθεν ὁ αὐτὸς Ἰούλιος Καίσαρ ὁ Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ*] Chr. Alex. legit: *καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Καίσαρ Ἰούλιος Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ.* Ex his tamen, quae in nostro sequuntur, *εἰσῆλθεν* retinendum videtur, licet Caesarem Aegyptum prius, post victoriam Pharsalicam, Syriam deinde, adversus Pharnacem Mithridatis F. arma moventem petiisse constet. Sueton. in Jul. cap. 35. *Ab Alexandria in Syriam, et inde Pontum transiit, urgentibus de Pharnace nunciis.* Sed nec eum, hisce difficultatibus positum, aedificationibus vacasse, probabile est. Verum, Auctori nostro solenne est, neminem Antiochiam venientem, nisi aliquo extructo, inde dimittere.

Pag. 217. 3. *μέλλοντα συμπίπτειν*] Scr. *μέλλον.*

Pag. 217. 10. *ὃν ἐπεκάλεσε Καισάριον*] Caesarionem hunc alii vocant: quem licet Auctor Noster parvulum interiisse asseret, Suetonius tamen eum ab Augusto (post victoriam Actiacam, quo tempore 17. minimum annos natus fuit,) retractum e fuga, supplicio affectum fuisse, testatur; in Octavio, cap. 17.

Digitized by Google

Pag. 218. 8. *τὸν τοῦ Αὐγούστου γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ*] *γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ, sororis maritus* est: Antonius enim Octaviam, Augusti sororem in uxorem duxerat. Ita etiam eum vocat Jo. Tzetz. Chil. 9. hist. 253.

Αὔγουστος Οκταούϊος Ρώμης κρατῶν τὰ σκῆπτρα,
Ανεψιὸς ὢν Καίσαρος Γαΐου Ιουλίου.
Τὴν ἀνταρσίαν οὐδαμῶς τῶν Αἰγυπτίων φέρων,
Επ' ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ κλῆσιν Οκταουΐᾳ,
Εχων γαμβρὸν Αντώνιον, στέλλει κατ' Αἰγυπτίων.

Pag. 218. 9. *ἐν Αλεξανδρείᾳ τὴν μεγάλην τὴν φαρὸν*] Scr. *τῇ μεγάλῃ:* constans enim hoc, apud Nostrum, urbis hujus *ἐπίθετον. Πόλις* etiam, per excellentiam, dicta est, teste Stephano: *ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς.* sicut Athenae etiam *ἄστυ*, et Roma, *Urbs*, vocatae sunt: nisi quis secundum *τὴν* superfluum esse putaverit. Caeterum a quo, quove tempore Pharos insula continenti Isthmo, ex ingentibus in altum molibus terrae jactis facto, conjuncta fuerit, non convenit inter auctores. Ammianus Marcellinus, Chr. Alex. auctor, Jo. Tzetzes, cum nostro, Cleopatram hujus operis Auctorem statuunt, adeoque ipsius Phari turris, ab insulae nomine sic dictae, conditricem. Verum et Pharon turrim, Isthmumque ante Cleopatrae tempora extructa fuisse, ex J. Caesaris et Strabonis testimoniis probare nititur Joseph. Scaliger, in Euseb. Chron. Animadversion. ad annum Eusebianum MDCCXXXIII. quem vide.

Pag. 218. 10. *τὴν λεγομένην Καίουσαν*] Pharos *Καίουσα* forte dicta fuerit, a luminibus ibidem nocturno tempore, navigantium in directionem, accendi solitis. Chr. Alex. *Protei insulam* vocat; *εἰς τὴν νῆσον τὴν λεγομένην Πρωτέως.* Ita etiam Ammianus Marcellin. lib. 22. *Insula Pharos, ibi Protea cum Phocarum gregibus diversatum Homerus fabulatur inflatius, a civitatis littore mille passibus disparata.* Vide Homer. Odyss. *δ'*.

Pag. 218. 11. *ἀπὸ μιλίων δύο*] Chr. Alex. habet, *ὡς ἀπὸ μιλίων δ'*. uterque falso: non enim milliare integrum a littore distabat. Jo. Tzetzes in contrarium lapsus est errorem, *τετραστάδιον*, spatium hoc vocans. Caeterum *Επταστάδιον* dictum fuisse, apparet ex Josepho, Antiq. Jud. l. 12. c. 2. ubi de LXX. Interpret. loquens, haec habet. *παραλαβὼν αὐτοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ διελθὼν τὸ ἑπτασταδιον χῶμα τῆς θαλάσσης πρὸς τὴν νῆσον, καὶ διαβὰς τὴν γέφυραν* etc.

Pag. 218. 14. *διὰ Δεξιφάνους Κνιδίου*] *Κνησίου*, habet Chr. Alex. mendose. Opus tamen hoc, non Dexiphanis fuisse apparet, tum ex Eusebii Chron. ad an. MDCCXXXIII. tum ex turris ipsius inscriptione, apud Strabonem. *ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ. ΚΝΙΔΙΟΣ. ΔΕΞΙΦΑΝΟΤΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΟΤΗΡΣΙΝ. ΤΠΕΡ. ΤΩΝ. ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ.* Hujus etiam rei testem habemus Stephanum de Urb. in *Φάρος· ἔστι καὶ νῆσος, ἡ πρὸς τῇ Αλεξανδρείᾳ,*

Digitized by Google

ἐφ' ᾗ ὁ Σωστράτου τοῦ Δεξιφάνους πύργος, ὁμωνύμως λεγόμενος Φάρος.

Pag. 218. 17. ὁπλισάμενος κατὰ τῆς Κλεοπάτρας] Imo a Parthis repulsus, Aegyptum se tandem recepit, ubi Cleopatrae se totum dedidit. Flor. lib. 4. cap. 11. *Quippe post Parthos, quum exosus arma in otio ageret, captus amore Cleopatrae, quasi bene gestis rebus, in regio se sinu reficiebat.* Nugae itaque sunt, quae deinceps de Antonio et Cleopatra profert Auctor noster.

Pag. 219. 3. ὑπονοθούσασα αὐτὸν] forte, ὑπονοθεύουσα. Hesychius: *Νοθεύει· ἀπαλλοτριοῖ, ἀπατᾷ, κολακεύει.*

Pag. 219. 6. καὶ μυστικὴ] μυστικὴ hic verto, *ingenio subtili*, seu solerti; praeter communem vocabuli usum: generosam vero ejus indolem et Jul. Caesar, et Augustus deinde, ille, ab exilio, stragulo involutae ad se introductae; hic, Triumphi sui spem maximam eludentis, admirati sunt. vide Zonar. Tom. 2. Jo. Tzetz. Chil. 9. hist. 253.

Καὶ Πτολεμαίου σύναιμος δέσποινα Κλεοπάτρα,
Οὖσα σοφὴ, καὶ εὔγλωττος, πανευμορφοτάτη, etc.

Pag. 219. 12. ποιήσας πλοῖα δρομόνων πολλῶν] Dromonibus, seu Liburnis Antonio Classem adornat Auctor noster: Florus tamen navium ejus magnitudinem praedicat lib. 4. his verbis *Nobis quadringentae amplius naves; ducentae non minus hostium: sed numerum magnitudo pensabat. Quippe a senis in novenos remorum ordinibus, ad hoc turribus, atque tabulatis allevata, castellorum et urbium specie, non sine gemitu maris, et labore ventorum ferebantur.*

Pag. 219. 23. καὶ στρατιωτικῶν δυνάμεων αὐτοῦ] Scr. στρατιωτικαῖς δυνάμεσιν.

Pag. 220. 6. ὥστε τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης αἵμασι μιγέντα] Scr. μιγέντα. haec vero ex Aeneae Clypei, Vulcani operis, descriptione, Aen. lib. 8. desumpsit:

In medio classes aeratas, Actia bella.
Cernere erat, totumque instructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus etc.

et paulo post,

Stupea flamma manu, telisque volatile ferrum
Spargitur: arva nova Neptunia caede rubescunt.

Pag. 220. 7. ἐφόνευσε τὸν Αντώνιον] Imo Antonius ab Augusto navali praelio devictus, in Aegyptum fuga evasit; ubi se ipsum interfecit.

Pag. 220. 15. ἐν τῇ Ῥώμῃ σμυρνιασθέντα.] Scr. σμυρνιασθέν. Auctoris nostri σμυρνιάζω, Jo. Tzetzes per ταριχεύω reddit Chil. 9. hist. 253.

Ὁ Καῖσαρ δ' Ὀκταούϊος ἐκείνην ταριχεύσας,
Τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ κατήγαγεν εἰς Ῥώμην.

Digitized by Google

Pag. 220. 19. *μὴ συμφωνοῦντα* etc.] Quosnam tandem scriptores Romanos, ab Alexandrinis de Cleopatrae cadavere hac in re discrepantes, hic Auctor noster intelligat, non video. Statuam quidem ejus, aspide brachio inhaerente, lecto traductam fuisse ab Augusto triumphante, asserit Zonaras: *ἱστοριῶν* etiam *συναγωγῆς* auctor, in Augusto; *οὐ ἦν εὐπρεπεστάτη ἡ πομπὴ, ἐν ᾗ καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἐπὶ κλίνης, ἐν τῷ τοῦ θανάτου μιμήματι, παρεκομίσθη, ὡς πομπεῖον.* ipsam tamen eodem cum Antonio Sepulchro conditam fuisse, testem habemus Suetonium, in Octavio, cap. 17. *Ambobus communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit.*

Pag. 220. 22. *καὶ γαμβρῷ αὐτοῦ*] Supra Agrippam Octaviani *γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ, sororis maritum,* vocavit: sororem enim ejus Octaviam uxorem habuit. Quia tamen Augusti *γαμβροὺς* hoc loco vocatur simpliciter Agrippa, quae vox *Generum* ut plurimum sonat, ideo *γαμβρῷ αὐτοῦ, Genero suo,* reddimus. Agrippa enim, relicta tandem uxore Octavia, Augusti sorore, Juliam, ejus filiam in uxorem habuit, Augusto ipso eum in hoc cogente.

Pag. 220. 25. *ἀπὸ τῆς κώμης Ηπείρου*] forte legend. *χώρας.*

Pag. 221. 5. *ἐκράτησε δὲ ὁ τῆς Αἰγύπτου πόλεμος ἔτη πολλὰ*] Imo uno praelio Actiaco, et coeptum et finitum est hoc bellum: deinceps enim Aegyptus tributaria facta est.

Pag. 221. 10. *ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἀνθρώπων*] *ἄνθρωποι,* pro *Militibus,* apud nostrum frequenter usurpatur. Ita lib. 16. *καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ πέραν, κατὰ Βιταλιανοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ.*

Pag. 221. 18. *τετράρχην αὐτῆς.*] *τετράρχην* hic, pro *βασιλέα,* ponit; Hesychius: *Τετράρχαι, οἱ βασιλεῖς:* scribendum *τετράρχαι. Τετράρχαι* tamen proprie sunt, regni *τετράδας,* seu partem quartam administrantes.

Pag. 221. 19. *ἤντινα ἐκάλεσεν Αγκυραν,* Stephanus, ex Apollonio in Caricis, Ancyram a Mithridate et Ariobarzane extructam fuisse tradit. Alii a Mida conditam volunt: verum hoc, de altera illa Phrygiae Ancyra, forte intelligendum. Jo. Tzetzes Chil. 1. cum nostro, Augustum Ancyrae Galatae statuit conditorem.

Τὴν Αγκυραν δ' ἣν ἔφημεν, τῆς Γαλατίας, εὗρον
Κτίσαι τὸν Οκταούϊον Καίσαρα τὸν Ρωμαῖον,
Κτείναντα Δηϊόταυρον τετράρχην Γαλατίας.
Οὐδ' ἐξ ἀγκύρας σιδηρᾶς ἅρμα τοῦ Μίδου σχούσης
Κληθῆναι ταύτην Αγκυραν· ἀλλ' ὅτι μέση κεῖται
Ασιανῆς καὶ Ποντικῆς τῶν θαλασσῶν τῶν δύο.

Ancyra tamen haec, alterutro mari, longo satis distat intervallo.

Digitized by Google

Pag. 222. 1. *καὶ τὸν ποταμὸν, Γάλλον.*] Galatia provincia, Gallusque fluvius, sive a Gallo quodam, sive a Gallis Celticis, qui relicta patria sedes ibi fixerunt, uti vult Stephanus de urb. sic dicta fuerint; longe ante Augusti tempora sic appellata fuisse manifestum est.

Pag. 222. 5. *Φρυγίαν δὲ Παπατιανὴν*] Phrygia Major in Salutarem, et Pacatianam, distributa est. Constantiu. Porphyr. de Themat. Anatol. *Φρυγίαν Καπατιανῆς*, vocat, literarum transpositione: *τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Κροινοῦ καὶ μέχρι τοῦ Αμωρίου, καλεῖται Φρυγία Καπατιανῆς:* Caeterum hanc Phrygiae distributionem Augusto longe posteriorem esse non est dubitandum.

Pag. 222. 9. *υἱοῦ τοῦ Κάπνος*, forte legend. *Κάπνους*. Verum, unde haec?

Pag. 222. 19. *καὶ δίαιταν οἰκημάτων*] Ista reddo, *aedificiorum seriem*, sive vicum, infra enim *γειτνίαν* vocat. *Δίαιται* vero pro *οἰκήματα* frequentius usurpatum occurrit: Menandri Protector. Eclog. Legation. *τῇ ἑξῆς ἐν ἑτέρᾳ ἐγένοντο διαίτῃ, ἔνθα ξύλινοι κίονες ἦσάν τινες, ἐνδεδυμένοι χρυσῷ.* Et paulo post: *κατὰ δὲ τὸ ἐμπρόσθιον τῆς διαίτης ἐπὶ πολὺ, παρετέταντο ἅμαξαι, ἐν αἷς πολύ τι χρῆμα ἀργύρου ἐπῆν*, etc.

Pag. 222. 20. *βανιάριν*] *βανιάριν*, pro *βανιαριον*, hic scribi, nullus dubito. Sed quid tandem erit *βανιαριον*? Suspicor legendum *Βαλνιάριον*, *Balnearium;* quod tamen vix alibi inter Graecos occurrit. Nullorum autem quam Balneorum publicorum aedificatorum apud nostrum, mentio frequentior.

Pag. 223. 3. *ὄντα μικρὸν*] Scr. *ὄν*.

Pag. 223. 8. *οἵτινες ἐνίκησαν Τιγράνον, τοπαρχοῦντα αὐτῆς*] Lego, *Τιγράνην*. Verum bella haec, a Lucullo, adversus Mithridatem et Tigranem, Caes. Augusto vix adhuc nato, gesta sunt. Tigranes vero, Armeniae rex, a Pompeio deinde devictus, se ei dedidit, ac diadema suum ad genua Pompeii procidens, in manus ejus tradidit: *quod ei Pompeius reposuit*, (inquit Eutropius, lib. 6.) *honorificeque eum habitum, regni tamen parte mulctavit, et grandi pecunia: adempta est et Syria, Phoenice, Sophene.* Zonaras tamen haec illi a Lucullo adempta fuisse scribit, Tom. 2.

Pag. 223. 19. *στρώσας αὐτὴν λευκαῖς πλάκαις*] *πλάκαις*, tanquam a *πλάκη*, pro *πλαξίν*.

Pag. 224. 3. *τὴν πρώην λεγομένην Μάζακαν*] Jornandes etiam de Regn. success. eam a Cappadocibus Caesaream dictam fuise scribit: *Cappadoces quoque sub Epaphra rege constituti, primum per Legatos suos Romanorum amicitias petierunt: dehinc Ariobarzane rege succedente, et a Mithridate expulso, ultro se Romano servitio tradiderunt, magnamque civitatem suam Mazacam, in honorem Caesaris, Caesaream appellaverunt.* Eutropius tamen, et ex eo etiam postea Jornandes ipse, Suidasque, nomen

Digitized by Google

hoc Mazacae urbi a Tiberio Imp. post temporis impositum fuisse prodiderunt. Eutrop. lib. 7. de Tiberio haec habet. *Quosdam reges per blanditias evocatos, nunquam remisit; in quibus Archelaum Cappadocem. Cujus etiam regnum in Provinciae formam redegit, et maximam civitatem appellari nomine suo jussit, quae nunc Caesarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.* Urbs haec etiam Eusebeia antea dicta fuerat, teste Strabone apud Stephanum: *Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζα, ὡς Στράβων.* Scribendum, *Μάζακα*, uti postea etiam habet Stephanus: *Μάζακα, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια.*

Pag. 224. 4. *ἦν γὰρ Καίσαρ θεῖος τοῦ αὐτοῦ Αὐγούστου*] Augusti avunculus major erat J. Caesar. Sueton. *Postea C. Caesaris, et deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum, testamento majoris avunculi: etc.* Parentes enim habuit Octaviam et Atiam, M. Atio Balbo et Julia, sorore C. Caesaris, genitam: eodem Suetonio teste.

Pag. 224. 12. *ὀνόματι Κορνήλιον Γάλλον*] Eutropius in Augusto. *Aegyptus per Octavianum Augustum Imperio Ro. adjecta est, praepositusque Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Aegyptus Romanum Judicem habuit.* *Αὐγουστάλιος* autem Aegypti Praefectus peculiariter appellatur.

Pag. 224. 20. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Καλβισιανοῦ καὶ Πολλίωνος*] Consules hi nusquam apparent, per totum Aug. imperium, nec apud Eusebium, nec fastos Siculos.

Pag. 224. 25. *τοῦ ὑπερβερεταίου μηνὸς*] Ad nostrum corrigendum est Chr. Alex. ubi pro *ὑπερβερεταίου*, *περιτίου* habemus. Vides autem nunc Lector, unde Chron. illius compilator, Auctoris sui nomen licet ubique supprimat, narrationem hanc de Sosibio, uti et plurima alia, desumpserit.

Pag. 225. 5. *ἐκ τῶν πρώην φόβων*] *φόβος*, pro terrae motu, calamitateve alia tali, frequenter apud nostrum sumitur.

Pag. 225. 16. *ὑπῆρχε κονδοειδὴς*] De Augusti statura, vide Sueton. in Octavio Tit. 79.

Pag. 226. 1. *τῷ δὲ λθ'. ἔτει*] *Ἀπογραφὴ* haec facta est XLII. Augusti Imp. anno, Augusto XIII. et M. Plautio Coss. teste Eusebio. Quos vero hic Auctor Consules nominat, nusquam apparet.

* *Pag.* 226. 11. *ἐν ὑπατείᾳ Κουΐνλου καὶ Λογγίνου*] Novos usque et inauditos Consules nobis exhibet Auctor.

Pag. 227. 5. *πλησίον οὖσαν τῆς Ἱερουσαλὴμ*] Scr. *οὔσῃ*.

Ibid. *ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγ. χρηματίζοντος μβ'*] Annus Augusti XLII incidit in Aerae Antiochenae annum XLVII: ab anno enim primo J. Caesaris, qui v. annos regnavit, incipit Aera haec; uti etiam Auctor noster supra.

Digitized by Google

Pag. 227. 7. *ὑπατεύοντος δὲ τοῦ αὐτοῦ Ὀκταβιανοῦ καὶ Σιλουανοῦ*] Eusebius etiam hoc anno Coss. habet Augustum XIII et M. Plautium: Hunc M. Plautium Silvanum vocant Fasti Capitolini.

Pag. 229. 5. *καὶ ἐνανθρώπησε* *) *φησὶ τῷ ἐφ' ἕτει*] Ubinam tandem hoc dicit Eusebius? certe in Chronicis suis ab Adamo ad Christum natum annos putat tantum 5199. Si autem ita ut Auctor vult calculum suum institueret, ubi fuerit inter illum et Theophilum aliosque memoratos discrepantia?

Pag. 230. 1. *εἰς τὴν ἀνατολὴν ἐλθόντες*] Imo *ἀπὸ ἀνατολῶν, ex regionibus Orientalibus*, advenisse Magos testatur S. Scriptura, Mat.

Pag. 230. 13. *ἐν ὑπατείᾳ Οὐινδικίου καὶ Οὐαλερίου*] Chr. Alex. hos vocat, Indicium, et Varium. verum Coss. hos ponit ad an. Augusti XLII. quo anno noster supra Augustum XIII. et Silvanum Coss. fecit.

Pag. 231. 10. *ἐν ὑπατείᾳ Λαμία καὶ Σερβιλιανοῦ*] Lamiam et Servitium Coss. habent Eusebius, et Chr. Alex. Auctor; ut hic, anno Augusti XLIV. ille, anno ejusdem XLVI. uterque tamen annum integrum ponit, inter hos Coss. et Herodis obitum.

Pag. 231. 21. *καὶ ἄϊδος αὖθις ἱκέσθαι.*] Cedrenus habet, *καὶ ὁδὸν αὖθις* etc. et versu sequente, *ἐκ δόμων ἡμετέρων*· uti habet etiam Eusebius. Habes vero hoc Oraculum inter Oracula vetera, a Jo. Obsopoeo edita, ubi hoc modo legitur.

Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσειν,
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι, σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Ubi tamen versus ultimus claudicat: forte legendum *ἡμετεράων*.

Pag. 232. 7. *ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐτελεύτησε*] Hieronymus in versione sua Eusebiana Augustum Atellae in Campania mortuum asserit: uterque falso. Nolae enim diem suum obiit. Vide Suetonium, alios.

Pag. 232. 8. *ἄπαις,*] An de prole mascula intelligendus est Auctor? Filiam enim Juliam ex uxore Scribonia suscepisse eum, nemini non notum.

Ibid. *καὶ σωφρονήσας ἀπὸ σωματικῆς ἁμαρτίας*] Itane vero? Audiamus tamen Suetonium in Octavio, Tit. 69. *Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem negant etc.* Et paulo post. *L. Antonius super festinatas Liviae nuptias objecit; et foeminam Consularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam, rursus in convivium rubentibus auriculis, incomptiore capillo reductam.* Quem Paragraphum etiam petulantissima ejusdem Epistola claudit Suetonius: quam videsis. Sed et uxorem etiam suam sibi ha-

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

buit lenam, eodem Suetonio teste, Tit. 71. *circa libidines haesit; postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior; quae sibi undique etiam ab uxore conquirerentur.*

Pag. 232. 11. *Σέξτου καὶ Σεκτικιανοῦ*] Eusebius ad ultimum Augusti annum habet Sext. Pompeium, et Sext. Apuleium, Coss. Chr. vero Alex. ad annum Augusti antepenultimum, id est, LIV. (annos enim LVI. tantum eum imperare facit;) Sextum et Sextum Coss. habet; anno vero sequenti, sive penultimo, Pompeium et Apuleium ponit, ac si diversi essent.

Ibid. ἐβασίλευσε Τιβέριος Καῖσαρ ἔτη κβ'.] Ita etiam Chr. Alex. Eusebius tamen annos Imperii XXIII. ei tribuit.

Pag. 232. 12. *ἦν δὲ διμοιριαῖος*] Ita etiam Suetonius in Tiberio, Tit. 68. *Corpore fuit amplo atque robusto; statura, quae justam excederet.* Reliquo tamen ejus Characterismo parum cum Suetonio congruit Auctor noster.

Ibid. λεπτακινὸς] vocabulum hoc nusquam mihi occurrit: forte scribendum *λεπτακικός*· cui tamen scriptioni adversatur Suetonii Characterismus Tiberii.

Pag. 232. 18. *ἔχοντας διαστήματα μιλίων δ'.*] longissimam hic Plateam memorat; nisi forte error sit in numero. Quid si, pro *μιλίων*, legamus *σταδίων*.

Pag. 232. 21. *χαλκουργήμασι καὶ ἀγάλμασι κοσμήσας*] *χαλκουργήματα* ponit, pro statuis aereis. Ita infra lib. 14. *ἦν γὰρ ἐν αὐτῷ χαλκουργήματα δύο, ἅτινα καὶ αὐτά εἰσι τῶν θαυμάτων, ὁ Ἴκαρος, καὶ ὁ Δαίδαλος*; id est, Icari, et Daedali statuae aereae.

Pag. 234. 1. *ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανεστάτου βασιλέως*] Antiochum Epiphanem dicit, qui aedificia quaedam a se extra urbem extructa, a nomine suo, Epiphaniam vocavit: uti Auctor supra lib. 8.

Pag. 234. 3. *ὁ λεγόμενος Φιλάδελφος*] Antiochi hujus Philadelphi apud alios mentio nulla.

Pag. 234. 6. *παρασχὼν προνόμια τοῖς καταφεύγουσιν*] Hesych. *Προνόμια, τὰ ὀφειλόμενα τῷ ἀξιώματι.*

Pag. 234. 21. *μετεκάλεσιν Ορόντην τῇ Ρωμαϊκῇ λέξει*] Ita etiam Eustathius, ad Dionysii *περιηγητοῦ* locum hunc:

Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ορόντης.

ubi Scholiastes post aliam nominis rationem assignatam, haec addit. *Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ Δράκοντος αὐτὸν Ορόντην μετωνόμασεν, ὃ σημαίνει Ρωμαιστὶ τὸν ἀνατολικόν. ὅτι πᾶσα ἡ περὶ Αντιόχειαν χώρα λιπαρά τε καὶ εὔβοτος, καὶ ἀγαθὴ μῆλα τρέφειν, καὶ δένδρεσι καρπὸν αὔξειν.* Caeterum meras ineptias esse has, apparet ex Polybio, lib. 5. ubi Seleuciam et Antiochiam describens, Orontis etiam mentionem facit. *Ο δὲ καλούμενος Ορόντης ποταμὸς οὐ μακρὰν αὐτῆς ποιεῖται τὰς ἐκβολάς· ὃς τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥεύματος λαμβάνων ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Λίβανον, καὶ τὸν Αντιλίβανον τόπων, καὶ διανύσας τὸ καλούμενον Δμύκης πεδίον,*

Digitized by Google

ἐπ' αὐτὴν ἱκεῖται τὴν Ἀντιόχειαν etc. Polybius vero diem suum obiit, ante Tiberium Imp. anno circiter CXXXVI. anno nempe XVII. ante natum Ciceronem. Vide doctissim. J. Vossium de Histor. Gr. Strabo etiam, qui Tiberii *σύγχρονος* fuit, fluvium hunc ab Oronte quodam, qui pontem ei induxit, nomen accepisse testatur. Vid. Strab.

Pag. 235. 12. *παρέχοντα τὴν χρῆσιν*] Scr. *παρέχον*. Verum urbs haec, non a Tiberio, sed ab Herode Tetrarcha, Tiberii Imp. in honorem extructa est. Audi Eusebium: Chron. l. 1. *Ἡρώδης ἔκτισε Τιβεριάδα, εἰς ὄνομα Τιβερίου Καίσαρος.* Stephanus etiam de Urb. *Τιβεριὰς πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Λιννεσιριτίδι λίμνῃ· ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Ἡρώδου.*

Pag. 236. 3. *τῷ δὲ ιε'. ἔτει τῆς ὑπατείας αὐτοῦ*] *ἔτ. βασιλείας.* Ad annum vero Tiberii XIII. Coss. invenio Silanum et Nervam, apud Chr. Alex. Eusebius ibi ponit A. Pisonem, et M. Crassum; anno autem sequente, Silanum et Silium. Infra tamen Auctor Christum baptizatum asserit, Rufo et Rubellione Coss. recte: Hos enim Coss. proferunt ad an. Tiberii XV. et Chr. Alex. et Eusebius. Numerus itaque hic assignatus, atque ejus loco, *τῷ δὲ ιδ'. ἔτει*, legendum: quo tempore Joannes Baptismum suum, supradictis etiam sub Coss. forte incepisset. Verum Fastorum in Coss. designandis errores ubique persequi, labor esset et infinitus et inutilis: manum itaque de tabula.

Pag. 236. 11. *ὥρᾳ νυκτερινῇ ι'.*] Chr. Alex. *ὥρᾳ ι'. τῆς νυκτός·* quam tamen lectionem Raderus rejicit, Librariique vitio imputat: idque merito. Nec enim verisimile est, officium hoc Salvatori Nostro a Baptista nocturno tempore praestitum fuisse.

Pag. 237. 4. *ὀνόματι Βερονίκη*] *Βερνίκη*, Jo. Damasceno est. Vide Jo. Gregorii de Auctore Prolegomena.

Pag. 237. 10. *παρὰ Βερονίκης, ἀξιωματικῆς πόλεως Πανεάδος*] *ἀξιωματικῆς* ad Bernicen, non ad urbem referendum; uti Godefredus Tilmannus, Jo. Damasceni interpres, sensisse videtur. *Ἀξιωματικοὶ* sunt, qui in dignitate aliqua constituti sunt, et a plebe remoti.

Pag. 238. 5. *Καὶ προσεσχηκυῖα τὸ περιέχον αὐτὸν πλῆθος*] Jo. Damascenus habet, *τῷ περιέχοντι αὐτὸν πλήθει*, rectius: caeterum hoc ipsum loquendi genus barbarum apud nostrum frequenter occurrit.

Pag. 238. 11. *καὶ σταλείσης μοῦ τῆς πηγῆς*] Damascenus habet, *σταθήσης*, (pro *σταθείσης*) haud recte. *Στέλλω* hoc loco, *reprimo*, sive *sisto*, significat: unde habemus apud Alexandr. Aphrodis. *τὰ στέλλοντα τὴν κοιλίαν*, quae alvum sistunt, sive adstringunt.

Pag. 239. 19. *ἐκρίνετο ἐπὶ μῆνας ἡ'.*] suspicor legendum, *ἐκλίνετο·* aliter enim, nullus sanus sensus ex verbis hisce elici poterit. Herodem vero istum in exilio diem suum obiisse, quo ta-

Digitized by Google

men mortis genere incertum, dubitandum non est; nec enim eum unquam inde revocatum legimus. Vide Joseph. Antiquit. lib. 18.

Pag. 240. 7. *Μαρτίῳ κγ', τῆς σελήνης ἐχούσης ἡμέραν κγ'.*] Cedrenus, et Chr. Alexand. Auctor, Salvatorem nostrum Martii XXIII. crucifixum, XXV. vero resurrexisse, et ex consequentia, XXII. a Juda proditum, volunt; noster tamen horum numero, diem alium in his omnibus addit: in lunae tantum die cum eis conveniens.

Pag. 240. 11. *τῇ πρὸ η'. καλανδῶν Ἀπριλλίων.*] Hic non sibi constat Auctor: VIII. enim Calendas Apriles incidit, non in Martii XXIV. sed XXV. Quod enim Romani computantes, VIII. Calendas (subaudi, *ante,*) Apriles, dicunt, Graeci recentiores, *τῇ πρὸ η'. καλανδῶν Ἀπριλλίων*, efferunt. Ita etiam Auctor noster supra, Christi nativitatem assignans, *τῇ πρὸ η'. καλανδῶν Ἰανουαρίων, μηνὶ Δεκεμβρίῳ κε'.* ad Cal. Januarias, id est, Decembris XXV. eam ponit; recte.

Pag. 240. 20. *πλέον τῶν ἐγνωσμένων πρότερον*] *πλέον* hoc loco redundat. Caeterum ipsa Phlegontis verba non producit Auctor noster; quae tamen habes apud Eusebium Chronic. lib. 1. Cum tamen alii Phlegontem hunc Trallianum appellent. unde Nostro Atheniensis dictus est; Phlegontem enim illum, qui Hadriani libertus erat, qui Olympionica, et Chronica scripsit, hoc loco intelligere eum, non est quod dubitemus.

Pag. 241. 9. *ὑπατείᾳ Σουλπικίου καὶ Σώλα*] Scr. *Συλλοῦ.* Sulpicium Galbam, et Syllam Coss. habent et Chr. Alex. et Eusebius; sed ad annum XIX. Tiberii, anno scil. Christi passionem sequente.

Pag. 243. 1. *ἐν τῷ παλατίῳ,*] Imo in villa Luculliana mortem obiit, teste Suetonio.

Pag. 243. 2. *ὧν ἐνιαυτῶν οη'.*] Ita etiam Suetonius. Corrigendum itaque Chr. Alex. ubi haec ipsa ex nostro, corrupte licet, desumpta habes.

Pag. 243. 4. *ἐβασίλευσεν Ἡλίος Γάϊος*] Helium, sive Aelium, dictum Caligulam nullibi invenio.

Pag. 243. 7. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γάλλου καὶ Νοννιανοῦ*] Gallum et Nonianum quidem Coss. invenio apud Chr. Alex. et Eusebium etiam: sed ad annum Tiberii XXI. biennio scilicet ante Caligulam Imp.

Ibid. ἐκράτησεν ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἔτη δ', καὶ μηνᾶς ἑπτά.] Imperavit Caius Caligula triennio, et X. mensibus, diebusque VIII. uti testatur Suetonius, Tit. 59.

Pag. 248. 9. *εὔχρους*] Pallido colore fuisse ait Suetonius; qui etiam Characterem, a nostro longe diversum, ei tribuit.

Pag. 243. 16. *πλησίον τοῦ ὄρους Γαΐου Καίσαρος*] Prope montem C. Caesaris; id est juxta eam montis partem, ubi J. Caesar

Digitized by Google

Balneum publicum, Gladiatorium, Theatrum, aliaque Antiochensibus olim extruxerat; de quibus Auctor supra lib. 9.

Pag. 244. 9. *καὶ Τρινυμφον εὐπρεπέστατον*] Trinymphum hic vocat, quod postea saepius *νυμφαγωγίαν*, et *νυμφαῖον*, nuptiis quibuscunque celebrandis destinatum aedificium, ut ipse vult: Cedrenus tamen pauperibus solum virginibus, quaeque domibus propriis carebant, eorum tribuit usum, in Leone Magno: *καὶ τὸ νυμφαῖον, τὸ τοῦδε τοῦ οἴκου κείμενον ἀντικρὺ, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγένοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους.*

Pag. 245. 11. *οἴκους ἐτίτλωσεν*] id est, Regio Fisco addixit, Titulorum tabellis, quas *σανίδας* vocat Agathias lib. 5. eisdem pro more affixis. Hoc vero privato nemini licitum, uti ex Justiniani Novella XXVIII. videre est: *Τὸ δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦ Πόντου πλημμελούμενον φυλάξει, τὸ μηδενὶ δοῦναι παῤῥησίαν ἢ τίτλους ἐπιτιθέναι χωρίοις, ἢ οἰκήμασιν ἀλλοτρίοις· μόνον γὰρ ἴδιον τοῦτο τοῦ τε δημοσίου, τῶν τε βασιλικῶν οἴκων ἐστὶ, τῶν τε ἡμετέρων, τῶν τε τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης. Εἰ δὲ εἰς ἑτέρου τινὸς εὕροι προσηγορίας σανίδας ἀνατεθείσας, αὐτὰς εὐθὺς καθαιρήσει, ἀνιχνεύσει δὲ τὸν ταύτας καταπήξαντα.*

Pag. 245. 14. *πορθοῦντα τὴν πόλιν*] Scr. *πορθοῦντι*. Unde vero Historiolam hanc petierit Auctor non habeo dicere.

Pag. 245. 19. *ἐκόντευσεν ἔξω τῆς πόλεως*] *Κόντος* et *κοντάριον*, Contus: inde *κοντεύειν*, Conto affigere.

Pag. 246. 4. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κασίου καὶ Σόλωνος*] Coss. hi nusquam apparent.

Pag. 246. 5. *ἐβασίλευσε δὲ ὁ αὐτὸς Κλαύδιος Καῖσαρ ἔτη ιδ', καὶ μῆνας θ'.*] Claudium annos XIII. et menses IX. imperasse ait, a vero non procul: Nono enim Kalendas Februarii, id est, Januarii XXIV. Caligula occiso, Claudius imperare coepit; qui etiam XIV. imperii anno, III. idus Octobris, sive mense supra annum XIII. Octavo, diem suum obiit: teste Suetonio.

Pag. 246. 8. *Ἔκτισε δὲ καὶ Βρεττανίαν πόλιν*] Ubinam tandem terrarum? Britanniam quidem nostram, nulli post Jul. Caesarem tentatam, Claudium Imp. armis suis petiisse, deque ea deinceps triumphum egisse maximum legimus: de Bretannia vero urbe maritima, ab eodem extructa, nihil omnino accepimus.

Pag. 246. 18. *ἦν παρεῖχον ὑπὲρ καπνοῦ*] Tributum hoc *καπνικὸν* aliis dicitur, quod pro numero fumariorum pendebatur. Quo tempore vero primum populo impositum fuit haud temere dixero: longe tamen post Claudium institutum fuisse, non est dubitandum. Tributi hujus inventum pessimum Nicephoro Logothetae tribuit Zonaras, Tom. 3. *Τούτου καὶ ἡ τοῦ καπνικοῦ ἐπίθεσις, ἐννόημα κάκιστον, ἐπαχθέντος τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ πτωχείων γηροκομείων τε, καὶ μοναστηρίων παροίκοις, καὶ παντὶ μήτε γῆν ἔχοντι, μήτε τέλος.* Imperatore tamen hoc antiquius esse inde manifestum est, eo quod ab Auctore nostro memoratur,

Digitized by Google

quem Nicephorum hunc 200. ad minimum annis praecessisse, nos alibi probaturos non dubitamus.

Pag. 247. 3. *προσομιλήσαντος αὐτοῖς*] *Ομιλία* hoc loco accipio, eodem sensu quo Scriptores Ecclesiastici, pro concione, sive oratione in coetu fidelium habita. Caeterum Christianos dictos fuisse ante Claudium Imp. dum S. Petrus adhuc Antiochiae versaretur, ex Actor 11. manifesto apparet.

Pag. 247. 9. *ὀνόματι Φῆστος*] Festus in Judaeam Procurator missus est, non a Claudio, sed a Nerone, Imperii sui anno II. vide Josephum, lib. 20. cap. 7.

Pag. 247. 17. *μεθιστάμεθα ἐντεῦθεν*] forte, *μεθιστώμεθα.* verba apud Josephum, de bel. Jud. l. 7. sunt ista. *METABAINΩMEN ENTETΘEN.* Corrigendus interim *ἱστοριῶν συναγωγῆς* Scaligerianae Auctor, qui ipso Dominicae Passionis die prodigium hoc accidisse asserit: deque hoc Josephum appellat testem; qui tamen Pentecostes festo accidisse hoc clare testatur. Suspicor etiam mendosum esse numerum annorum post Ascensionem Domini, a nostro positum, quo hoc accidisse scribit. Licet enim annum ipsum Josephus non ponit expresse, manifestum tamen est non longo temporis spatio templi devastationem hoc antecessisse. Hierosolyma autem capta est anno II. Vespasiani Imp. anno scilicet XXXIX. post Ascensionem Domini, uti Eusebius Auctor est. Scaliger hoc accidisse vult anno Christi LXV, sexennio scilicet ante Jerosolymas captas, triginta duobus vero annis post Domini Ascensionem. Scalig. in Euseb. Chron. p. 171.

Pag. 248. 8. *ἀπὸ τῶν Πισέων*] Scr. *Πισαίων*· secundum Stephanum tamen scriberetur, *Πισαιέων*: a *Πίσα* enim gentile facit, *Πισάτης*, et *Πισαιεύς*.

Pag. 249. 3. *οἱ αὐτοὶ πολιτευόμενοι*] *πολιτευόμενοι* licet *Magistratus* generatim significet, hoc loco tamen per *Gymnasiarchas* reddimus, Magistratus nempe eos dicentes, quibus Ludos hosce curare committebatur.

Pag. 249. 21. *ὡς ἐὰν αὐτοῖς ἔδοξε*] *ὡς ἐὰν*, pro *ὡς ἄν*.

Pag. 250. 4. *ἡ ἔκθεσις τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου*] Septimius, qui vitam Dictys Cretensis scripsit, hos belli Trojani annales XIII. Neronis anno repertos asserit.

Pag. 250. 12. *ἀῤῥωστήσας ἡμέρας δύο*] Veneno extinctus est Claudius, teste Suetonio; Tit. 44. *Et veneno quidem occisum convenit: ubi autem, et per quem dato discrepat.* Diem vero supremum obiit, LXIV. aetatis anno, eodem referente.

Pag. 250. 13. *Νέρων, ὁ υἱὸς αὐτοῦ*] Nero filius fuit Domitii et Agrippinae Germanici, Claudii fratris, filiae: quem Claudius, matre ejus Agrippina in uxorem accepta, filium adoptione designavit.

Pag. 250. 14. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σιλουανοῦ καὶ Αντωνίνου*]

Digitized by Google

Silanum et Antoninum Coss. invenio apud Eusebium; sed biennio ante Neronem Imperatorem: nempe ad an. VII. Claudii Imp.

Pag. 250. 17. *ὁλοπόλιος*] Nero sufflavo erat capillo, teste Suetonio: anno enim aetatis suae secundo et tricesimo mortuus est. Quis vero *δασυπώγωνα* eum fuisse crediderit, cum nondum moris erat barbam alere? Hadrianus enim Imp. Romanorum primus barbam aluit, uti Dio testatur. in Traiano: *Ἀδριανὸς γὰρ πρῶτος γενειᾶν κατέδειξε.* Neque hoc ornatus causa; sed ut faciem maculosam dissimularet; referente Ael. Spartiano, in Adriano: *Statura fuit procerus* etc. *promissa barba, ut vulnera, quae in facie naturalia erant, tegeret.* verum Characterem Neronis hic profert auctor a Suetonii penitus diversum; nisi quod *ἀνθηροπρόσωπον* eum facit, uti et Suetonius, Tit. 51. vultu pulchro magis quam venusto.

Pag. 250. 18. *ἀγνοήσας ὅτι ἐσταυρώθη*] ineptiae: quomodo enim Christum neci traditum ignorare potuerit, cum jam olim Pilatus ad Tiberium, Tiberius vero ad Senatum de Christianorum dogmate, nimirum ut inter caetera sacra reciperetur, retulissent? ut testatur Eusebius, *χρον. καν. Πιλάτου Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀναγαγόντος, καὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, Τιβέριος πρὸς τὴν σύγκλητον ἐκοινολογήσατο περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.*

Pag. 251. 7. *ἀνήγαγε δι' Ἀξιμον*] Ita habuit Cod. MS. forte legendum, *διὰ Μαξίμου*, uti supra. Verum hae nugae sunt: Pilatus enim, Caligula adhuc imperante, sibi mortem consciverat. Helvic. ex Josepho: quem vide.

Pag. 252. 2. *ὁ ἀπὸ φιλοσόφων*] *Qui Philosophus fuerat:* eodem modo dicitur, *ὁ ἀπὸ ὑπάτων*, apud recentiores, de viro Consulari; et *ὁ ἀπὸ νοταρίων*, infra apud nostrum, lib. 18. eodem etiam libro de Eulalio quodam, qui ex divite pauper factus fuerat, auctor verba habens, eum *ἀπὸ εὐπόρων* vocat. Simili etiam locutionis genere apud Cedrenum Didymus caecus, *ὁ ἀπὸ ὀμματων*, dictus est in Constantio et Constante Impp. *Τούτῳ τῷ ἔτει Δίδυμός τις, ἐλλόγιμος ἀνὴρ, ἀπὸ ὀμμάτων, ἐγνωρίζετο.*

Pag. 252. 8. *ἀνήρχετο ἐν τῇ Ῥώμῃ*] Sub Claudio imp. Romam venisse Petrum asserunt Eusebius et Zonaras.

Pag. 252. 10. *Εὔοδον τὸν ἐπίσκοπον*] Ita etiam supra eum vocavit: scribendum tamen, *Εὐόδιον:* uti ex Eusebio, et Nicephoro Patriarcha apparet.

Pag. 253. 14. *καὶ ποιῆσαι αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν*] *ἀπόκρισις*, ut plurimum, *Responsum*, hoc tamen loco *nuncium* significat; uti et alibi etiam apud nostrum: hinc *ἀποκρισιάριος*, apud recentiores, pro Legato. Ecclesiae primum hi, postea vero etiam privatorum, ministri sic dicti, quibus negotiorum quorumcunque tractandorum cura commissa fuit.

Pag. 254. 18. *καρηκομῶν ἐστὶ*] Scr. *καρηκομάων.*

Digitized by Google

Pag. 255. 10. *ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων*] Acta Apostolorum dicit ea, quae sub Clementis nomine prodeunt.

Pag. 255. 13. *ὅτι εἶπεν, ὅτι Χριστὸς ὁ Θεός σου ἀνειλήφθη*] Lego, *ἔφης, ὅτι Χριστὸς* etc. uti habet Cedrenus.

Pag. 256. 12. *σταυρωθεὶς κατακέφαλα*] id est, *capite deorsum verso: κατακέφαλα* hoc idem est, ac *κατὰ τῆς κεφαλῆς*. Lucian. *κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπῆλθε*, praeceps abiit. Hujusmodi vero compositionibus gaudet Auctor noster. Ita supra, Dictys de belli Trojani historia, in tumulo ejus reperta, verba faciens, *Ἔκειτο δὲ προσκέφαλα τοῦ λειψάνου τοῦ Αἰκτυος*, inquit: ubi *προσκέφαλα* poni videtur, pro *προσκεφάλαιον, Cervical*, seu *pulvinar*; quod forte officium cadaveri praestitit volumen hoc.

Pag. 256. 15. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀπρωνιανοῦ καὶ Καπίτωνος*] Apronianum Cos. sub Nerone non invenio: apud Eusebium quidem ad an. Neronis XIII. Capitonem et Rufum Coss. habemus: verum Persecutionem Christianorum idem rejicit in annum sequentem, id est, Neronis ultimum. Jos. Scaliger ante quinquennium accidisse contendit; nempe ad Neronis annum IX. Memmio et Virginio Coss. quem vide, ad numerum Eusebianum MMLXXXIV.

Pag. 256. 17. *ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκεφαλισθῆναι*] Ita etiam Chr. Alex. p. 580. Glycas etiam, Annal. par. 3. qui tamen Pilatum non a Nerone, sed a Tiberio Imp. capitis damnatum vult. Cedrenus, et Zonaras, et ante eos Eusebius, (qui etiam se hoc ex Romanorum Historicis accepisse asserit,) eum multis circumseptum calamitatibus manus sibi intulisse, testantur; idque sub C. Caligula Imp.

Pag. 257. 2. *τῇ πρὸ γ΄ καλανδῶν Ἰουλίων*] Eodem nempe ipso die, quo D. Petrus cruci affixus est: quae constans ubique est Traditio. Quidam vero Petrum et Paulum eodem die, et anno, Martyrio coronatos ajunt; ex quibus etiam est Eusebius, qui Dionysium, Corinthiorum Episcopum, hujus rei testem appellat. Euseb. Ecclesiast. Hist. lib. 2. cap. 24. Alii tamen eodem quidem hoc die, anno vero diverso, factum volunt: e quorum numero Auctor noster esse videtur; ubi diversos etiam profert Coss. Neronem et Lentulum, qui Consulatum scilicet una gesserunt Neronis Imp. an. 7. secundum Helvicum.

Pag. 257. 13. *διότι ἀπεκεφάλισε τὸν Πιλάτον* etc.] Ridicula haec omnia: Judaeis rebellionis ansam praebuit Cestii sive Gessii Flori, Judaeae Praefecti, avaritia. vide Joseph. Antiquit. Judaic. lib. 20. et Cor. Tacitum, Hist. 5.

Pag. 257. 19. *χώραν ἄλην ἐν τῇ Πόντῳ*] Forte legendum *ἄλλην*. Duae Provinciae a Nerone Imperio Romano adjectae memorantur ab Eutropio, et Suetonio; Pontus, et Alpes Cottiae: prior, concedente rege Polemone; non a Polemone nescio quo Neronis Duci subjugata, Tit 18. *Augendi, propagandique Im-*

Digitized by Google

perii, neque voluntate ulla, neque spe motus unquam, etc. Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciae formam redegit. χώραν vero ἄλλην forsan vocat, respectu habito ad Judaeam, quae etiam a Vespasiano, in illam a Nerone misso, tandem penitus subacta est.

Pag. 257. 20. *Πόντον Πολεμονιακὸν*] Scr. *Πολεμωνιακόν.* Stephanus, in *Πόντος, ἔστι καὶ Πόντος Πολεμωνιακὸς ἐπαρχία.*

Pag. 257. 21. *ἔχαιρε τῷ Βενέτῳ μέρει*] Contrarium ex Suetonio colligi posse videtur, Tit. 22.

Pag. 258. 2. *τῶν ἱερέων τῶν Ἑλλήνων κατασκευασάντων αὐτῷ*] Imo nihil minus: vide Suetonium.

Pag. 258. 7. *ὧν ἐνιαυτῶν ξθ'.*] Ita etiam Chr. Alex. verum numerus in utroque mendosus: Anno enim aetatis suae XXXII. e vivis excessit Nero, teste Suetonio.

Pag. 258. 10. *γρυπόρυγχος*] vocabulum novum! forte auctor scripserit, *γρυπώνυχος;* itaque reddidi, *ungues habens aduncos:* si quis tamen *γρυπόῤῥινος* legere malit, Suetonium sibi habebit astipulantem, qui eum *adunco naso fuisse* scribit. Alias etiam idem eum *acrem, vehementem, et in coercendis delictis vel immodicum,* fuisse idem perhibet: atque ob hoc forsan noster eum *μανικὸν* vocat.

Pag. 258. 11. *ταφῇ παρεδόθησαν τὰ σώματα* etc.] Hoc a Vespasiano Imp. factum vult Chr. Alex. auctor.

Pag. 258. 14. *ἰδίῳ θανάτῳ ἐξαίφνης φλεβοτομηθεὶς*] Praeciso scilicet a militibus jugulo: audi Suetonium in Galba Tit. 20. *Plures autem prodiderunt, obtulisse ultro jugulum, et ut hoc agerent, ac ferirent, quando ita videretur, hortatum.*

Ibid. ὧν ἐνιαυτῶν μθ'.] numerus mendosus: Galba periit tertio et septuagesimo anno: teste Suetonio.

Pag. 258. 20. *ἀνιὼν ἐπὶ Ῥώμην.*] Locus iste, quem Chr. Alex. auctor ex nostro descripsit, vitiosa interpunctione in Latinis laborat: interpres enim verba haec, *ἀνιὼν ἐπὶ Ῥώμην,* quae ad Petrum referenda sunt, Jacobum respicere facit; male, penitusque contra mentem auctoris. Jacobus vero iste, lapidibus a Judaeis obrutus, interiit, anno Neronis septimo; septem scilicet annis ante Othonem Imp. vid. Euseb. Joseph.

Pag. 259. 3. *ἐτῶν νγ', ἀῤῥωστήσας*] Otho XXXVIII. aetatis anno, et XCV. Imperii die, mortem sibi conscivit: vide Suetonium.

Pag. 259. 4. *Βιτέλλιος Αὔγουστος ἔτη θ'. καὶ μῆνας η'.*] Imo VIII. tantum mensibus imperium tenuit: *τὰ ἔτη θ',* igitur auctori nostro reponimus.

Pag. 259. 13. *ἐφόνευσαν Κυρηναῖον*] Quis Cyrenaeus iste? Si Cyrenium, sive Quirinium illum intelligit, qui ad Descriptionem faciendam in Judaeam ab Augusto missus est, toto coelo errat: namque post hujus Romam reditum, ante belli Judaici ini-

Digitized by Google

tium, multi missi sunt Praefecti, usque ad Gessium Florum; cujus oppressionibus, Judaei tandem irritati, arma in Romanos sumpserunt; uti supra monuimus.

Pag. 259. 16. *πέμψας στρατηγὸν ἑαυτοῦ Οὐεσπασιανὸν*] Vespasianus, non a Vitellio, sed Nerone, in Judaeos missus est.

Pag. 259. 19. *νόσῳ βληθεὶς, ὧν ἐνιαυτῶν μή'.*] Vitellius, religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus est; tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, et inde unco tractus in Tiberim; aetatis anno LVII. vide Sueton. in Vitel.

Pag. 259. 21. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ρούφου καὶ Καπιτιανοῦ*] Rufum et Capitonem habemus Coss. apud Eusebium, sed ad annum Neronis XIII. qui ad an. Vespasiani I. Galbam Aug. II. et Vinium ponit; uti et Fasti Capitolini. Chr. Alex. hoc anno habet Galbam et Titum Rufinum Coss.

Pag. 260. 4. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Δεκίου καὶ Ρουστικίου*] Consules hi nusquam apparent: Persecutionem autem secundam Domitiani Imp. an. XIII. factam esse tradunt alii.

Pag. 260. 7. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κομμόδου καὶ Ρούου*] Scr. *Ρούφου:* Commodum enim, et Rufum Consules invenio apud Cassiodorum; sed ad Vespasiani annum VI. quadriennio scilicet post captas Hierosolymas. Anno enim Vespasiani II. capta est haec urbs; quo anno Eusebius ponit Vespasianum Aug. II. et Titum Coss. Chron. Alex. Vespasianum solum.

Pag. 260. 10. *ξίφεσιν αὐτοὺς κατακόψας*] Ita etiam Chr. Alex. Verba Josephi apud Eusebium Chr. lib. 1. haec sunt. *φησὶ δὲ Ἰώσηππος, λιμῷ καὶ μαχαίρᾳ ρ' μυριάδας ἀπολέσθαι, καὶ ἄλλας τρεῖς μυριάδας διαπεπρᾶσθαι αἰχμαλώτων. λιμῷ* itaque apud nostrum desideratur: deinde cum noster *ιε' μυριάδας αἰχμαλώτων*, Captivorum CL. Millia, habet, Josephus XXX. tantum Millia numerat.

Pag. 260. 18. *μετὰ ταύτης πορθηθείσης*] post *ταύτης*, subaudi *πορθήσεως*, aut aliquid tale, quod cum vocabulo *ταύτης* conveniat. Devastationes enim tres, quas auctor memorat, sunt, I. sub Nabuchodonosore. II. sub Antiocho Epiphane, temporibus Maccabaeorum. III. vero atque ultima haec, sub Vespasiano, et Tito ejus F.

Pag. 261. 9. *Ἐξ πραίδα Ιουδαία*] Haec ipsa Latina Inscriptio fuisse videtur, Romanis Characteribus sic se habens: EX PRAEDA JUDAEA: quod apud Chr. Alex. Ita Graece dicitur: *Ἐκ τῆς πραίδης τῶν Ιουδαίων.*

Pag. 262. 1. *Εὐρώπην δὲ ἀπὸ Θράκης ἐμέρισε*] Idem ex veteribus asserit Eustathius, in Dionys. Perieg. *Οἱ δὲ παλαιοὶ φασιν, ὅτι Οὐεσπασιανὸς ἐχώρισε τὴν Θράκην ἀπ' αὐτῆς*, nempe ab Europa: quae generali sensu accepta, omnes ab Hellesponto

Digitized by Google

provincias occidentales continet. Idem: *κἀκεῖνο δὲ γνωστέον, ὅτι Εὐρώπη μὲν πάντα τὰ κατὰ δύσιν, ἀρξαμένοις ἀπὸ Ἑλλησπόντου.* Est et pars etiam quaedam Europae generalis, totius nomine appellata, eodem Eustathio teste: *Σημειωτέον δὲ, ὅτι καὶ μέρος τί τῆς Λιβύης τῆς χώρας ἐστὶν ἰδίως οὕτω καλούμενον Λιβύη.* etc. deinde: *τοιοῦτον δέ τι καὶ περὶ τῆς Ἀσίας ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· ἐπὶ μέντοι τῆς Εὐρώπης ἔμπαλιν γέγονεν· ἐκείνης γὰρ μέρος τὶ ἐξηρέθη, τοῦ λέγεσθαι Εὐρώπην.* Quaenam vero sit pars haec, non docet: probabile tamen est, sicut Africa minor, ea Africae pars quae Hispaniae obversa est; et Asia minor, ea Asiae pars, quae Europae ex opposio sita est, peculiari nomine dicta sunt; Graeciam etiam, Macedoniam, Thraciamque, ex adverso Asiae jacentes, Europam peculiariter dictas fuisse. Atque hoc confirmare videtur Auctor noster, in superioribus, de Augusto post bellum Actiacum Byzantium petente, his verbis. *Ὁ δὲ Αὔγουστος Ὀκταβιανὸς παρελθὼν τὴν Εὐρώπην πᾶσαν, ἐπέρασεν ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ἐπὶ τὴν Χαλκηδόνα* etc. Vid. Scalig. in Euseb. Chr. p. 183.

Pag. 262. 2. *τὴν πρώην λεγομένην Πειρινθον*] Scr. *Πέρινθον.* Eustathius in Dionys. Perieget. *οἱ δὲ μέρος τι αὐτῆς τὸ ἐντὸς Περίνθου, ἤτοι Ἡρακλείας, τῷ Ἑλλησπόντῳ ἀπένειμαν.*

Pag. 262. 5. *πάραιτος γενόμενος*] Quid hoc *πάραιτος* sit? Zonaras habet *πυρετοῖς*; *Οὐεσπασιανὸς δὲ νοσήσας πυρετοῖς μετήλλαξεν.* Verum febri eum extinctum non fuisse, testem habemus Suetonium; qui ex nimia alvi solutione eum interiisse dicit. Chr. Alex. auctor ipsissima nostri verba habet, sed corrupta, et pro *πάραιτος* legit *παρευθύς.* *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ νόσῳ κλιθεὶς* [Scr. *βληθεὶς*] *ὁ Οὐεσπασιανὸς ὁ βασιλεύς, παρευθὺς τελευτᾷ.* Suspicor itaque Auctorem nostrum scripsisse, *πάρετος;* ex quo nutans Librarius, *τοῦ ε*, in *αι*, mutatione frequentissima, *πάραιτος* fecit. *πάρετος* autem reddo, *membrorum vi soluta.* Suetonius, *Alvo repente usque ad defectionem soluta, Imperatorem ait stantem mori oportere, dumque consurgit; ac nititur, inter manus sublevantium extinctus est.* Lectionem vero hanc confirmat Constantinus Manasses, in Vespasiano, ubi haec habet:

Παρέτου γινομένου δὲ τοῦ κράτορος ἐκ γήρους,
Καὶ νόσῳ καταλύσαντος τὸν βίον, καὶ τὸ κράτος,
Ἐτεσι βασιλεύσαντος οὐ πλείω τῶν ἐννέα,
Τῖτος παρῆλθεν εἰς αὐτό, etc.

Pag. 262. 5. *ὧν ἐνιαυτῶν οα΄.*] Sueton. Extinctus est XIII. Kalend. Julii *annum gerens aetatis sexagesimum ac nonum, superque mensem ac diem septimum.*

Pag. 262. 8. *ἁπλόθριξ, σπανὸς,*] *σπανὸς* ad crinem referendum existimo, et *τὸ γένειον*, aut quid tale subaudiendum: *σπανὸς τὸ γένειον* supra habuit, de Hippolyto.

Pag. 262. 11. *θειότατος Δομετιανὸς*] Quidni? seipsum

Digitized by Google

enim ἀπεθέωσε. Cum enim omni flagitiorum genere pollutisset, ἑαυτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε, inquit Cedrenus; *Deum se ipsum postremo appellari jussit.*

Pag. 262. 13. φιλόσοφος ἄκρος] Imo μνιοθήρας solertissimus. Bibliothecas tamen impensissime reparandas curavit, licet libros neglexit. Vide Suetonium in Domitiano, Tit. 20.

Pag. 262. 16. καὶ ἐξαίτασεν αὐτὸν] Joannem Apostolum sub Domitiano Patmum insulam relegatum scribit Irenaeus, apud Eusebium; Romam vero accersitum fuisse nullibi invenio.

Pag. 262. 22. ἐφίλει τὸν ὀρχηστὴν] uxori quidem ejus Domitiae percharus fuisse perhibetur Paris iste Histrio: hoc itaque occiso, eam repudiavit Domitianus teste Dione, et Zonara. Noster tamen de Paride a Domitiano muneribus aucto, et ad Antiochiam incolendam ab eodem misso, ubi tandem mortuus et sepultus est, suavissimam statim profert narratiunculam. Paridem tamen istum Pantomimum, et Palatio, et urbi universae olim gratissimum, Romae sepultum jacere, testem habemus locupletem Martialem; in hoc in eundem Epigrammate.

Quisquis Flaminiam teris viator,
Noli nobile praeterire Marmor.
Urbis deliciae, Salesque Nili,
Ars, et gratia, lusus, et voluptas,
Romani decus, et dolor Theatri:
Atque omnes veneres, Cupidinesque,
Hoc sunt condita, quo Paris, sepulchro.

Pag. 263. 3. ὅστις βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν αὐτὸν Ἰουβενάλιον] Ipsissima haec habes apud Suidam, de Juvenale, in Pentapolim Libyae, vel ut alii, in Oasim Aegypti, ob Paridem, relegato. Unde eum, *Histrionis Exulem*, vocat Sidonius Apollinar. Carm. 9.

Nec qui consimili deinde casu,
Ad vulgi tenuem strepentis auram,
Irati fuit Histrionis Exul.

Pag. 263. 15. ἦν κεκτισμένον] Scr. ἐκτισμένον.

Pag. 263. 20. παντοχοῦ ποιῶν τελέσματα] Locum hunc ex nostro descripsit Chr. Alex. auctor; cujus interpres τελέσματα reddit *Vectigalia*; ridicule. De Apollonio vero hoc Telesta plurima etiam habes apud Jo. Tzetzem, Centur. 2. Hist. 60. De Telesmatum vero conficiendorum modo, eorumque viribus, vide doctissimi Jac. Gaffarelli *Curiositates Inauditas*, ab ipso Gallice scriptas.

Pag. 263. 21. εἰς Βυζάντιον] Chr. Alex. legit disjunctim, *Βυζοῦ πόλιν:* Cedrenus etiam urbem hanc a Byzo rege conditam vult; male: Byzantem enim, non Byzum, habuit conditorem.

Pag. 264. 4. καὶ τὸ τῶν ἵππων] *Ferocientes*, hoc loco supplevimus, ex Glyca, et Cedreno. Glycas Annal. par. 3. de Apollonio Telesta: *Et equos indomitos fraenis coercuit.* Cedre-

Digitized by Google

nus de eodem: καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν χαλινώσας, ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν ἀρχόντων.

Pag. 264. 23. στηθάριν μολιβοῦν, ἔχοντα λεμὶν τοῦ Ἄρεως] Mendose haec omnia; quae ita restituenda videntur. στηθάριον μολυβοῦν, ἔχων λεμίον τοῦ Ἄρεως. Λεμὸς enim, idem quod λαιμὸς, apud Hesychium: Λεμὸς, λάρυξ, φάρυγξ, et supra; λαιμὸς ὁ φάρυγξ, ὁ τράχηλος, ὁ λάρυγξ, ὁ βρόγχος. λεμίον vero diminutivum, a λεμὸς: unde corrupta scriptione: λεμὶν: ut a στηθάριον, στηθαριν. λεμὸς vero, licet *Guttur* proprie significet, pro *Stomacho* tamen ab Homero usurpatum tradit Jul. Pollux, lib. 2. cap. 4. Ὁμηρος μέντοι τὸν στόμαχον, καὶ λαιμὸν, καὶ λαυκανίαν καλεῖ. Hoc vero in loco *vultum*, seu *Effigiem*, sonare videtur.

Pag. 265. 2. παραμήριν ἀπὸ καλαμίου κρεμμάμενον] Scr. iterum, κρεμώμενον, a κρέμαμαι. παραμήριν vero, pro παραμήριον: quo vocabulo Graeci recentiores, Gladiolum designant; eo quod a femore pendeat.

Pag. 266. 5. πυρὶ καύσαι ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ἀρέντησι.] Locus iste pessime a Librario habitus est. Forte legendum, πυρὶ καύσεται ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ὁρόντης. Cedrenus legit: κλαύσεται δέ σε καὶ ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ὀρόντης.

Pag. 266. 13. ἥντινα ἐκάλεσε Δομετιανούπολιν] Corrigendus itaque Stephanus de Urbibus, qui Δομετιούπολιν habet: Δομετιούπολις, Ἰσαυρίας πόλις. Δομετιούπολις enim a Domitio, Δομιτιανούπολις vero a Domitiano nomen suum necessario accepit.

Pag. 266. 16. ὡς εἰσῆλθεν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς θυσιάσαι,] Fabulosa haec omnia; in cubiculo enim suo a Stephano Domitillae procuratore, aliisque conjuratis, occisus est: vide Suetonium.

Pag. 267. 6. τῶν ὄντων ἐν τῷ ἱερῷ κανδήλων] Chr. Alex. legit: τῶν οὐσῶν ἐν τῷ ἱερῷ κανδήλων. Si tamen κανδήλα hic, foeminino genere, pro *Candela* ponitur, κανδηλῶν genitivo plurali scriberetur. Forte itaque vel neutrum est, vel masculinum; idemque signat Graecis recentioribus κανδηλάβριον, *Candelabrum*. Exempla tamen hujusmodi haud temere occurrunt. κανδίλων, etiam infra habemus, lib. 12. in Commodo Imp. pro *Candelis* positum: λόγῳ λαμπάδων, καὶ κανδίλων, etc.

Pag. 267. 7. εἰσιόντες εἰς τὸ ἱερὸν ἡπατοῦντο] Scr. ἡπατῶντο.

Pag. 267. 17. παρασχὼν αὐτῷ ὀκτὼ κεντηνάρια] Modus iste per Centenaria numerandi ubique apud Graecos recentiores occurrit; quantum vero Centenarium sit, in incerto relinquit Suidas: Κεντηνάριον, νομισμάτων ποσότης. Procopius de bel. Pers. l. 1. Centenarium, Centum libras continere ait: ἔλκει λίτρας τὸ κεντηνάριον ἑκατόν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται. κεντὼν

Digitized by Google

γὰρ τὰ ἑκατὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Et a *Centum* quidem, vocabulo Romano, nomen traxisse manifestum est: centum tamen Pondo praecise non valuisse, ex Glyca apparet, Annal. p. 2. pag. 256. Ubi de Aethiopum regina Salomoni munera offerente verba faciens, haec habet. *Simul ei largita* CXX. *auri talenta cum aromatibus etc. ad suos est reversa. Talentum vero libras* CXXV. *continet. De quo colligi potest, eum a regina Centenarios auri nostros centum accepisse.* Si ergo CXX. talentis aequipollent C. Centenarii; talentum vero CXXV. libras continet; exhinc apparet Centenarium libras CL. continere, adeoque Centenarium Procopianum semisse superare. Anne igitur Centenarius duplex? Minor, de quo Procopius, qui centum libras continet: et Major ille, a Glyca positus, qui Minoris sesquialter est, librasque habet CL, secundum itaque hunc computum, Imperator in urbis hujus instaurationem, si de Minore Centenario, eoque aureo, (aliter enim pecuniarum summa condendae urbi longe impar videbitur:) intelligatur, Monetae nostrae Anglicanae, quam *Sterling* vulgo dicimus, 33600. libras; si secundum Glycae vero Centenarium numeremus, 50400. libras, largitus est: posito scilicet, argenti unciam v. Solidos valere; aurum vero ita se habere ad argentum, sicut L. ad XIV. qualis hodie est monetae nostrae valor.

Pag. 268. 2. *καὶ μετεκάλεσεν αὐτὴν*] Scr. *μετεκάλεσαν*, ut ad Cives referatur, et cum *ἐπιστρέψαντες* congruat.

Pag. 268. 4. *Ἀνάζαρβον*] Anazarban vocat Stephanus, qui ab Azarba conditore eam sic dictam innuit. Stephanus de urb, *Ἀναζαρβὰ, πόλις Κιλικίας κέκληται ἀπὸ τοῦ προκειμένου, ἢ ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ πτίσαντος.*

Pag. 268. 17. *καὶ ἐπενοήθησαν ἀντ' αὐτῶν, τῶν κυνηγίων ἡ θέα.*] Ludis quidem Gladiatoriis interdixit Nerva: Cynegetica tamen absurde in eorum locum substituisse dicitur Nerva; spectacula jam olim populo exhiberi solita.

Pag. 269. 6. *ἀφανῆ ἑαυτὸν ποιήσας*] Opinionem hanc irridet Cedrenus, pag. 248. Edition. Paris. quem vides.

Pag. 270. 8. *Ἀρσάκην, ὅ ἐστι βασιλέα*] Hesychius. *Ἀρσακες, οἱ βασιλεῖς Περσῶν.* Inde est quod habemus infra, in Juliano Imp. *Σαββουραρσάκης*, quod disjunctim scriberetur, *Σάπωρ Ἀρσάκης*, Sapor Rex. Pro *Περσῶν* tamen, apud Hesychium, suspicor legendum *Πάρθων:* Parthici enim reges, *Arsacidae* dicti sunt. Procop. de bel. Pers. l. 2. *εἰσὶ μὲν ἡμῶν πολλοὶ Ἀρσακίδαι, ὦ δέσποτα, ἐκείνου Ἀρσάκου ἀπόγονοι· ὃς δὴ οὔτε τῆς Πάρθων βασιλείας ἀλλότριος ἐτύγχανεν ὤν, ἡνίκα ὑπὸ Πάρθοις ἦκειτο τὰ Περσῶν πράγματα.* Persis vero Rex, *Torkîm*, sonat; ut ex nostro discimus.

Pag. 270. 14. *τὸν Παραθεμασπάτην*] Dio *Παρθαμασίριν*

Digitized by Google

eum primo, deinde *Παρθαμασπάτην* vocat; uti et noster etiam infra.

Pag. 270. 16. *τῷ ιβ' ἔτει τῆς βασιλείας*] Hieronymus apud Eusebium, bella haec Orientalia a Trajano gesta, ad annum ejusdem v. refert.

Pag. 270. 21. *ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ ἐπ' ἀδελφῇ*] Scr. *ἀδελφιδῇ*. Consobrinae. Trajano et sanguine, et affinitate junctus erat Adrianus, teste Ael. Spartiano, in Adrian. *Adriano pater Aelius Adrianus, cognomento Afer, fuit, consobrinus Trajani Imp.* Et paulo post. *Denique suffragante Sura, ad amicitiam Trajani pleniorem rediit, nepte per sororem Trajani uxore accepta.* Eadem fere habes apud Dionem in Adriano: *Ἀδριανὸς δὲ ὑπὸ μὲν Τραϊανοῦ οὐκ ἐσεποιήθη· ἦν μὲν γὰρ πολίτης αὐτοῦ, καὶ ἐπετροπεύθη ὑπ' αὐτοῦ, γένους Θ' οἱ ἐκοινώνει καὶ ἀδελφιδῆν αὐτοῦ ἐγεγαμήκει.*

Pag. 270. 22. *εἰς δρόμον*] Omnino legendum, *εἰς δρόμωνα*. ut ex sequentibus apparet. Cursum autem publicum et Equis, vehiculisque, et Navigiis etiam stetisse, apparet ex Sidonio Apollin. Epistol. lib. 1. Ep. 5. *Tricini Cursoriam (sic navigio nomen) ascendi; qua in Eridanum brevi delatus:* etc. Ubi Sidonius *Cursoriam*, (subaudi navem,) quam Graeci *δρόμωνα* vocant. Harum vero Remiges *δρομωνάριοι*, Latinis etiam Dromonarii dicti: quibus Theodorici scripta Epistola extat, apud Cassiodorum, Variar. lib. 2. ex qua paucula haec, ad propositum nostrum spectantia, proferre non gravabor. *Et ideo Comiti Sacrarum Largitionum nostra praecepit auctoritas, ut in hostiliensi loco constitui debeatis; quatenus fiscali humanitate recreati, excursus cum veredariis per alveum Padi more solito faciatis, ut diviso labore, equis publicis debeat subveniri:* etc. Hujusmodi autem navigio, relicta post se classe reliqua, celeritatis causa hic usum fuisse Trajanum, innuit Auctor.

Pag. 271. 16. *ἀναιρεῖ οὖν ἕκαστος*] Scr. *ἀναιρείτω*, sive *ἀναιρῇ*.

Pag. 271. 23. *Φουρτούνου, καὶ Γάργαρη*] Ex Graecorum formatione nominum, *Γαργάριος*, scribendum esset: sed nec vocalis longa in ultima, accentum in antepenultima hoc loco pati potest.

Pag. 272. 16. *ταυρέας ἐκτυπεῖν*] *ταυρείη*, seu *ταυρέη*, (subaudi, *δορά*) Pellis est Taurina: sumiturque pro quovis ex ea facto scutica, Clypeo, Casside, etc. Hoc vero loco, Tympanum quod ex pelle etiam taurina factum, signare videtur: quo etiam sensu habes apud Leonem Imp. Constitut. 7. et Mauricium strategic. lib. 1. vide Nic. Rigaltii, et Jo. Meursii Glossaria in *Ταυρέα*. Non itaque assentiri possum Reinesio, Var. Lect. l. 3. ubi animadvertit in Palladii Hist. Laus. interpretem Gent. Hervetum, eo quod *Ταυρέαν* non *Scuticam*, sed *Taurinam pel-*

Digitized by Google

lem verfit. Palladii verba haec sunt, c. de Nathanaele abbate: *Παραγίνεται ὁ δαίμων ἐν νυκτὶ, ταυρέαν κατέχων ὥσπερ οἱ δῆμοι, σχῆμα ἔχων στρατιώτου ῥαποδυτοῦντος, ψόφους ἐργαζόμενος τῇ ταυρέᾳ.* Quo in loco *ταυρέα* manifeste ponitur pro Tympano, uti apparet ex istis, *σχῆμα ἔχων στρατιώτου:* quid enim Militi cum scuticis et flagellis, Lictoris armis? cui Tympano suo, praesertim terrorem alicui incussuro nihil convenientius. Aeris autem purgandi virtutem pulsatis Tympanis, Campanis, et hujusmodi sonoris inesse, jam olim invaluit opinio. Hujus rei exemplum habemus, apud Menandrum Protector. Excerpt. de Legationib. de Turcis Zemarchum, Justini minoris Legatum, excipientibus, verba habentem: haud multum huc facientibus praemissis, deinde addit: *Επιπαταγοῦντες δὲ κώδωνί τινι, καὶ τυμπάνῳ ὑπέρθεν τοῦ Φόρτου, περιέφερον τὸ φυλλῶδες τοῦ λιβάνου τῇ φλογὶ λακιζόμενον· καὶ ἅμα γινόμενοι μανιώδεις, καὶ ἐμβριμούμενοι, τὰ πονηρὰ ἀπελαύνειν ἐδόκουν. οὕτω γὰρ ἀποτροπαιοί τινες εἶναι, καὶ ἀλεξίκακοι ἐδόκουν.* Vide etiam Pomponatium de Incantat. cap. 12. Hieron. Magium Miscellaneor. lib. 4. cap. 14. et Angel. Roccham de Campanis.

Pag. 272. 19. *διὰ τῆς χρυσέας τῆς λεγομένης*] Subaudi, *πόρτας*; uti infra habet, in Theodosio Jun. Prochronismo autem hic utitur Auctor noster, Portam hanc nomine quod nondum habuit appellans: a Theodosio enim praedicto, auro tandem obducta Porta aerea Daphnetica, Aurea deinceps dicta fuit: uti nos docet auctor noster in Theodosio Min. his verbis. *Ὁ δὲ αὐτὸς Θεοδόσιος ἐχρύσωσε Δαφνητικῆς πόρτας δύο θύρας τὰς χαλκᾶς, καθ' ὁμοιότητα ἧς ἐχρύσωσε πόρτας ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἥτις καλεῖται ἕως ἄρτι, ἡ Χρυσέα πόρτα.*

Pag. 273. 6. *ἐμήνυσεν αὐτὸν ταῦτα.*] *Eum per literas de his monuit*; vel, *literas has ei misit:* quo sensu *μηνύω* apud nostrum frequenter usurpatur. Mallem tamen, *ἐμήνυσεν αὐτῷ.*

Pag. 273. 15. *τῷ ὑμετέρῳ κράτει τροπαιοῦχοι*] forte legendum, *τροπαιούχῳ*, ut referatur ad *κράτει:* licet Principes plurali numero frequentissime compellatos, vel pueri norunt.

Pag. 274. 4. *μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ*] *πλῆθος*, pro exercitu, supra habuimus, in August. Imp. *καὶ κατιὼν μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ, ὑπέταξε τὰς ἄλλας χώρας.*

Pag. 275. 1. *εἰς τὸν Δάνουβιν ποταμὸν*] *Δάνουβιν* pro *Δανούβιον*. Eutropius, lib. 8. in Trajano: *Daciam Decebalo victo subegit, provincia trans Danubium facta, in his agris quos nunc Taiphali tenent, et Victophali, et Theruingi habent. Ea provincia decies centena millia passuum in circuitu tenuit.*

Pag. 275. 5. *ἔτους χρηματίζοντος ϙξδ'.*] Terraemotus iste Antiochensis contigit Trajani Imp. anno XVIII. nempe ad numerum Eusebianum MXXXXI. ut apparet ex Dione, de eis qui hac clade perierunt mentionem faciente, *ὧν εἷς ὁ Πέδων ὁ*

Digitized by Google

ὕπατος ἐγένετο: *ex quorum numero erat Pedo Consul.* M. autem Valerius Messala, et C. Popillius Caro Pedo Coss. fuerunt ad annum Trajani, Imp. penultimum, nempe Fastis Capitolin. XVII. Eusebio vero, et Chr. Alex. auctori XVIII. qui obiter corrigendus: *Πόδωνος* enim habet, pro *Πέδωνος*· Haec cum ita sint, manifestum est haec contigisse ad annum Aerae Antiochenae CLXIII. adeoque anno post Trajani in Antiochiam adventum VI. si modo, uti vult auctor noster, Imperii sui anno XII. Antiochiam venerit Trajanus; et non, ut ipse ait, anno post ejus adventum II. unus itaque anni Metachronismus est. Evagrius etiam falsus est, Hist. Eccles. lib. 2. cap. 12. ubi cladem hanc Antiochensem contigisse asserit, *ἐνάτου καὶ πεντηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἀγούσης τῆς πόλεως ἔτος τῆς αὐτονομίας*· Urbis *αὐτονομίας* anno CLIX, totius quadriennii prochronismo peccans.

Pag. 275. 12. *ἡ Ῥόδος πόλις νῆσος οὖσα τῆς ἑξαπόλεως*] Locus proculdubio mendosus: Rhodus quidem urbs est Iberiae, sive Hispaniae, a Rhodiis condita, teste Eustathio in Dionys. Perieg. ex Strabone: *ὁ δὲ γεωγράφος φησὶ καὶ ὅτι πλεύσαντες οἱ Ῥόδιοι μέχρις Ἰβηρίας ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν Ῥόδον.* Est etiam Rhodopolis, urbs Lazica, de qua Procopius, de bell. Pers. lib. 2. et Goth. l. 4. Verum haec verba, *νῆσος οὖσα*, de Rhodo Insula loqui auctorem, clare docent. In Rhodo vero urbem etiam ejusdem nominis fuisse discimus ex Pomponio Mela de situ Orbis lib. 2. Locus itaque iste auctoris nostri hoc modo fortasse restituendus: *ἔπαθε τότε καὶ ἡ Ῥόδος, πόλις Ῥόδου νήσου οὖσα τῆς ἑξαπόλεως. Eodem tempore passa est etiam Rhodus, urbs Rhodi insulae sex urbibus insignis.* vel forte sic: *ἔπαθε τότε καὶ ἡ Ῥόδος*, sed quare *ἑξάπολιν* vocat Rhodum, cum, ut ex Scylace Caryandensi habemus, in Periplo, *τρίπολις* tantum fuerit? *Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις ἀρχαία πόλις· καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε, Ἰάλυσος, Λίνδος, Κάμειρος*; idem etiam testatur Eustath. in Dionys. loc. citat. Pomponius etiam Mela, l. 2. ubi post enumeratas maris Mediterranei insulas, deinde addit: *in Lycia Rhodos. in illis singulae iisdem nominibus urbes. In Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camiros, Jalysos.* Quae et Rhodus dicta est, teste Plinio Hist. Nat. l. 5. De hoc videant eruditi.

Pag. 275. 21. *νυμφαγωγίαν αὐτῇ ποιήσας*] *Νυμφαγωγίαν* hic, quod alibi *Νυμφαῖον* vocat aedificium, virginum pauperiorum nuptiis celebrandis destinatum: uti supra monuimus.

Pag. 276. 4. *ἀτελὲς ὄν,*] opus hoc a Tiberio incoeptum ait Auctor supra, in Tiberio Imp.

Pag. 276. 5. *ἐν μέσῳ τοῦ νυμφαίου τοῦ προσκηνίου*] *τοῦ νυμφαίου* omnino *παρέλκειν* videntur.

Pag. 276. 10. *ἐμαρτύρησε δὲ ἐπὶ αὐτοῦ τότε ὁ ἅγιος Ἰγνάτιος*] Ignatium, Episcopum Antiochenum, ex Syria Romam

Digitized by Google

missum, ibique bestiis praedam projectum fuisse constans scriptorum est traditio. Doctissimus tamen Josephus Scaliger in Eusebii Chron. certiora hujus rei testimonia, quam quae adhuc habentur, desiderat: atque equidem hic Auctoris nostri locus contrarium astruere videtur. Sed nec de Ignatii Martyrii tempore convenit inter Nostrum et Eusebium: hic enim ponit ad annum Trajani Imp. x. septem nempe annis, ante dictum terraemotum Antiochensem; quo tempore noster Ignatium Martyrio coronatum asserit.

Pag. 276. 21. *ἐξήρχετο βασταγμῷ*] Tanquam onus a portatoribus, sublatus exiit.

Pag. 277. 3. *ὑπέξιζον τοῖς Ἕλλησι*] Forte legendum, *ὑπώξιζον*.

Pag. 277. 15. *ὧν ἐνιαυτῶν ξϛ'.*] Annos hic plus justo tres addidit: non totos enim LXIII. vixit Trajanus; teste Eutropio, lib. 8. *Obiit autem aetatis anno* LXII. *Mense* IX. *et die quarto*; nisi forte error sit in numero. Hieronymus enim, apud Eusebium, qui ista ex Eutropio descripsisse videtur, habet; anno LXIII. mense IX. die IV. Eusebii tamen Graeca habent, *ἐτῶν ξϵ'*, uti et Chron. Alex. Caeterum de hujus Imp. aetate nullo modo inter Auctores convenit: Sext. Aurel. Victor. enim Trajanum LXIV. annos vixisse affirmat; Dion. tamen LXI. an. mens. VI, dies XV. tantum ei attribuit.

Pag. 277. 17. *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀπρωνιανοῦ*] Scr. *Ἀπρωνιανοῦ*, uti habent Eusebius, et. Chr. Alex.

Ibid. *ἐβασίλευσε δὲ ἔτη κβ'. καὶ μῆνας ϵ'.*] Eutropius eum regnasse inquit annos XXI. menses X. dies XXIX. Eusebius et Chr. Alex. an. XXI. Zonaras huic numero mensem adjicit.

Pag. 278. 3. *ποιήσας πίλας*] *πίλα*, vocabulum Latinum; *Pila.*

Pag. 278. 21. *ὡς γαμβρὸς αὐτοῦ*] Generum Trajani eum vocat, quod Neptem ejus uxorem habuit.

Pag. 279. 8. *ἕνα ὄντα τῶν θαυμάτων*] Orbis Spectacula vulgo septem numerantur; verum ex horum numero non est Cyzicenum hoc Adriani templum. De Miraculis hisce scripsit Philo Byzantius: apud quem ista sunt: *Horti pensiles, Pyramides Aegyptiae, Jovis Olympii simulachrum, Colossus Rhodius, Muri Babylonici, Dianae Ephesiae templum, et Mausoli Sepulchrum.* Alii alia his annumerant; de quibus vide Leonis Allatii Not. in Philon. Byzant.

Pag. 279. 15. *ἡ πόλις Ῥόδος νῆσος ἔπαθε*] Ita etiam supra scribit Auctor: verum *πόλις*, aut *νῆσος*, uti monuimus, redundare videtur.

Pag. 279. 16. *κείμενον χαμαὶ ἔτη τιϐ'.*] Colossus Rhodius ruit, Antiochi Mag. Syr. Regis anno I. nempe ad annum Eusebianum MDCCXCIV. Olymp. CCCXXXIX. asserente Eusebio. Si ita-

Digitized by Google

que post CCCXII. annos tandem erectus fuerit, hoc factum fuisset non ab Hadriano, sed Domitiani Imp. anno X. Chron. Alex. auctor. Colossum Rhodium excitatum fuisse scribit, Vespasiani Imp. an. VII. Vespasiano V. et Tito III. Coss. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐν Ῥόδῳ ὁ Κολοσσὸς ἀνεστάθη, μῆκος ἔχων ποδῶν ρξ'.* Eusebius hoc factum ait eodem Vespasiani Imperat. anno VI, Titi IV. consulatu. Ad hunc vero Vespasiani Imperat. annum ab Olympiadis CXXXIX. anno II. quo corruit Colossus, anni sunt CCXCVII. Jos. Scaliger eum a Nerone erectum vult, capite suo eidem imposito; a Vespasiano vero refectum, dempto Neronis capite, solique dicatum. Jos. Scalig. Annot. ad Chron. Eusebian. ad annum MMXCI. Chron. Alex. auctor Colossum Rhod. Hadriani sub imperio primum motum esse scribit.

Pag. 279. 17. *μὴ ἀπολομένου ἐξ αὐτοῦ*] Strabo aliter: *κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσὼν περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων.* Ad eundem etiam sensum Plinius lib. 34. cap. 7. *Vasti specus hiant, defractis membris*, etc.

Pag. 279. 22. *Μανιχαϊκὸν μυσερὸν δόγματα*] Scr. *μυσαρὸν δόγμα.* Manichaeorum tamen nomen nondum auditum est.

Pag. 280. 4. *Ἀδριανοῦ θήρας*] Mysiae urbs haec est; et a Cedreno, *Ἀδριανοῦ θήραι ἐν τοῖς μιτάτοις.* Cedrenus in Adriano: *οὗτος ἐν Μυσίᾳ θηράσας, ᾠκοδόμησε πόλιν, καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν, Ἀδριανοῦ θήρας ἐν τοῖς μιτάτοις.*

Pag. 280. 5. *ἣν ἐκάλεσεν Αντίνω*] *Αντινόεια* Stephano est, ab Antinoi, pueri Adriano in deliciis, nomine sic dicta. Stephan. de urb. *Αντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Αντινόου παιδὸς. Ib. ἐκλήθη ἡ πόλις καὶ Ἀδριανούπολις.* Hieronymus apud Euseb. Chr. lib. 2. *Antinous puer regius eximiae pulchritudinis in Aegypto moritur: quem Hadrianus vehementer deperiens, (nam in deliciis habuerat) in Deos refert: ex cujus nomine etiam urbs appellata est.*

Pag. 280. 6. *ὑδροπιάσας δὲ*] Scr. *ὑδρωπιάσας:* Participium aor. 1. ab *ὑδρωπιάω, ὑδρωπιῶ, Hydrope laboro.*

Ibid. τελευτᾷ ἐν Βάταις] Ita Cod. MS. rescribo, *ἐν Βαΐαις*, ex Euseb. Chr. Can. *Ἀδριανὸς ὕδρωπι τελευτᾷ ἐν Βαΐαις τῆς Ἰταλίας.*

Pag. 281. 1. *στρώσας τὴν διὰ μυλίτου λίθου*] forte legendum, *στρώσας αὐτήν.* de Porticubus vero istis vide supra in Tiberio.

Pag. 281. 8. *ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας*] Asiam hic intelligit proprie sic dictam, quae pars est Asiae Minoris, Europae proxime opposita, quo sensu etiam, Europae nomine, Graeciam frequenter indigetat. Troadem autem, partesque vicinas, ab Asio quodam Philosopho Asiae nomen accepisse, supra lib. 5. ostendit: ubi etiam regnum Trojanum, et Ephesinum, idem esse statuit.

Digitized by Google

Plinius, ex Agrippa, Asiam proprie dictam in duas partes dividit, quarum prima Paphlagonia a septentrione, Phrygia et Lycaonia ab oriente, mari ab occidente, a meridie vero mari Aegyptio terminatur. Plin. Nat. Hist. lib. 6.

Pag. 281. 12. *ἔκαυσε τοὺς χάρτας τοῦ ταμιείου*] Factum hoc Antonini Imp. anno x. Largo et Messalino Coss. uti asserit Chr. Alex. Auctor. *Τούτοις τοῖς ὑπάτοις ἄφεσις ἐγένετο τῶν χρεωφειλιτῶν παρὰ Αντωνίνου Εὐσεβοῦς, καὶ οἱ ταμιακοὶ χάρται δωρεὰν ἐκαύθησαν.*

Pag. 281. 14. *τὸ ἥμισυ μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας*] Zonaras non dimidiam, sed aliquam bonorum certam partem ex Senatus consulto fisco adjudicatam, testatur, Tom. 2. in Antonino Pio: *Περὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος ἄδεται, ὅτε καὶ τὸ τῆς συγκλήτου κατέκαυσε ψήφισμα, ὃ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Ιουλίου γέγονε Καίσαρος, θεσπίζον, μηδενὶ ἐφεῖσθαι διαθήκην ποιεῖν, εἰ μὴ μέρος ὡρισμένον τῷ κοινῷ καταλείψει ταμίῳ· ὅθεν νομίζεται καὶ μέχρι τοῦδε ταῖς διαθήκαις ἐγγράφεσθαι, ὅτι καὶ τῷ βασιλικῷ ταμίῳ καταλιμπάνω τόδε.*

Pag. 281. 18. *ὡς ἐστὶν ἐν Δωρίῳ*] repono *Δωρίῳ*, ex Eutropio, lib. 8. in Antonino Pio, *Obiit apud Lorios, villam suam, milliario ab urbe* XII. Haec ipsa ex Eutropio describens Hieronymus, *Lorium*, vocat villam, ubi mortuus est Antoninus.

Pag. 281. 21. *ὁ υἱὸς αὐτοῦ*] Adoptitius erat filius; et filiam etiam ejus Galeriam Faustinam, uxorem habuit.

Pag. 282. 1. *ὥστε καὶ ἐξ ἀδιαθήτου* etc.] Hanc Marci Imp. legem habes apud Chr. Alex. ipsissimis fere verbis descriptam: ubi Interpres, non patres liberis, sed liberos patribus, ex hoc Edicto Imperat. succedere debere vult. Et quidem verba utrumque sensum prae se ferre videntur: Zonarae tamen auctoritate ductus, qui haec aliter exprimit, (atque Edictum etiam hoc, non Marco, sed Antonino Pio attribuit:) de Patrum in bonis liberorum, ex intestato morientium successione intellexi. Zonarae verba haec sunt, Tom. 2. in Antonino Pio. *Τοῦτο λέγεται νομοθέτημα εἶναι, τὸ τῶν τέκνων ἀδιαθέτων τελευτώντων κληρονόμους ἀναφαίνεσθαι τοὺς γονεῖς· καὶ διατιθεμένοις τοῖς παισὶν ἐν ἀπαιδίᾳ, ἀνάγκην εἶναι τὸ νόμιμον μέρος τοῖς γονεῦσι καταλιμπάνειν. Hujus lex esse fertur, ut parentes liberorum intestatorum haeredes sint: et qui testamento facto orbi decedant, necessario legitimam partem parentibus relinquant.*

Pag. 282. 2. *τῷ ἀχαριστουμένῳ παιδὶ τὸ τέταρτον μέρος δίδοσθαι,*] Chr. Alex. auctor legit, *τῷ ἀχαρίστῳ παιδὶ*, melius: quod vero noster *τὸ τέταρτον μέρος* vocat, Chr. Alex. reddit, *τὸ τετρασύγγιον*. quod *Raderus* vertit *Quadrantem*; male. *τετρασύγγιον* enim id est, IV. unicae, Assis non *Quadrans*, sed *Triens* est.

Pag. 282. 9. *τὸ λεγόμενον Κεντηνάριον*] Ita dictum for-

Digitized by Google

tasse, ab aedificationis impensa, qua eadem causa etiam *Κεντηνάριον*, dicta fuit Turris maxima Curiae Constantinopolitanae, a Constantino M. extructa.

Pag. 282. 11. *τὸ λεγόμενον, ὠκεανόν*] Nomen hoc Nymphaeo huic datum fuit, non a Marco instauratore, sed post temporis a Probo Imp. qui id musivo opere, Oceanum imitante, adornavit, uti infra apparet ex nostro, in Probo Imp. *Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐπεκόσμησεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ τὸ λεγόμενον Μουσεῖον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ Νυμφαῖον τὸ σιγματοειδὴς, γράψας ἐν αὐτῷ διὰ μουσαρίου τὸν ὠκεανόν.* ubi, pro *μουσαρίου*, forte legendum, *μουσακίου*, uti alias scriptum habetur.

Pag. 282. 14. *Ἀντωνῖνος Βῆρος, υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ἡ'.*] Marcus Antoninus Verum generum imperii consortem habuit per annos XI. ut Julius Capitolinus vult, eosque Imperii sui primos: successorem itaque eum non habuit, sed Commodum filium.

Pag. 282. 17. *κατὰ ἑνὸς ἔθνους Οὔννων*] Bellum Marcomanicum forte intelligit periculosissimum illud, a Marco Imp. solo, idque non *ἀκονιτὶ*, et ut auctor vult, *δίχα πολέμου*, sed sudore, sanguineque multo peractum..

Pag. 282. 19. *ὅστις ἐσφάγη ἐν Προκονήσῳ*] Nihil minus: Altini enim ex Apoplexi mortuus est, aetatis anno XLIII. uti testatur Jul. Capitolinus.

Pag. 283. 2. *ἔτη κβ'. καὶ μῆνας ἡ'.*] Error manifestus in numero: suspicor legendum, *ἔτη ιβ', κ. μ. ἡ'.* Ita enim Eutropius, lib. 8. in Commodo. *Obiit morte subita, adeo ut strangulatus, vel veneno interfectus putaretur, cum annis* XII. *post patrem, et octo mensibus imperasset.* Ex quo noster haec forte descripserit: auctorem enim hunc ei non incognitum fuisse supra apparet.

Pag. 283. 7. *τὸ λεγόμενον Ξυστὸν*] *Ξυστὸς*, locus est Athleticis destinatus. Hesychius: *Ξυστὸς ὁμοίως ἀνειμένος ἀθληταῖς τόπος.* De Xysti vero fabrica, vide doctissimum Onuphr. Panvin. de Lud. Circens.

Pag. 284. 11. *Θεσπίσας τὰ Ὀλύμπια ἐπιτελεῖσθαι*] Reditus hi a Sosibio Antiochensibus dati sunt, in Ludos omnifarios, quinto quoque anno Mense Octobri celebrandos: uti ex Auctore discimus, lib. 9. ad finem. Hic vero Commodus Imper. eos in sumptus ad Olympicorum celebrationem, Julio et Augusto Mensibus, faciendos decernit: mutato scilicet anni tempore, servata tamen eadem celebrationum recurrentium periodo. Auctoris enim *χρόνος τετραετὴς* intelligendus est de Ludorum post quartum annum expletum, quinto vero ineunte, celebratione: quod spatium etiam supra, in Claudio Imp. vocat *τὸν καιρὸν τὸν πενταετῆ*: quo modo etiam Olympica celebrari solita erant.

Pag. 285. 1. *τοῦ λεγομένου Μαιουμᾶ*] Maiumae Festum, a Suida memoratum, de quo Jo. Meursius, Glossar. Graecobar. a Nostri diversum fuisse videtur. Suidae enim annuum erat; No-

Digitized by Google

stri Triennale. Diversorum etiam in honorem celebratae sunt hae solennitates: illa Maiae, Nostri vero, Bacchi et Veneris in honorem. Mense etiam eodem licet agitatae fuerint, Suid. *Μαιουμᾶς πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ, κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα.* Maiuma tamen, de quo ille loquitur, Diuma Celebratio, eaque Maii Kalend. celebranda, fuisse videtur: Nostri vero nocturna erat, et *πανήγυρις τῶν λ'. ἡμερῶν τερπνῶν παννυχίδων*, per totas XXX noctes continuas agitanda.

Pag. 285. 8. *Τριετηρικὰ Βακχετειχῶ ὀργίαν ὀκτουρνους κοὺς βωσπαν κλαμορε κιθαιρων.*] Locus iste Virgilii, ab imperitis Librariis Graeculis, ob Linguae Latinae ut videtur ignorantiam, pessime habitus, ab Auctore nostro hoc modo fortasse Graecis characteribus fuerit expressus.

— — — — *Τριετηρικὰ Βακχῳ*
Οργια, νυκτουρνούς κε βοκὰτ κλαμῶρε Κιθαιρών.

Quae apud Virgilium ita leguntur, Aeneid. lib. 4.

Trieterica Bacchо
Orgia; Nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

Pag. 285. 14. *ἕως τῆς ἀποσφαγῆς*] *ἀποσφαγὴ* hoc loco non sensu vocabuli proprio, sed eodem quo *ἀπόκρεως*, usurpari videtur; nempe pro tempore, quo a mactatione abstinetur.

Pag. 285. 17. *ὠνομάσθη Συριάρχης πρῶτος Ἀρταβάνιος*] Hujus munus erat, populo Ludos Theatrales edere, nempe Syriarcha, Antiochiae Syriae: ut etiam *Ἀσιάρχαι* dicti sunt, qui eodem munere Ephesi, Asiae urbis, fungebantur: quorum mentio occurrit, Actor. cap. 19. 31. Asiae etiam Praefectus, *Ἀσιάρχης* olim dictus est, uti testatur Constantin. Porphyrog. De Themat. lib. 1. cap. 3. *Τὸ δὲ νῦν καλούμενον τῶν Θρακησίων Θέμα, πάλαι μὲν, καὶ κατ' ἀρχὰς, Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο· καὶ ὁ ταύτης κρατῶν ἀνθύπατος, Ἀσιάρχης ἐλέγετο.*

Pag. 286. 9. *ἠγόρασαν δὲ τὰ αὐτὰ Ολύμπια*] Facultatem hanc Olympicos Ludos a Pisaeis redimendi a Claudio Imp. Antiochensibus concessam legimus supra lib. 10. in Claudio.

Pag. 286. 12. *Ἀλιτάρχης*] Infra scribitur, in Diocletiano, *Ἀλυτάρχης*, rectius. Est autem Alitarcha in Ludis Olympicis *Decori Moderator*; uti ex Phavorino discimus. *Ἀλυτάρχης, ὁ τῆς ἐν τῷ Ολυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων.* Ita etiam Etymologici magni Auctor; qui praeterea addit, *Ἀλυτάρχην* sonare, *Lictorum Principem: Ἀλύτας* enim Eleis, *Lictores*, dicuntur. *Ἠλεῖοι δὲ, τοὺς ῥαβδοφόρους, ἢ μαστιγοφόρους, παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους, ἀλύτας καλοῦσι· καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα, Ἀλυτάρχην.* Etymolog. Mag. in *Ἀλυτάρχης*.

Pag. 286. 16. *ἀλλ' εἰς ἑξάερον καθεύδων*] *Ἑξάερον* dicit, quod aliter *ὕπαιθρον* Locus subdialis, sive aeri expositus.

Pag. 286. 18. *στολὴν διάχρυσον ἄφτρην*] forte legendum, *στολὴν ὁλοσηρικὸν ἄσπρον*; quem Alytarchae habitum infra facit,

Digitized by Google

in Diocletiano: *Τὴν στολὴν ὁ Ἀλύταρχος ἄσπρον, ὁλοσηρικὸν ἐφόρει· ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀντὶ τοῦ ἄσπρου, ἐφόρεσε πορφυροῦν.*

Pag. 286. 20. *κατεῖχε ῥάβδον ἐβελλίνην.*] Scr. *ἐβελίνην. Ἔβελος*, sive *Ἔβενος*, Ebenus; unde *ἐβέλινος*, et *ἐβένινος*· cujus lignum omnium gravissimum est, et colore nigro. Plinius, lib. 12. cap. 4. Duo ejus facit genera: alterum quidem rarum, *Enodi materiae nigri splendoris, ac vel sine arte protinus jucundi: alterum fruticosum*, etc.

Pag. 287. 8. *Ὁ δὲ γραμματεὺς προεχειρίσθη*] Gregorius noster *Γραμματέα* illum, Actor. cap. 19. v. 35. memoratum, non urbis scribam Ordinarium, sed hunc Auctoris Nostri, Olympicorum scribam, cujus forte munus fuerit, *τὰ γράμματα τῶν ἱερονίκων* curare, fuisse vult: in Not. et Observat. in quaedam Scriptur. loca Anglice scripta: quem videsis.

Pag. 287. 14. *ὀνόματι Κάσιον Ἰλλούστριον*] Eruditissimus Jo. Meursius in Glossario suo Graecobarb. et Notis ad Hesychium, Illustris, de Viris Claris, notam esse, non autem cognomentum; argumentatione sane satis probabili. Quod enim Latini, *Vir Illustris*, Graeci *Ἰλλούστριος* reddidisse videntur: unde habemus, *Προκόπιος Ἰλλούστριος, Ἡσύχιος Ἰλλούστριος, Χριστόδωρος Ἰλλούστριος, Εὐτόλμιος Ἰλλούστριος*· exemplo scilicet a Latinis sumpto, apud quos, *Illustris*, appellatio in operum inscriptionibus et alibi etiam, frequenter occurrit: unde *Marcellus, Vir Illustris*; Macrobius, *Vir Clarissimus et Inlustris*; Boethius, *Vir Clarissimus et Inlustris.* Victor de persecut. Vandal. lib. 11. *Mittit ergo tunc ad Ecclesiam Alexandrum Illustrem, hujusmodi legationem deferentem.* Ex Latino vero, *Illustris*, fit *Ἰλλούστριος*, eadem forma, qua *Αὐγουστάλιος*, ab *Augustalis.* Verum contra hoc facere videtur locus iste Auctoris nostri, ubi, *ὀνόματι Κάσιον Ἰλλούστριον*, nullo alio modo reddi potest, quam, *nomine Casium Illustrem*; adeo ut *Ἰλλούστριος* hic Casii cognomentum fuisse videtur. Nec enim penitus improbabile est, Dignitatis notaculum quod primo fuit, in cognomentum quandoque transire potuisse: nisi forte quis *ὀνόματι* ad *Κάσιον* tantum respicere velit.

Pag. 288. 5. *Οἱ δὲ ἐσάλπιζον*] Licet *σαλπίζειν, Tuba canere*, proprie significet; latiore tamen sensu hoc loco, pro Instrumentis Musicis quibusvis certamine dictum puto.

Pag. 288. 6. *ἐπύκτευον πυξίνοις δακτύλοις*] Pugillatus erat alius Gymnasticus; Hostilis alius: Hic caestibus crudis certabatur, crudo scilicet corio confectis, nodisque ferreis, plumbeisve munitis: Graecisque praecipue usitatum hoc Pugillatus genus. Virgil. Georg. lib. 3.

Crudo decernet Graecia Caestu.

Cruentus utplurimum hic pugillatus, cum non nisi auribus, nasisque mutilati, fere unquam recedebant Pugiles: adeoque tan-

Digitized by Google

dem, ob spectaculi crudelitatem, legibus vetitus fuit: uti testatur Ammianus Marcellinus, lib. 14. Mitius illud alterum Pugillatus genus Mollioribus loris, *ἐπὶ ἱμάντων μαλακωτέρων*, ut inquit Pausanias Eliacor. lib. 2. apud Graecos; Sacculis vero, vel tomento farctis, aut alia re plenis, quae gravem ictum reddere non potuit, apud Latinos peragebatur. Unde habemus apud Trebellium Pollion. in Gallienis: *Pugiles sacculis, non veritate pugnantes.* Molliorem hanc Pugilum armaturam Pausanias in Arcad. *μειλίχας*, a Mollitie, vocat; quarum etiam formam exactam ibidem profert, his verbis. *τοῖς δὲ πυκτεύουσιν οὐκ ἦν που τηνικαῦτα ἱμὰς ὀξὺς ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς χειρὸς ἑκατέρας, ἀλλὰ ταῖς μειλίχαις ἔτι ἐπύκτευον, ὑπὸ τὸ κοῖλον δέοντες τῆς χειρὸς, ἵνα οἱ δάκτυλοι σφίσιν ἀπολείπωνται γυμνοί· οἱ δὲ ἐκ βοείας ὠμῆς ἱμάντες λεπτοὶ, τρόπον τινὰ ἀρχαῖον πεπλεγμένοι δι' ἀλλήλων ἦσαν αἱ μειλίχαι.* Pugiles vero *Digitis Buxeis*, sive Buxo munitis, certantes nusquam alibi invenio.

Pag. 288. 7. *ἵπποις πρωτοβόλοις*] *ἵππος πρωτόβολος, Pullus Equinus*; seu Equulus, qui primos dentes emittit; *παρὰ τὸ πρώτους βαλεῖν ὀδόντας*, uti ex Aristotele tradit Eustathius, in *Π. ε. καὶ τὸ βαλεῖν δὲ ὀδόντας· τοιοῦτόν τι παρὰ Ἀριστοτέλει, ὅτε λέγει, βάλλειν ἄνθρωπον τοὺς ὀδόντας, ἤτοι ἐκβάλλειν, καὶ ῥίπτειν. ἀφ' οὗ καὶ ἡ τοῦ πρωτοβόλου λέξις ἐπὶ ἀλόγων.* Hoc vero loco, *ἵππους πρωτοβόλους*, pro Equis injugibus, necdum subactis, poni existimamus.

Pag. 288. 10. *μετὰ βομβωναρίων*] Ignotum mihi penitus hoc vocabulum: vestis tamen genus quoddam signare videtur, exercitiis hisce proprium: quale erat Campestre, aut subligar, apud Romanos.

Pag. 289. 10. *ἕως τῆς Μυδοπόλεως, καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Σαγάρεως*] Mydopolis, sive Mudopolis urbs nullibi, quod sciam, occurrit: forte legendum *Μιδοπόλεως*; Auctorque intelligat urbem illam, quae Straboni *Μιδάϊον*, Stephano *Μιδάειον* et *Μιδαὶ* dicta, Phrygiae, Midae olim regni, urbs erat. Pro *Σαγάρεως* vero, legerem *Σαγγαρίου*. Stephan. de Urb. *Σαγγάριος, ποταμὸς τῆς κάτω Φρυγίας*. Eustathius in Dionys. Perieget. Sangarium Maximum vocat Bithyniae fluvium: *ὃς δὴ Σαγγάριος καὶ ναυσίπορός ἐστι, καὶ μέγιστος τῶν ἐν Βιθυνίᾳ ποταμῶν·* uterque recte: utramque enim regionem irrigans, in Euxinum effunditur. Procopius tamen de Justinian. Aedific. flumen hoc, *Σάγγαριν* vocat: *Σάγγαρις* itaque genitivum format, *Σαγγάριος*, et Attice *Σαγγάρεως*, ut a *πόλις πόλεως*· quomodo Noster fortasse scripserit. Jul. Solinus, Sagarin, habet: uti et Ovidius, de Ponto:

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque Hypanisque, Cratesque.

Pag. 289. 16. *καλαμίων συντόμια πολλὰ ἄρτων διαιωνιζόν-*

Digitized by Google

των.] Chr. Alex. habet, *καλάμια συντόμια διαιωνιζόντων*· mendose: ex nostro restituendus locus iste.

Pag. 290. 4. *ἀπὸ αἱματικοῦ χύμου ἀθρόως ἐτελεύτησε*] Nihil minus: Aelius Lamprid. *Quintus Aelius Laetus Praefectus, et Martiae concubina ejus inierunt conjurationem ad occidendum eum. Primum ei venenum dederunt: quod cum minus operaretur, per Athletam, cum quo exerceri solebat, eum strangulaverunt.* Athleta iste, Narcissus, dictus fuit; ut ex Dione discimus, in Commodo.

Pag. 290. 6. *ὁ καὶ Λούκιος Αὔγουστος*] Ita etiam Chr. Alex. *Ῥωμαίων ις' ἐβασίλευσε Λούκιος Περτίναξ*· uterque de nomine falso: Eusebius in Chronic. Helvium Pertinacem vocat: recte: uti ex ejusdem aurei nummi inscriptione apparet, ubi haec leguntur. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AUG. id est, *Imperator Caesar Publius Helvius Pertinax Augustus.*

Pag. 290. 8. *ἐπίρινος*] Suis frequenter vocabulis utitur Auctor noster: e quorum numero hoc esse suspicor. Forte itaque scripserit, *ἐπίῤῥινος*, quo Nasum aduncum signare voluerit.

Pag. 290. 11. *Δίδιος Ἰουλιανὸς, ὁ καὶ Σίλβιος*] Legendum, *Σάλβιος.* Eutropius lib. 8. *Post eum,* (Pertinacem) *Salvius Julianus remp. invasit,* etc.

Pag. 290. 14. *τὸ λεγόμενον Πλεθρὶν*] *Πλεθρὶν* pro *Πλέθριον*, ut *Στηθάριν*, pro *στηθάριον*· diminutivum a *πλέθρον*, *Jugerum.* Locus fuisse videtur Palaestrae destinatus; forte etiam et Cursui. Hesych. *Πελέθρισμα, τὸ δρόμημα. Πέλεθρον* autem more Poetico dicitur, pro *πλέθρον*· adeoque *πελέθρισμα*, pro *πλέθρισμα.*

Pag. 290. 21. *ὑπὸ κουβικουλαρίου*] Julianus ab omnibus derelictus, a Tribuno quodam, *εἷς τῶν χιλιαρχούντων* Herodiano dicitur, a Senatu ad id misso, in Palatio occisus est: teste Herodiano, lib. 2. Aelius tamen Spartianus eum per militem gregarium a senatu missum, interfectum tradit.

Pag. 291. 1. *κατὰ συσκευὴν τοῦ μετ' αὐτὸν*] Chr. Alex. habet *τῶν μετ' αὐτοῦ.* Eutropius: *Victus est a Severo apud Milvium pontem, interfectus in palatio.*

Pag. 291. 6. *ἔτη ιζ', καὶ μῆνας θ'.*] Eusebius Severo Imperanti annos tribuit solidos XVIII, uti et Herodianus: Eutropius tantum XVI et menses IV. Chr. Alex. an. XIX. Zonaras, an. XVI. mens. VIII. dies III. Dio eum imperare facit, annos XVII. mens. VIII. et dies III. cui computo proxime accedit Auctor noster.

Pag. 291. 8. *πόδας στυφόμενος*] Quaenam haec pedum sit affectio, non satis video, *στύφω* enim adstringo proprie sonat, diciturque de rebus adstringendi vim habentibus. Itaque *στυφόμενον τοὺς πόδας, pedibus aegrum*, sensu licet liberiore, reddimus. Atque Severum pedum infirmitate laborasse testem habemus Ael. Spartianum in Severo, *Idem cum pedibus aeger bellum*

Digitized by Google

moraretur, idque milites anxie ferrent, ejusque filium Bassianum, qui una erat, Augustum fecissent, tolli se atque in Tribunal ferri jussit. Quod vero Spartianus, *pedibus aeger*, Dio *τοὺς ταρσοὺς ὑποτετμημένως* dicit, *articulis pedum praecisis.* Idem tamen alibi morbum ejus Podagram distinctim vocat, his verbis: *ἦν δὲ τὸ σῶμα βραδὺς μὲν, ἰσχυρὸς δὲ, καίπερ ἀσθενέστατος ὑπὸ τῆς ποδάγρας γενόμενος.*

Pag. 291. 11. *ὡς πολεμεῖ τοῖς Γιπίδι*] Scr. *Γήπαισι*, vel *Γήπεσι*. Gepaedes vero Gens Gothica erat, sive Getica, juxta Danubium sedes habens, ut ex Procopio habemus, de bell. Vandal. lib. 1. *Γοτθικὰ ἔθνη πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πρότερόν τε ἦν, καὶ ταῦν ἐστί· τὰ δὲ δὴ πάντων μέγιστά τε καὶ ἀξιολογώτατα, Γότθοί τε εἰσὶ, καὶ Βανδίλοι, Οὐϊσιγότθοι, καὶ Γήπαιδες.* Et paulo post: *οὗτος ὁ λεὼς* (dictae nempe gentes Gothicae, quas nomine tantum inter se differre, ipse loco citato, testatur:) *ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον ἐκ παλαιοῦ ᾤκουν. ἔπειτα Γήπαιδες μὲν τὰ ἀμφὶ Σιγγηδόνα τε καὶ Σίρμιον χωρία ἔσχον, ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ποταμοῦ Ἴστρου, ἔνθα δὴ καὶ εἰς ἐμὲ ἵδρυνται.* Ex Gepidibus vero istis Longobardi, atque Avares deinde ortum suum duxerunt: uti tradit Constantinus Porphyrogen. de administrand. Imp. cap. 25. *οἱ μὲν Γήπεδες, ἐξ ὧν ὕστερον διηρείθησαν Λογγίβαρδοι, καὶ Ἀβάρεις, τὰ περὶ Σιγγιδῶνα καὶ Σερμίων χωρία ᾤκησαν.*

Pag. 291. 12. *αὐθεντήσας τὴν σύγκλητον*] *αὐθεντεῖν* Auctori nostro signat, *potestate* sive *autoritate sua aliquid agere*; et *αὐθεντεῖν τινα* de eo dicitur, qui alium in suam cogit sententiam. Hujus locutionis exempla adeo frequenter hic occurrunt, ut ulla eorum huc adducendi opus non est.

Pag. 291. 13. *κατεδίωξεν αὐτὸν ὁ Σέβηρος ἐν τῇ Θράκῃ*] Imo in Gallia; ubi etiam Albinus interfectus est. Eutropius in Severo lib. 8. *Sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace socius fuerit Juliano, Caesarem se in Gallia fecit, victusque apud Lugdunum, est interfectus.*

Pag. 291. 18. *ὑποκάτω αὐτῆς ἔγραψε*] Chr. Alex. habet, *ἔγραφε*· forte legendum in utroque, *ἐγράφη*· inscriptionem enim hanc primitus habuisse statuam istam, manifestum est.

Pag. 291. 19. *οἱ γὰρ Θρᾷκες οὕτως ἔλεγον τὸν ἥλιον*] Hesychius Illustris, Patr. Constant. Zeuxippi nomen balneo huic inditum fuisse asserit, non a sole, sed ab Hercule, ob Diomedis equos ab eo ibi domitos: Heraclitus de Incredibil. cap. 31. de Diomedis Equis loquens, haec habet. *φασὶ ταύτας ἀνθρωποφάγους εἶναι· ἄγριαι δὲ ἦσαν νομάδες· οὐ δυναμένου δέ τινος αὐτὰς ὑφ' ἅρμα ζεῦξαι, ὁ Ἡρακλῆς ἔζευξεν.* unde *Ζεύξιππος* dictus est.

Pag. 291. 20. *οἱ δὲ τῆς πόλεως Βύζης*] Chr. Alex. *Βυζάντων*· rectius dixisset, *Βυζαντος*· Byzantium enim Byzantem, non

Digitized by Google

Byzum, aut Byzem, conditorem habuit. Vide Scaliger in Euseb. Chron. p. 75.

Pag. 292. 3. *ὅπερ ἐν μέσῳ ἵστατο*] Locus iste mendosissimus habetur apud Chr. Alex. Sed nec adeo usque quaque sanus in nostro apparet: itaque reponendum censeo, *οὗπερ ἐν μέσῳ*, etc. Et deinde, pro *προσέθηκε τὸ δημόσιον*, lego *προσέθηκε τῷ δημοσίῳ*.

Pag. 292. 6. *πλησίον τῶν ὄντων ἐκεῖ δύο ἱερῶν*] Chr. Alex. pro his habet, *καὶ ἀντὶ τῶν ἄλλων δύο ἱερῶν*· leg. *κατέναντι τῶν ἄλλων δ. ἱ.*

Pag. 293. 2. *Νίγερτα βασιλέα*] Infra etiam *Νίγερτον* habet barbare satis: scribend. *Νίγερα*, accusat. a *Νίγερ*, *Νίγερος*, quam vocabuli hujus formationem esse, ex sequentibus apparet.

Pag. 293. 4. *καὶ φωσατεύσας* *)] *φοσσατεύω*, et apud nostrum *φοσσεύω*, *Fossa munio*, vel obsidione cingo: *φοσσατεύω* plerumque scribitur cum duplici *σ*. ut et *φοσσάτον*, *Castra fossa munita, exercitus.*

Pag. 293. 7. *ἐν Θηβαΐδι τῆς Αἰγύπτου*] Niger, uti tradit Zonaras, apud Issum Ciliciae; ut Eutropius vero, apud Cyzicum, Propontidis urbem, a Severo interfectus est. Eutropius in Severo: *Pescennium Nigrum, qui in Aegypto et Syria rebellaverat, apud Cyzicum interfecit.*

Pag. 293. 11. *τοῦ κυροῦ Νίγερος*] *κυροῦ*, pro *κυρίου*· ut paulo post, *κύρις*, pro *κύριος*; recentiorum Graecorum scribendi forma usitatissima.

Pag. 294. 16. *κληδόνα γὰρ νίκης ἔδωκαν αὐτῷ.*] *κληδὼν*, a *κληΐζω*· *Omen*, generaliter significat: ut plurimum tamen, *Omen faustum.* Glycas vero ex aliorum quorundam sententia, *Geniorum per excantationes certas attractionem, et e sublimi deductionem*, sonare vult: Annal. par. II. p. 273. atque hoc sensu, a verbo *κλῶ*, quod idem sit cum *καλέω*, significationem evocandi habente, deductum volunt vocabulum.

Pag. 295. 4. *εἰς τὸ Βαρβαρικὸν*] Novissimo bello in Britannia nostra suscepto, Eboraci mortuus est Severus: teste Eutropio.

Pag. 295. 6. *ἐβασίλευσεν Αντωνῖνος Γέτας*] Antoninus Caracallas et frater Geta, haud longe post imperium susceptum, ac fratre in ipso matris sinu occiso, Antoninus Caracallus dominationem sibi solam arripuit.

Pag. 295. 10. *ὢν ἐνιαυτῶν να΄.*] Maximus hic in numero error: forte Auctor scripserit, *ἐνιαυτῶν κα΄.* sic enim vero propius accederet: annos enim XXII. tantum mensesque IX. natus, Geta occisus est, teste Zonara.

Pag. 295. 15. *ἐσφάγη δὲ ἐν τῷ παλατίῳ*] Nihil minus, Edessa enim Syriae, Carras proficiscens, a milite quodam, a tribunis

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

in id missо, cum ventris exonerandi causa equo, ut quidam volunt, descendisset, occisus est.

Pag. 295. 16. *ὢν ἐνιαυτῶν μζ'*] Alii XLIII. annos ei tribuunt, Chr. Alex LX. Dio tamen, qui eodem tempore vixit, et post eum Zonaras, XXIX. tantum annis eum vixisse tradunt.

Pag. 295. 17. *ἐβασίλευσε Βαλεριανὸς ἔτη ς'.*] Miror, unde tot Imperatores Auctori nostro excidissent! ab Antonino enim Caracalla, usque ad Valerianum Imp. alii VIII. minimum intercesserunt. Quod autem Valerianum an. VI. Gallienum vero ejus successorem, an. XIV. regnare facit Auctor, notandum est annos hos non separatim computandos esse. Valerianus enim, Gallienum filium collegam habens, a Persis captivus VI. Imperii anno abductus est; Gallieno interim annum XIV, sive ut alii, XV, explente.

Pag. 295. 20. *σκνιφὸς*] *ἴσ. σκνιπός.*

Pag. 296. 3. *προδίδειν αὐτῷ Ἀντιόχειαν*] Scr. *προδιδόναι*, sive *προδοῦναι.*

Pag. 296. 5. *διὰ τοῦ λιμιτοῦ Χαλκίδος*] Chalcis Syriae urbs est, a Monico Arabe condita, teste Stephano, in *Χαλκίς· τετάρτη, πόλις ἐν Συρίᾳ, κτισθεῖσα ὑπὸ Μονικοῦ τοῦ Ἄραβος.* Hujus etiam meminit Procopius, de Justin. Aedif. l. 2. inter Syriae urbes a Justiniano instauratas etiam hanc enumerans: ubi, quod post Antiochiam magnam ab eodem instauratam, pluribusque aedificiis de novo adornatam, de hac nostra statim addit, *οὕτω δὲ καὶ Χαλκίδος πόλεως τὸν περίβολον, ὑπὸ τῶν ἐτῶν κατερράκωμένον, σὺν τῷ προτειχίσματι ἀνανεωσάμενος, πολλῷ ἐχυρώτερον κατεστήσατο*, ab Antiochia haud procul dissitam fuisse eam, colligimus. Urbem hanc montanam fuisse discimus ex Strabone lib. 16. *Μετὰ δὲ τὸν Μάκραν ἐστὶν ὁ Μαρσύας ἔχων τινὲ καὶ ὀρεινὰ, ἐν οἷς ἡ Χαλκὶς, ὥσπερ ἀκρόπολις τοῦ Μαρσύου· ἀρχὴ δ' αὐτοῦ Λαοδικεία ἡ πρὸς Λιβάνῳ. Chalcis ad Belum*, Plinio dicitur, atque inter Coelosyriae urbes enumerata. Plin. Nat. Hist. l. 5. c. 23.

Pag. 296. 9. *χρηματιζούσης τότε τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ὅτι'.*] Numerus inversus est: legendum *τιδ'*. Aerae enim Antiochenae annus CCCXIV. Valeriani et Gallieni Imp. anno XII, quo tempore Sapores Syria pulsus est, respondet.

Pag. 296. 13. *ὁ ἱερεὺς τῆς Ἀφροδίτης ὀνόματι Σαμψιγέραμος*] Narratiunculam hanc ex Domnino se descripsisse, paulo infra fatetur Autor.

Pag. 291. 21. *ἐν ὑψηλῷ βωμῷ καθημένου*] *βωμὸς* hic locum signat editiorem, in quem ascendere, atque expatiari quis potest. Eustathio est, *πτίσμα τι ἁπλῶς καὶ ἀνάστημα, ἐφ' οὗ ἐστὶ βῆναι καὶ τεθῆναι. suggestum*, reddere possumus.

Ibid. *τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Σαπώρη*] Scr. *Σαπώρου*, tanquam a *Σαπώρης*; aut *Σάπωρος*, a *Σάπωρ*, uti mox habebimus.

Pag. 296. 21. *ἔῤῥιψεν εἰς τῶν ἀγροίκων σφενδοβόλῳ*] Anne *σφενδοβόλῳ* ponitur pro *σφενδόνῃ*, Funda? an potius *σφενδο-*

Digitized by Google

βόλῳ habemus pro σφενδονοβόλων· quo vocabulo Auctor *Fundatores* forte expresserit? vox tamen et haec penitus inaudita.

Pag. 297. 6. *Ἐναθος, βασιλεὺς Σαρακηνῶν*] Scr. *Ὀδέναθος*. Hic vero Princeps erat Palmyrenorum, et Romanorum Socius. Trebellius Poll. *Nisi Odenatus Princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Rom. Reip. viribus, sumpsisset imperium, in Oriente res perditae essent.* Saporem itaque Syria Odenathus expulit, atque ad Ctesiphontem usque insecutus est: ob haec vero praeclara ejus gesta, Augustus ab Imp. Gallieno deinde salutatus, totius etiam orientis imperium obtinuit.

Pag. 297. 8. *τοὺς τῆς βοηθείας Σαπώρη*] Scr. *Σαπώρου*.

Pag. 297. 21. *Βαλεριανὸς βασιλεὺς ἐξελθὼν ἀπὸ Ῥώμης*] Qualis est haec *ἀνιστορησία*· Valerianus enim Imp. jam olim a Sapore in Persidem abductus, ignominiosissima servitute vitam transegit; vel, ut quidam, pelle detracta, ibidem mortem obiit. Haec vero de bello Mediolanensi, ac Imperatore ibi interfecto, ad Collegam superstitem magis spectant: hunc enim vitae exitum habuerunt Gallienus Imp. et frater ejus, Valerianus, Valeriani Majoris filii.

Pag. 297. 22. *εἰς Μιζουλανὸν*] *Μεδιόλανον* dicta est haec urbs Procopio, *Μεδιολάνιον* Eustathio.

Pag. 298. 3. *ἐβασίλευσε Γαλιενὸς ὁ καὶ Λικινιανὸς*] Scr. *Λικίνιος*· Gallienus enim Licinius, non Licinianus dictus est, ut ex nummis ejus videre est.

Pag. 298. 13. *συνέβαλε πόλεμον τῷ Ἐνάθῳ*] Nugacissima sunt haec omnia, quae de Gallieno Odenathum armis petente, profert Auctor: nec enim ab Imperatore, sed a fratris sui filio interfectus est Denathus, teste Zonara.

Pag. 298. 15. *ὧν ἐνιαυτῶν ν'.*] hoc nullo modo potest esse: novem enim tantum an. regnavit, ut Eutropius vult: aut si imperii sui anno 1. patre collega assumptus fuisset, adeo ut totos 14. annos regnasset: cum tamen Augustus adolescens factus esset, uti testatur idem Eutropius, quinquagesimum aetatis suae annum attingere non potuit.

Pag. 298. 18. *Κλαύδιος Ἀπολλιανὸς*] Infra etiam *Ἀπουλιανὸς* dictus est Claudius iste: quomodo cognominatum eum alibi non invenio.

Ibid. *ἔτη θ'.*] Claudium imperasse annum I. mensesque IX. testatur Eusebius. Et quidem biennium non explevisse, auctorem habemus Eutropium, lib. 9. Forte itaque scribendum, *ἔτη β'*.

Pag. 299. 1. *ἕως ποταμῶν καὶ Δακιβίζης*] *Δακιβίζη* urbs quaedam, sive oppidum maritimum Bithyniae, a Nicomedia haud longe situm esse videtur. Colligo ex Zonara, Tom III. in Valente Imp. ubi haec habet. *Καί ποτε ἐν Νικομηδείᾳ διάγοντι, προσῆλθον αὐτῷ εἰς πρεσβείαν ἐκ τοῦ τῶν ὀρθοδόξων συστήματος,*

Digitized by Google

ἄνδρες ἱερατικοὶ ὀγδοήκοντα· οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ δι' οὗ ἐκομίζοντο, κανθῆναι προσέταξε. καὶ κατεφλέχθησαν πάντες ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ σὺν τῇ νηΐ, ἄχρι Δακυβιζης διαφκεσάσῃ. Inter Bithyniae etiam fluvios, qui una se in mare effundunt, Bizem fluvium habemus, apud Ammian. Marcellin. l. 22. *Dextram igitur inflexionem Bosphori Thracii excipit Bithyniae latus etc. per quae littora in sinus oblongos curvata, Sangarius, et Phyllis, et Bizes, et Rhebas fluvii funduntur in maria.* Haec itaque flumina fuisse puto, de quibus hic loquitur Auctor.

Pag. 299. 11. *ἐβασίλευσε Κυντιλλιανὸς*] Ita etiam Zonaras dictus est: Eutropius tamen et Eusebius Quintilium eum vocant; quidam Quintillum; quam scriptionem confirmant hujus Imp. Nummi.

Pag. 299. 14. *ἠῤῥώστει γὰρ ὅτε ἀνηγορεύθη*] Claudii morte Romae audita, Senatus Quintilium, ejus fratrem, Imperatorem elegit: Exercitus tamen Aurelianum Augustum salutavit. Quod ubi audisset Quintilius, vena soluta, mortem sibi voluntariam conscivit, diebus tantum XVII. imperio potitus.

Pag. 299. 18. *ἔτη ϛ'.*] Aurelianus imperavit an. v. Mense VI. teste Eutropio l. 9.

Pag. 299. 20. *ἐφόρει δὲ διάδημα ἔχον ἀστέρα.*] Aureliani Mater erat solis sacerdos; quamobrem praecipuum stellae huic cultum semper exhibuit. Imperator ejus etiam effigiem Clypeo ferens insculptam, uti numismata ejus testantur: quibus etiam solem nudi forma expressum, capiteque corona radiata insignito, cum hac inscriptione, SOLI INVICTO, observare licet.

Pag. 299. 23. *καὶ πληρῶσαι τὰ τείχη*] Lego, *καὶ πληρώσας τ. τ.* Anno vero imperii sui II. Tacito et Placidiano Coss. Aurelianum hanc Murorum Romanorum instaurationem aggressum esse testatur Chr. Alex. Auctor: non autem, uti Noster, ipsis imperii initiis. Eusebius tamen hoc ab Aureliano factum asserit, sub dictis quidem Coss. anno tamen sequente, nempe imperii ejus III.

Pag. 300. 19. *ἀπεκεφάλισεν αὐτήν.*] Hoc neme alius unquam dixit. Zosimus quidem eam itinere mortuam tradit, falsissime: Et Romam enim perducta est, et ibidem etiam cum liberis, Romanarum more matronarum, vitam agens, summo honore consenuit: cujus rei testes habemus Trebellium Pollionem, Eutropium, aliosque.

Pag. 301. 2. *Μονητάριοι Ἀντιοχείας*] *Μονήτα*, et *Μονέτα Moneta:* unde *Μονητάριος*, et apud nostrum etiam *Μονιτάριος*, *Monetarius.* Insurrectio etiam Romae a Monetariis facta est; gravis illa quidem, et periculi plena; et quam non nisi post septem suorum millia caesa Aurelianus compescere potuit; uti ipse fatetur in Epistola sua ad Ulpium patrem, apud Flav. Vopiscum.

Pag. 301. 5. *Δακίαν ἐκόλπωσεν ἐπαρχίαν*] Provinciam po-

Digitized by Google

lius transtulit, quam fecit. Vopiscus, in Aureliano: *Quum vastatum Illyricum, ac Moesiam deperditam videret, Provinciam trans Danubium Daciam a Trajano constitutam, sublato exercitu, et provincialibus, reliquit, desperans eam posse retineri; abductosque ex ea populos in Moesia collocavit, appellavitque suam Daciam: quae nunc duas Moesias dividit.* Ita enim Eutropius, lib. IX. in Aureliano: *Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vastato omni Illyrico, et in Moesia collocavit: et est in dextera Danubio in mare fluenti, cum antea fuerit in laeva.*

Pag. 301. 8. *ὑπὸ τοῦ ἰδίου στρατοῦ ἐδολοφονεύθη**)] Mnesthei, servi sui fraude, libellum Caesaris manu scriptum fingentis, quo multa neci destinatorum nomina continebantur, occisus est: uti rem habes copiosius narratam apud Vopiscum.

Ibid. ἐν τόπῳ καλουμένῳ, Κενῷ Φρουρίῳ] Ita etiam Eutropius, lib. 9. *Interfectus est in itineris medio quod inter Constantinopolim et Heracleam est, stratae veteris locus Cenophrurium appellatur:* Ubi tamen scribendum, *Caenophrurium:* et apud nostrum, *καινῷ φρουρίῳ*, uti habet Eusebius et Cedrenus; qui etiam Castellum hoc ab incolis, *Κενοφλώριον* vocari testatur.

Pag. 301. 11. *μῆνας ζ'.*] Imo intra sextum Imperii sui mensem, militari tumultu oppressus, interiit. vide Eutrop.

Pag. 301. 13. *Μανιχαῖός τις, ὀνόματι Κερδών*] Ita etiam Chr. Alex. Auctor. Verum quot Cerdones nobis proferunt scriptores isti? Supra enim habuimus Marcionem Haereticum, sub Hadriano Imperat. Marcion autem iste Cerdonis illius unici, quem producunt Historici, nominis hujus Haeresiarchae discipulus erat. Manichaeus itaque, quem hic Noster indigetat, forte est Manes ipse, Manichaeorum Choregus, nominisque Auctor: quem circa haec tempora, impia sua dogmata disseminasse, ex scriptoribus Ecclesiasticis conatat. Vide Eusebium, Hist. Eccles. l. 8. cap. 25. Cedren. Glycam, Annal. part. 3. Zonar. Tom. 2. Socrat. Scholast. Hist. Eccles. lib. 1. cap. 17. aliosque, Chr. tamen Alex. Auctor, unicus quod sciam, Manetem Haeresiarcham sub Nerva Imp. ponit.

Pag. 302. 3. *Ἥλιος Πρόβος*] Probum Imp. Helium, sive Aelium dictum nullibi invenio. Sed nec nomen hoc agnoscunt Imp. hujus nummi, qui ita inscribuntur: IMP. C. M. AUR. PROBUS. P. F. AUG. id est; *Imperator Caesar Marcus Aurelius Probus, Pius, Foelix, Augustus.* Antonius Piso, in Tractatu suo *de Nummis Antiq.* Gallice scripto, Imperatorem hunc, *Marcum Aurelianum Valerianum Probum*, appellat.

Pag. 302. 4. *ἔτη γ', καὶ μῆνας γ',*] Cedrenus, et Glycas, Probo Imperanti annos II, et menses IV. tantum tribuunt: Eutro-

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

pius tamen, et post eum Jornandes, VI. annos et IV. menses eum imperasse testantur: cui numero Eusebius mensem unicum adimit. Itaque apud Nostrum scribendum videtur, ἔτη ϛ', καὶ μῆνας γ.

Pag. 302. 15. ἔσφαξαν αὐτὸν ἐν τῷ Σιρμίῳ] De loco, et mortis genere, Nostro cum aliis convenit Scriptoribus; de causa non item. Fl. Vopiscus tres Probi caedis profert causas: 1. quod milites nunquam ociosos permisit: 2. quod dixerat, brevi fore, ut nullis militibus opus sit: 3. quod in patria sua amplianda ad sordida, ac servilia ministeria milites coegisset.

Pag. 302. 16. ἐβασίλευσεν ὁ θειότατος Κάρος ἔτη β.] Caro imperanti annos II. tribuit Auctor noster; singulisque filiis ejus successive, totidem: Cum tamen Carus pater, et filii duo, una imperarint, nec imperii annum tertium expleverint, omnes.

Pag. 302. 19. ὑπέταξε χώραν, ἥντινα ἐκάλεσε Καρίαν] Ubinam tandem terrarum haec regio? Cariam quidem agnoscimus, Asiae minoris regionem; sed longe ante Carum Imp. hoc nomine vocatam.

Pag. 303. 3. ὃ ἐκάλεσεν εἰς ἴδιον ὄνομα, Κάρας] Κάραι, ut cum nostro Cedrenus, et Procopius, sive Κάῤῥαι, ut Stephanus, urbs est Mesopotamiae, quae Hebraeis חרן *Charan*.

Pag. 303. 4. καὶ ἐσφάγη, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μαξίμου καὶ*) Ἰαννουαρίου] Alii Carum, in Perside fulmine ictum interiisse scribunt; Verum his Coss. hoc fieri non potuit. Maximianum quidem, et Januarium Coss. habemus, apud Eusebium, et Chr. Alex. Auctorem; quos tamen hic ad Diocletiani annum IV. ille ad ejusdem an. III. ponit.

Pag. 303. 5. ἐβασίλευσε Νουμεριανὸς] Carus expeditione in Persas suscepta, Numerianum, filium natu minorem, optimae spei adolescentem, illuc secum duxit: Carino interim, filio natu majori, rerum Occidentalium cura commissa. Caro autem patri satis functo, Numerianus haud longe superfuit, Apri soceri insidiis interfectus.

Pag. 303. 10. καὶ ὁ ἅγιος Βαβυλᾶς] Persecutione sub Decio Imp. facta martyrium subiisse S. Babylam, testatur Eusebius, et post eum Zonaras: verum quae hic de S. Babylae Martyrio profert Auctor, ab Eusebii narratione longe recedunt.

Pag. 304. 1. καὶ ἀνεῖλαν τὸ πολὺ πλῆθος etc.] Ἀνεῖλα, aor. 1. inusit. ab ἕλω· cujusmodi frequenter utitur Auctor noster.

Pag. 304. 3. καὶ ἐκδείραντες τὸ δέρμα αὐτοῦ etc.] Tale quid de Valeriano factum, memorant scriptores nonnulli: Numeriano vero haec non accidisse, ex probatis scriptoribus satis constat.

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

Pag. 304. 18. *μετὰ τὸ συγπροῦσαι τοῖς Πέρσαις*] Quas hic aniles fabulas profert Auctor? in Persas enim nunquam Carinus Imp. profectus est; utpote cui a Patre Caro in Persas proficiscente, imperii Occidentalis cura commissa est.

Pag. 304. 21. *ὡς κοπωθέντι*] Scr. *καπηθέντος*.

Pag. 304. 23. *χώραν τῶν Κηρυστικῶν*] Scr. *Κυῤῥεστικῶν*. Cyrrhestica, regio Syriae, Antiochiae contermina, a Cyrrho urbe sic dicta. Stephan. *Κύῤῥος, πόλις Συρίας, ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος. ὁ πολίτης Κυῤῥέστης, ὡς Πολύβιος πέμπτῳ· καὶ Κυῤῥέστις ἡ Ἀθῆνα, καὶ ἡ χώρα, Κυῤῥεστική*. Pro *Σίνδαρος* tamen repono *Ἴνδαρος*, ex Strabone, lib. 16. Qui etiam *Κυρηστικὴ* scribit, cum *ή*, quandoque etiam cum *ι*, et simplici *ρ*· *εἶτα ἡ Κυρηστικὴ μέχρι Ἀντιοχίδος*. Et paulo infra: *Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Ἴνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυριστικῆς*. Plinius Nat. Hist. lib. 5. cap. 23. de Coelesyria verba faciens, Cyrrhesticam vocat: *Et inde Cyrrhistica regio Cyrrhum, etc.*

Pag. 305. 9. *καὶ συνεισῆλθαν ἅμα*] *ἦλθα*, aor. 1. inusitat. *ἦλθω*, et paulo supra, *εἶλα* ab *ἕλω*.

Pag. 306. 7. *Καρῖνος τελευτᾷ τῷ**) *ἰδίῳ θανάτῳ*] Imo a Diocletiano multis praeliis tentatus, ab eodem tandem victus interficitur, teste Fl. Vopisco.

Pag. 306. 13. *τῆς ὑπατείας Βάσσου καὶ Κυντιανοῦ*] Bassum et Quintianum Coss. Eusebius ad Diocletiani Imp. annum IV. ponit; Chr. Alex. auctor, ad ejusdem annum V.

Pag. 306. 14. *ἐγένετο σκότος μέγα.*] De tenebris hisce apud alios altum silentium.

Pag. 306. 16. *τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μαξιμιανὸν*] Diocletiani gener, non filius erat Maximianus. vide Cedrenum.

Pag. 307. 8. *λόγῳ ἀποθετῶν*] forte scribendum, *ἀποθηκῶν*.

Pag. 307. 7. *ἐν κοτρίγαις*] Ita etiam infra: *καὶ μὴ ἕνα τοσοῦτον διάστημα ὁδοῦ ἀπέρχωνται ἐν τῷ Ἀργυρῷ ποταμῷ ἐν κοτρίγαις τῆς Κιλικίας*. Locus iste difficilis est, et cui enucleando me fateor imparem. *Κοτρίγαις, Quadrigis*, vertimus, nempe ob vocum similitudinem: nec enim vocabulum hoc usquam alibi invenire potui. Quid tamen Quadrigis cum fluvio? De hoc videant eruditi.

Pag. 307. 20. *ἔκτισε δὲ καὶ φαβρικὰς*] *φαβρικὸν* etiam neutrum infra habemus; *ἔκτισε δὲ καὶ ἐν Ἐδέσῃ φαβρικά*. Justiniani Novell. 85. habet, *φάβρικ: ὥστε διὰ θείας ἡμῶν ἀντιγραφῆς ἐν ἐκείνοις αὐτοὺς κατατάττεσθαι τοῖς τόποις, ἐν οἷς εἰσὶ δημόσιαι φάβρικες. Fabricae* autem hae loci erant publici, armis conficiendis destinati; artificibus etiam ex publico stipe consti-

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

tuta, ut ex sequentibus, Justinian. Novel. citat. apparet: *ἐφ' ᾧ δημόσια αὐτοὺς ἐργαζομένους ὅπλα, καὶ τὰς ἐκ τοῦ δημοσίου σιτήσεις νομίζεσθαι.*

Pag. 309. 7. *ἕως τὸ γόνυ τοῦ ἵππου*] ἕως, accusativo junctum, alibi haud temere invenies.

Pag. 309. 10. *καὶ κονδάψαντα εἰς αὐτὸ*] Novum plane, mihique inauditum hoc vocabulum.

Pag. 310. 17. *τοῖς νικῶσι παρεῖχε σάκρας*] *Σάκραι Rescripta* sunt, sive *Literae Imperatoriae:* hoc vero loco Diplomata Imperatoria, sive Literas quas vocant *Patentes*, Victoribus Honores quosdam, sive dignitates confirmantes intelligi puto.

Pag. 310. 18. *καθὼς Δομετιανὸς ὁ σοφώτατος*] Forte legendum, *Δομνῖνος ὁ σ.* De Ludis enim hisce Olympicis Antiochiae celebratis, quicquid profert Auctor noster, Domnino Chronographo id omne se accepisse supra fatetur, lib. 12. in Commodo.

Pag. 311. 3. *ἐβασίλευσε Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ ἐπίκλην Ἐρκούλιος, ἔτη ιθ'.*] Diocletianus et Maximianus collegae imperium una tenuerunt, unoque deinceps die, imperio abdicato, habitum privatum sumpserunt. Eutropius lib. 10. ad finem: *uterque uno die privato habitu imperii insigne mutavit, Nicomediae Diocletianus, Herculeus Mediolani, etc.*

Pag. 312. 7. *ἐβασίλευσε Μαξέντιος, ὁ καὶ Γαλέριος*] Scr. *Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Γαλέριος·* Maxentius enim Galerii cognomentum non habuit. Diocletianus autem, et Maximianus Herculius Imp. posito imperio, hic quidem sibi successorem designat Constantium Chlorum, Imperii parte occidentali ei commissa: Diocletianus vero Maximianum Galerium Orientalibus regionibus, aui in locum, praefecit. Maxentium tamen Maximiani Herculei filium Romani, sua auctoritate, Caesarem crearunt: contra quem Constantinus M. Constantii Chlori ex Helena filius, v. imperii sui anno arma movit, tandemque penitus devicit, ad Milvium pontem, teste Eutropio, lib. 10. Caeterum tempora haec, in se perplexa satis, implicatissima reddit Auctor noster.

Pag. 312. 11. *Ἰάμβλιχος ὁ φιλόσοφος ἐδίδασκε*] Jamblichi duo fuerunt: alter Libertus; ita enim, *ἀπὸ δούλων*, apud Suidam, vertere possimus. *Ἰάμβλιχος οὗτος, ὥς φασιν, ἀπὸ δούλων ἦν.* Suid. Floruit hic sub Antonino Pio: uti inquit Vossius: scripsit vero Babylonica, sive Rhodinis et Sinonidis Amores, lib. 39. teste Suida. Jamblichum alterum Chalcidensem, Philosophum, Porphyrii auditorem, de quo hoc loco noster, Suidas sub Constantino Imp. alii aliquanto sequius ponunt, Valentiniano et Valente Impp.

Pag. 312. 16. *ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν ὁ αὐτὸς Μαξέντιος*] Bellum hoc in Persas a Galerio Maximiano, Diocletiani Imp. anno XVII. gestum est. Vide Eusebii Chron.

Digitized by Google

Pag. 312. 17. *ἐκ τῶν Περσαρμενίων*] Persarmenii dicti sunt, qui Armeniam majorem incolunt; Romano Imperio olim subditam, a Philippo vero, qui Gordiano successit, Sapori Persarum regi proditam: uti testatur Evagrius, Eccles. Hist. l. 5. cap. 7.

Pag. 313. 3. *ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνῃρέθη*] Mortis genus hoc Galerio non convenit.

Pag. 313. 4. *Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Μαξεντίου* etc.] Constantius, et Galerius Maximianus, quem hic Auctor intelligit, eodem tempore Caesares creati sunt, et in Reip. administrationem assumpti, a Diocletiano, et Maximiano Herculio: uti supra dictum: soliqne deinceps, post purpuram ab his positam, simul imperarunt; Constantius quidem Gallis, Britanniisque contentus, reliquo imperio omni Galerio concesso.

Pag. 313. 8. *Σαλαμιὰς, πόλις Κύπρου*] forte, *Σαλαμίς*. Pomponius Mela, de situ Orb. l. 2. cap. 7. de Cypro insula, ejusque magnitudine verba habens, haec addit: *ut quae aliquando novem regna ceperit, et nunc aliquot urbes ferat; quarum clarissimae, Salamis, et Paphos*, etc. Stephanus etiam de urb. *Κωνστάντεια, ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς*.

Pag. 313. 16. *ἀπέστειλε Μάξιμον τὸν Καλλικιανὸν*] Scr. *τὸν καὶ Λικινιανὸν* uti infra; sive *Λικίνιον*· utroque enim nomine appellatus est: *Maximum* tamen hunc dictum, nusquam reperio. Nummi ejus Graece ita inscribuntur: *ΑΥ. Κ. ΟΥΑΛ. ΛΙΚΙΝΙΑΝ. ΛΙΚΙΑΝΟΣ. ΣΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καίσαρ Οὐαλέριος Λικινιανὸς Λικίνιος Σεβαστὸς* etc. et Latine: IMP. C. VAL. LICIN. LICINIUS P. F. AUG. *Imperator Caesar Valerius Licinianus Licinius Pius Foelix Augustus.* Licinius vero non a Constantio, sed a Galerio Imperator factus, ideoque probabiliter in bella ista Orientalia missus est. Eutropius lib. 10. *Per hoc tempus Licinius a Galerio Imperator est factus, Dacia oriundus, natus ei antiqua consuetudine, et in bello, quod adversum Narsqum gesserat; strenuus laboribus, et officiis acceptus.*

Pag. 314. 6. *ἐκέλευσεν ἅρμα κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν*] *Αρμα*, Singul. Num. et *ἅρματα*, plural. pro *Armis*, frequenter occurrunt apud recentiores: hoc tamen loco pro *Exercitu*, sive *Armatis*, poni videtur.

Pag. 314. 11. *τραπταϊστὴς*] Cyrilli Lex. *τραπταϊστία. σχοπιστία, ἐξεταστία*· a verbo *τραπταίζω, Tracto.* Infra etiam lib. 16. habemus *τραπτεύειν* et *τραπτευτὴς*, ab eodem fonte.

Pag. 314. 12. *ἐχαρίσατο ἐλευθερίαν τοῖς χριστιανοῖς*] Vide Euseb. Eccles. Hist. l. 10. cap. 5.

Pag. 314. 15. *ἦν γὰρ μίμος δεύτερος*] *Μίμον δεύτερον* vocat, quem Cicero, *Actorem secundarum partium.* Cic. in Verr. *Ut in Actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum qui est secundarum, aut tertiarum partium, quum possit aliquanto cla-*

Digitized by Google

rius dicere, quam ipse Primarum multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat. etc. Primarum nimirum partium actori, praecipuum fabulae recitandae onus incubuit. Histriones trium horum ordinum, *πρωταγωνιστὴς*, *δευτεραγωνιστὴς*, Graecis dicti sunt: *ἀγὼν* enim etiam actionem Fabulae in Scena significat: unde apud Hesychium, *Αγωνισταὶ*, *οἱ ὑποκριταὶ*, id est, *Mimi*, sive *Histriones.*

Pag. 314. 17. *εἰς βοῦττιν μεγάλην βαλανείου*] *Βοῦττις*, *Βουττίον*, *βουτζίον*, et *Βουτζὴ*, *Butta*, *Dolium*: hic, pro *Labro*, ponitur.

Pag. 315. 7. *ἔξω οὖσαν Δαμασκοῦ τῆς πόλεως*] Chr. Alex. habet, *ἔξω Ηλιου πόλεως*, verisimilius: Mariamme enim vicus uti et Heliopolis, Phoeniciae; Damascus vero, Syriae urbs est. Mariammia Stephano dicitur: *Μαριαμμία*, *πόλις Φοινίκων.*

Pag. 315. 10. *χειρουργηθεὶς τελευτᾷ*] Licinius, a Constantino multis praeliis tentatus, ab eodem tandem penitus devictus, sese dedidit: deinde vero, ut Eutropius testatur, religionem sacramenti, Thessalonicae privatus occisus est.

Pag. 316. 3. *Επὶ τῆς ὑπατείας Σεβήρου καὶ Μαξιμιανοῦ.*] Chr. Alex. ad Constantini annum 1. Constantium Caes. et Maximianum Jovium v. Coss. ponit; Eusebius vero nullos.

Pag. 316. 8. *Καὶ ἡττηθεὶς ἐφοσεύετο ὑπὸ τῶν Βαρβάρων*] Alii omnino aliter ista narrant. Vide Euseb. de vit. Constant. lib. 1. qui haec Constantino, Maxentium Romae imperantem armis petenti, accidisse testatur: Cujus etiam rei narrationem se ab Imperatore ipso posthac accepisse, loco citato profitetur.

Pag. 318. 17. *Εστὼς*] Scr. *ἑστός.*

Pag. 319. 6. *Τοῦ τηγ' ἔτους χρηματίζοντος.*] Aerae Antiochenae annus CCCLXXXIII. respondet anno Christi Eusebiano CCCXXXVI, sive Dionysiano vulgari CCCXXXV, qui Constantini Imp. secundum eundem Eusebium, annus erat XXIX. qui quidem annus in Chr. Alex. a Radero edito deest: idem tamen Chr. a Scaligero editum, ad hunc Constantini annum, Constantium Caes. VI. et Albinum Coss. exhibet, anno sequente *ἄνευ ὑπάτων* relicto. Eodem etiam anno dictos Coss. ponunt Fasti Capitolini.

Pag. 319. 8. *Εγκάθετος.*] Scr. *ἐγκάθητος.*

Pag. 319. 9. *Δηληγάτῳ ἐκάθητο.*] *Δηληγάτῳ*, *Delegatus*; uti et *δηληγατίων*, *Delegatio* apud Suidam. Hesychius etiam, *δηληγατιῶν*, *ἀφορίζων*, qui causis determinandis praeest.

Pag. 319. 18. *Κύραν Ελένην.*] *Κύρα*, pro *κυρία*, *Domina*, apud recentiores frequenter.

Pag. 319. 20. *Ανεκαινίσθη τὸ ποτὲ Βυζάντιον ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γαλλιανοῦ καὶ Συμμάχου*] Mallem *ἐνεκαινίσθη*: Urbs enim haec licet annis ante aliquot, sub aliis Coss. exaedificari coepta fuerit, sub his tamen ad exitum tandem perducta est, atque dedicata; uti etiam testatur Chr. Alex. auctor: qui Coss. hos

Digitized by Google

ponit ad annum Constantini M. XXV. quo anno Hesychius Illustris in Patr. Constant. urbem dedicatam tradit: annus vero hic erat Christi vulgari CCCXXXI, Aerae vero Antiochense annus CCCLXXIX. Auctor tamen noster infra, urbis hujus dedicationem confert in ejusdem Aerae annum CCCLXXVIII. id est in annum Christi vulgarem CCCXXX. qui Constantini Imp. est XXIV. Hieronymus etiam in supplemento suo ad Chr. Euseb. Encaenia haec ponit ad Constantini annum XXIV. quo anno Fasti Capitolini Gallicanum et Symmachum habent Coss. Verum de hac Urbis Constantinopolitanae encaeniorum Epocha, vide Jos. Scaliger de Emend. temp. lib. V. et ejusdem Can. Isagog. l. III.

Pag. 319. 22. *Ποιήσαντος πρόκεσσον ἐπὶ πολὺν χρόνον.*] *Πρόκεσσος*, et *πρόκενσος*, *Processus:* Quocunque Imperator, relicto palatio, proficiscitur apud recentiores *πρόκεσσον ποιεῖν* dicitur, sive terra, sive mari, sive voluptatis tantum, aut etiam religionis causa iter susceptum sit. Peregrinationes vero, sive secessus remotiores, longioresque, *μακρόκενσα* vocabant, id est, *μακρότερα πρόκενσα*. Constantinus de Administr. Imp. cap. 51. *καὶ γὰρ εἰς μακρόκενσα ἀπῆει ὁ μακάριος οὗτος βασιλεύς, οἷον εἰς Νικομήδειαν, εἰς τὸν Ὄλυμπον, εἰς Πύθια· καὶ διὰ τοῦτο ἐπετηδεύσατο τὰ δύο δρομώνια, εἰς ὑπηρεσίαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ.*

Pag. 320. 9. *Κτίσας καὶ φόρον μέγα.*] Scr. *μέγαν. ὁ φόρος*, Forum, recentioribus.

Pag. 320. 13. *Εἰς τὸ Ἴλιον ἑστηκώς.*] Hieronymus in supplemento suo ad Chron. Euseb. numero MMCCCXLVI. *Constantinopolis dedicatur, pene omnium urbium nuditate.* Statuam vero hanc, Apollinis Iliaci fuisse asserit Zonaras: *λέγεται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι στήλην τὸ ἄγαλμα, καὶ μετενεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ Ἰλίου.* Statuae huic Constantinus nomen suum indidit, clavis etiam quibusdam Dominicae crucis capiti insertis: uti idem Zonaras testatur, qui etiam eam ad suum usque tempus durasse asserit, Tom. 3. in Constantino.

Pag. 321. 8. *Κτίσας ἐγγὺς καὶ βασιλικήν.*] *Βασιλικὴν*, proprie eadem est, quae Latinis Regia: sumitur tamen pro structura quavis ampla, et Regali, sive publici sive privati usus: Hoc loco, *Senaculum*, signat.

Pag. 321. 12. *Καλέσας τὸν τόπον, Ἀνγουστιᾶνα.*] Forum hoc *Ἀνγουσταῖον* vocat Procopius: Codino *Ἀνγουστεῶν* dicitur.

Pag. 322. 10. *Διριγευομένην ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.*] Chr. Alex. habet *δηρηγευομένην. δηρηγεύειν*, et *δηριγεύειν*, vel et noster habet *διριγεύειν*, *Dirigere* sonat; vocabulo Latino Graecanicam formam induente. Hinc *δηριγευόμενος*, et *διριγευόμενος*.

Ibid. Καὶ καμπαγίαν] *Καμπάγια*, et *καμπάγια*, Calceamenti quoddam genus: de quo vide Jo. Vossium, de vitiis Serm. et Meursium in Glossario, et Ben. Baldwinum, de Calceo antiq.

Digitized by Google

et Myst. Chr. Alex. habet *γαμβαγίων*; pro quo Haderus, *λαμπαδίων*, reponit; male. Verum locus iste ibidem pessime corruptus, ex nostro restituendus est.

Pag. 322. 13. *Εγείρεσθαι.*] *Εγείρεσθαι* hic, pro *ἀναστῆναι*, *assurgere*. Hesychius, *Εγείρω*, *ἐγέρθητι*, *ἀνάστηθι*.

Pag. 322. 17. *Εν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐτοῦ ὑπατείας.*] Consules initio Magistratus sui, pecunias in populum spargere, mos erat: quod et Imperatores etiam facere consueverunt: idque non solum in coronatione, aut etiam consulatum ineuntes, sed quandoque deponentes etiam: ut ex hoc loco apparet: Forte hoc factum, ob tam insigne opus ad exitum perductum, quale erat instaurata, ac dedicata Constantinopolis.

Pag. 322. 21. *Αφορίσας οἰνοχόα, καὶ βεστία.*] Lego, *οἶνον, πρία, καὶ βεστία. βέστης*, et *βεστίον*, *Vestis*; et *βεστιάριον*, *Res Vestiaria*, sive *Vestiarium*: *βεστιάριος*, *βεστάρχης*, *Vestiarius*. Hesychius *βεστιάριον* habet, per *ι*. *Βεστιάριον*, *τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται*, *καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ*.

Pag. 323. 20. *Κώμην λεγομένην Σουγάν.*] Drepanum, vel ut Stephanus et Cedrenus, Drepana, aliis omnibus dicta est urbs ista.

Pag. 324. 7. *Λεγομένῳ Ἀχυρῶνι*] Ita Hieronymus, Chr. Alex. alii. Eutropius villam vocat: *Nicomediae in villa publica obiit.*

Pag. 324. 10. *Ὢν ἐνιαυτῶν ξ', καὶ μηνῶν γ'.*] Constantinum M. aetatis suae anno LXVI. obiisse asserit Eutropius, lib. 10. *Bellum adversus Parthos moliens, qui jam Mesopotamiam fatigabant, uno et trigesimo anno Imperii, aetatis sexto et sexagesimo, Nicomediae in villa publica obiit.*

Pag. 324. 14. *Ηυρέθη βασιλεὺς ὢν ἐν Ρώμῃ Κωνσταντῖνος.*] Constantino M. satis defuncto, imperium inter tres ejus filios distributum est, hoc modo. Constantino, filio natu maximo, Occidentis imperium obtigit, id est Galliae, Hispaniae et Britanniae: Constanti, Italia et Illyricum: Constantio, Thracia, et Orientis totius imperium.

Pag. 325. 1. *Εβασίλευσεν ἐν τῇ Ρώμῃ ἔτη ιβ'.*] Haec Constanti potius, Romae imperanti, competunt. Constantinus enim junior imperii sui anno III. occisus est, uti testatur Hieronymus.

Pag. 325. 3. *Εσφάγη ἐν Μοθώνῃ.*] Quemnam hic locum memorat Auctor? Methonem quidem, Thraciae urbem, habemus apud Stephanum: aliam item ejusdem nominis in Macedonia, apud eundem: Laconiae, tertiam: Persidis, quartam: Euboeae denique quintam: Italiae tamen nullam: qua regione Constantinum juniorem interemptum fuisse, tradunt Scriptores. Eutropius: *Constantinum porro bellum fratri inferentem, et apud Aquileiam inconsultius praelium aggressum, Constantis duces interemerunt.* Eadem habes apud Hieronymum.

Digitized by Google

Pag. 325. 7. *Ἔτη ις'*.] Eutropius Constanti Imperanti annos tribuit XVII; scriptores tamen alii XIII: aut XII. tantum.

Ibid. *Ὅστις ἀῤῥωστήσας ἀπὸ δυσεντερίας ἐτελεύτα.*] Valetudine quidem parum prospera usus est Constans, ut qui morbo articulari obnoxius erat: ex quo tamen non interiit: Magnentii enim factione occisus est, in castro cui Helenae nomen, haud longe ab Hispania, aetatis anno XXX. uti, praeter nostrum, alii omnes.

Pag. 325. 10. *Ἔτη ι'*.] Constantius obiit XXIV. anno post Constantinum patrem mortuum: annis autem IV. ante mortem patris ad regnum provectus est: teste Hieronymo. Anni itaque imperii ejus omnes sunt XXVIII: ideoque ubi apud Eutropium dicitur, Constantium obiisse *anno imperii octavo et trigesimo*, legendum, *octavo et vigesimo*.

Pag. 325. 10. *Ἐξωκιονίτης*.] Ita etiam infra, lib. 15. de Atalaricho: *ἦν δὲ Ἀρειανὸς τῷ δόγματι, ὅ ἐστιν, ἐξωκιονίτης*· ap. Chr. Alex. scribitur, *ἐξωκιονίτης*, rectius, ut Jo. Meursio videtur, qui *ἐξωκιόνιον*, Monasterium fuisse putat, idque Arrianorum: quod ex his Nostri locis confirmari videtur. Pro quibusvis vero Arrianis vocabulum hoc postea positum fuisse videtur: unde legimus apud Chr. Alex. Theodosium Imp. templa Catholicis reddidisse, *Numeris Exocionitis ubique expulsis*, *διώξαντα ἐξ αὐτῶν τοὺς λεγομένους ἀριθμοὺς Ἐξωκιωνίτας*.

Pag. 325. 12. *Ἀββουραρσάκιος ὁ βασιλεύς*.] Scribendum, *Σαββουραρσάκιος*, sive *Σαββουραρσάκης*, uti habetur infra, in Juliano. Compositum vero vocabulum est, quod disjunctim legitur, *Σάπωρ Ἀρσάκης*, id est, *Sapor Rex*, Persarum scil. *ἀρσάκης* enim, *Rex* sonat: uti supra edocti sumus, lib. XI.

Pag. 326. 1. *Κωνστάντιος ἐπίφθονον οἶκον*.] Scr. *ἐπίφατον*. Caeterum versus hi haud sani sunt. Forte legendum, *Κωνσταντῖνος*, ut et versu tertio *Κωνσταντίνου*, uti metri ratio postulare videtur. Constantinus enim Magnus Ecclesiam hanc inchoavit, maximamque ejus partem absolvit: cui tandem sub Constantio F. ad exitum perductae, ista inscripta sunt.

Pag. 326. 2. *πανφανόεντα*.] Lego, *παμφανόωντα*. Hom. Il. *θ'*.

Ἅρματα δ' ἐκλιναν πρὸς ἑωΐπια παμφανόωντα.

Pag. 326. 4. *Θαλάμῃ πόλον*.] Lego, *Θαλαμηπόλος*. *Θαλαμηπόλος*, qui circa cubiculum versatur, Cubicularius.

Pag. 326. 10. *Τοῦ Πυράμου ποταμοῦ*] Leucosyrus olim dictus est, teste Stephano: *Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μάλλῳ τῆς Κιλικίας. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λευκόσυρος.*

Pag. 326. 11. *Εἰσελθὼν ἐν Μαμψουεστίᾳ*] Scr. *Μοψουεστίᾳ*. Stephanus: *Μόψου ἑστία, Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ, ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως.* Urbs haec etiam *Μόψου κρῆναι* dicta est: Cedren. in Constantio: *καὶ ἐλθὼν ἐν Μόψου κρή-*

Digitized by Google

ναις, τελευτᾷ μηνὶ Νοεμβρίῳ γ'. Hieronymus etiam. *Constantius Mopsocrenis, inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno aetatis suae XLV.*

Pag. 326. 12. *ὢν ἐνιαυτῶν μ'.*] Scribend. *μϛ'.* aetatis enim XLV. mortem obiit, teste Eutropio: quem etiam sequitur Hieronymus.

Pag. 326. 13. *Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης.*] Julianus iste Graecis Scriptor. *παραβάτης*, id est, *Transgressor*, passim vocatur: quod tamen nos, Epitheto aeque frequenter Juliano a Latinis imposito, *Apostatam*, reddimus.

Pag. 326. 15. *ὅστις ἐβασίλευσεν ἔτη β'.*] Julianus post Constantii mortem, imperium solus tenuit anno uno, et mensibus VIII. uti Hieronymus, et post eum Jornandes. Eutropius tamen, eum imperium sui anno VII. mortem obiisse testatur: nempe annos illos V, quibus, a Constantio Caesar renunciatus, in imperii consortium adscitus est, annumerans.

Pag. 328. 1. *Εἰπὼν περὶ τῶν αὐτῶν Ἀντιοχέων λόγον.*] *Λόγος* iste a Juliano in Antiochenos scriptus, *Μισοκώων* inscribitur.

Pag. 328. 6. *Διὰ Κύρου τῆς πόλεως*] Scr. *Κύῤῥου:* a Cyrrho enim urbe, Cyrrhestica regio dicta est; uti supra monuimus.

Pag. 328. 12. *διὰ ῥεφερενδαρίου χριστιανοῦ.*] *Ῥεφερενδάριος*, sive *ῥαιφερενδάριος*, a Suida exponitur *ἀναφορεύς*, *Relator*. Vide Jo. Meurs. Glossar. et Jo. Vossium, de vit. Serm.

Pag. 328. 18. *ἀναφραγῆναι τὸ σπήλαιον.*] Ita etiam Chr. Alex. *ἀναφράσσω* tamen, *aperio*, significat, sensu plane opposito. Hesychius: *ἀναφράξαντες* (leg. *ἀναφράξαντες*) *ἀναπτύξαντες, ἀναπετάσαντες.* Forte itaque legendum, *ἀποφραγῆναι.*

Pag. 329. 3. *ὁ Καρηνὸς.*] Lego, *Καῤῥηνός.* Stephanus: *Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποταμίας* etc. *τὸ ἐθνικὸν, Καῤῥηνός.* Pro *Κάραι* etiam, uti noster semper habet, scribendum, *Κάῤῥαι.*

Pag. 329. 7. *τὸ λεγόμενον Κιρσίσιον.*] De Castello hoc vide Procopium, Pers. lib. 2.

Pag. 329. 8. *καὶ τοῦ Ἀββορᾶ.*] *Ἀβόῤῥας* Procopio vocatur fluvius iste.

Pag. 329. 16. *γεφύρης.*] Scr. *γεφύρας.*

Pag. 330. 2. *προηγεῖσθαι αὐτῶν πρὸς κουλκάτορας.*] Scr. *προσκουλκάτορας*, conjunctim. *προσκουλκεύειν*, et *ἐξκουλκεύειν*, *excubias agere*, *explorare*: inde *προσκουλκάτορες*, et *ἐξκουλκάτορες*, *Excubitores*, *Exploratores*. Vide J. Vossium de vit. Serm. et Jo. Meurs. Glossar. His adde Nic. Rigalt. Glossar. in *Σκοῦλται*, et *Σκουλτάτωρες*: licet enim voces hae diversam agnoscant originem, eandem tamen rem signare videntur.

Pag. 330. 8. *Τῶν λαγκιαρίων, καὶ ματτιαρίων.*] *Λαγκιάριοι* sunt *Lancearii*: verum quinam sint Mattiarii hi, non adeo facile est dictu. Vocabulum occurrit aliquoties apud Ammianum

Digitized by Google

Marcellinum, et Zosimum: quod tamen non explicant interpretes. Certe Mattiarios cum Lanceariis ubique junctos invenimus: *Mater* autem, sive *Materis*, aut *Mataris*, teli quoddam genus erat, cujus meminerunt inter antiquos J. Caesar et Livius; quod etiam Lanceae longioris genus fuisse, conjicit doctissimus J. Vossius, de vit. Serm. An igitur *Matari* armatus fuerit Mattiarius noster, aliis inquirendum propono. Militum vero genus hoc Explorationibus idoneum fuisse, etiam ex Ammiano Marcellino colligere licet: qui lib. 21. de Constantino Imp. haec habet: *Qua gratia in laetitiam Imperator versus, ex metu, concione mox absoluta, Arbelionem ante alios faustum ad intestina bella sedanda ex anteactis jam sciens, iter suum praeire cum Lancearis et Mattiariis, et catervis expeditorum praecepit.*

Pag. 330. 18. *Εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμόν.*] Scr. *Τίγρητα*, a *Τίγρης, Τίγρητος:* de qua vocis hujus formatione, vide Eustathium in Dionys. Periegesi.

Pag. 331. 7. *αὐτὸν φθασθῆναι.*] *φθασθῆναι*, aor. 1. pass. infinit. modi, a *φθάζω* inusitato: quam tamen vocem passive usurpatam, alibi haud temere invenies.

Pag. 331. 8. *φησίν.*] Scr. *φασίν.*

Pag. 332. 3. *Δοὺς λόγον αὐτοῖς.*] *λόγος* hoc loco, *Indemnitatis cautionem* significat: quo sensu aliquoties etiam infra occurrit; ut lib. 14. de Eudocia Imperatrice fratres suos accersente: *ἤνεγκεν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, ὑπὸ λόγον, ἐν Κωνσταντινουπόλει:* et lib. 15. in Zenone: *καὶ ἐκβαλὼν αὐτὸν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ὑπὸ λόγον ὅτι οὔτε ἀκοπεφαλίζονται, οὔτε σφαγιάζονται*, etc.

Pag. 332. 10. *Βικάριος τοῦ ἰδίου ἀριθμοῦ.*] Quod Nostro *ἀριθμὸς*, aliis recentiorum *νούμερον* est; *Numerus; Cohors* scilicet: Suidas, *Νούμερα, σπείραι, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμερα, λεγεών. Numerus* vero quantus fuit, ex Cedreno, cum Nostro collato, colligere licet. Ubi enim Noster, de Tzitta, a Justiniano in Armeniam misso Praefecto, habet, *ἀριθμοὺς τέσσαρας·* Cedrenus haec reddit, *χιλιάδας τέσσαρας. Βικάριος* vero, *Vicarius;* qui duplex erat, Politicus et Militaris: *βικάριος ἀριθμοῦ, Vicarius cohortis*, quem Galli, *Lieutenant*, appellant.

Pag. 332. 12. *Μονὰς ιά ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη.*] Ita etiam infra lib. 18. *αἰχμαλωτίσαντες ἐπὶ μονὰς δέκα. Μονὴ, Mansio*, sive *statio* est. Vocabulum hoc sensu usurpatum occurrit etiam apud Theophanem, in Justiniano: *ὥστε ἀπὸ δ' μονῶν τῆς θαλάσσης τὸν Γελίμερα ἀνάλίζεσθαι:* quo loco Anastasius Bibliothecar. *μονάς, Mansiones* vertit. *Et asseverabat omnem securitatem habere illos, et haud metuere quenquam illorum, quod adversus se moveretur exercitus, ita ut a quatuor* mansionibus *malis* (l. maris) *Gelimer moraretur.* Quod vero Theophani, *ἀπὸ δ' μονῶν*, Anastasio *a quatuor mansionibus*, est, apud Procopium scribitur, *ἡμε-*

Digitized by Google

ρῶν τεττάρων ὁδῷ. Lib. enim 1. de bell. Vandal. unde haec ipsa nobis protulit Theophanes, de Belisarii in Gelimerem expeditione verba faciens Procopius, haec habet: καὶ διὰ ταῦτα Γελίμερα πολέμιον, οὐδὲν ἐννοοῦνται, Καρχηδόνος τὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὠλιγωρηκότα τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίων, ἐν Ερμιόνῃ διατριβὴν ἔχειν, ἥ ἐστιν ἐν Βυζακίῳ, ἡμερῶν τεττάρων ὁδῷ τῆς ἠϊόνος διέχουσα· ὥστε πάρεστιν αὐτοῖς πλεῖν οὐδὲν δειμαίνουσι δύσκολον, καὶ προσορμίζεσθαι ἔνθα ἂν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα καλοίη. Itaque δ' μοναὶ Theophanis et Anastasii *Quatuor Mansiones*, sunt *Quatuor dierum itinera*; et Nostri idcirco μοναὶ ιε', sunt, quod nos Anglice dicemus, **Fifteen daies march**, sive spatium illud quod exercitus diebus xv. emetiri solet. In Cursibus etiam Publicis Veredariorum erant σταθμοὶ, id est, *stationes*, sive *mansiones*, Ubi iter facientes Veredos sibi paratos habuerunt. Quae Persis etiam Parasangae erant, a Lazis ἀνάπαυλαι, sive *mansiones* vocatae sunt: uti nos docet Agathias lib. 2. Harum tamen *mansionum* neutra ad nostrum propositum facere videtur.

Pag. 332. 19. *Ενδεδυμένον ζάβαν.*] Chr. Alex. habet, *ἐνδεδυμένον ὑπάτου σχῆμα. Ζάβα* tamen indumentum est Militare, quod *Loricam*, reddit Suidas, in *Ζαβαρεῖον. Ζαβαρεῖον, ἐν ᾧ αἱ ζάβαι, αἵ εἰσιν ὅπλα πολεμικὰ, ἀπόκεινται· ζάβα γὰρ τὸ λωρίκιον.* Justinianus etiam Novell. LXXXV. *κωλύομεν γὰρ τοὺς ἰδιώτας ἐργάζεσθαι καὶ ὠνεῖσθαι τόξα καὶ βέλη, σπάθας τὲ καὶ ξίφη, (ἅπερ καλεῖν εἰώθασι παραμήρια,) καὶ τὰς λεγομένας ζάβας, ἤτοι λωρίκια*, etc.

Pag. 332. 20. *Εν πόλει λεγομένῃ Ασίᾳ.*] Chr. Alex. habet, *ἐν κώμῃ λεγομένῃ Ραδίᾳ.*

Pag. 333. 4. *ὦ Ἥλιε, ἀπώλεσας Ιουλιανόν*] Alii eum blasphemam animam hisce tradunt evomuisse: *ΝΕΝΙΚΗΚΑϹ ΓΑΛΙΛΑΙΕ, Vicisti Galilaee.*

Pag. 333. 5. *ἔτους κατὰ Αντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος νιά'.*] Annus Aerae Antiochenae cccoxi, anno Christi vulgari ccclxii. respondet, id est anno Christi Eusebiano coclxiv: quo etiam anno Hieronymus Juliani ponit obitum.

Pag. 333. 8. *Κόμητος τῶν δομεστίκων.*] *Δομέστικοι*, praeter alias multas significationes, etiam cohortem significat, Imperatoris custodiae destinatam, ex equitibus utplurimum constantem; unde Suidas: *Δομέστικοι, οἱ τῶν Ρωμαίων ἱππεῖς· οἱ κατὰ Ρωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται.* Zonaras etiam Annal. Tom. 2. de Diocletiani patre: *ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί· δομεστίκους δέ τινες τοὺς ἱππέας νομίζουσιν*, adeo ut Jovianus, Imperatorii satellitii Praefectus fuisse videatur. Hieronymus, *Primicerium Domesticorum*, vocat.

Pag. 333. 13. *Πρὸ τοῦ διαφαύσει.*] Lego, *διαφαύσαι.* Chr. Alex. *διασαφῶσαι*, mendose.

Pag. 333. 14. *τὸ ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος ἀπλησιῶν.*]

Digitized by Google

Απληπεύειν, applicare, Castra metari: et *ἄπληπτα, Fossata, Castra:* vocabula haec a Latino *applico* formata, hoc sensu passim occurrunt apud recentiores.

Pag. 333. 17. *ὧν ἐνιαυτῶν λγ'.*] Legendum, *λα'.* Eutropius, lib. 10. testatur Julianum interfectum esse, *anno aetatis altero et trigesimo.* Chr. Alex. interim corrigendum, quod habet, *ὧν ἐτῶν λς'.* Hieronymus tamen longissime omnium a vero abest, annos XL. ei tribuens.

Pag. 333. 20. *Ηνεψγμένους.*] Scr. *ἀνεῳγμένους.*

Pag. 334. 4. *Ο ἐπίσκοπος Βασίλειος διωπνίσθη.*] Narratiunculam hanc habes etiam apud Chron. Alex. Verum futilia sunt haec omnia: Basilius enim, Juliano superstite, presbyter tantum erat; sub Valente vero Episcopus tandem factus est; cujus rei testes habemus locupletes Niceph. Hist. Eccles. lib. 11. cap. 17 et 18. Sozomen. lib. 6. cap. 15. Socrat. lib. 4. cap. 21.

Pag. 334. 5. *Ὡς συμπράκτορα αὐτοῦ.*] Raderus apud Chr. Alex. *συμπράκτορα* etiam vertit, *studiorum socium:* atque hanc interpretationem confirmare videntur, quae infra habentur in Chron. Alex. de Theodosio Jun. et Paulino, qui ibidem vocatur Theodosii *συμπράκτωρ καὶ φίλος·* non modo enim familiaritate conjuncti, sed et literis etiam una imbuti fuerant. Vide etiam Niceph. lib. 10. cap. 1.

Pag. 334. 11. *Εὐτρόπιος ὁ χρονογράφος ἦν τισι τούτων οὐχ' ὡμοφώνησεν.*] Nec mirum: Paganus enim erat Eutropius.

Pag. 334. 14. *Ἰουβιανὸς, ὁ υἱὸς Ουρανιανοῦ.*] Zonaras habet, *υἱὸς Βαρωνιανοῦ*, rectius: Varroniani enim filius erat: Varronianum etiam ipse filium habuit, quem Caesarem creavit: *Ουαρωνιανοῦ*, itaque forte noster scripserit. Imperator vero iste Eutropio Jovinianus dictus est; Ammiano Marcellino, Juvianus dictus fuisse videtur: qui hoc nomen ideo exercitui arrisisse scribit, eo quod unica tantum litera a Juliano discriminatum erat: Marcellinus lib. 25. Scriptorum Graecorum, Latinorumque plurimi, *Ἰοβιανὸν* vocant: noster *Ἰουβιανὸν*, et *Ἰοβιανόν.*

Pag. 334. 15. *Επὶ τῆς ὑπατείας Σαλουστίου.*] Julianus enim Imp. Salustii collega, jam mortuus est.

Pag. 335. 4. *Βασιλεὺς Περσῶν Σαββουραρσάκιος.*] Qui aliis *Σάπωρ*, et *Σαπώρης*, Nostro utplurimum *Σαββουραρσάκιος* est, id est, *Σάπωρ ἀρσάκης, Sapor Rex*, uti supra monuimus. Chr. Alex. habet, *Λαβουαρσάκιος*, mendose.

Pag. 335. 7. *ὀνόματι Σουρήσανᾶν.*] Chr. Alex. hunc, *Σουρήναν*, vocat.

Pag. 336. 1. *Πατρικίου Αρινθέου.*] Scr. *Αρινθέου*, sive *Αρινθαίου*, uti habet Chr. Alex.

Pag. 336. 4. *τὴν λεγομένην Νίζιβιος.*] *Νίζιβις*, pro *Νίσιβις*; corrupta recentiorum scriptura. Nisibis vero a quibusdam, Antiochia Mygdoniae dicta est; asserente Theodorito Hist. Eccles.

Digitized by Google

lib. 2. cap. 30. *Νίσιβις, ἣν Αντιόχειαν Μυγδονίας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῶν Περσῶν καὶ Ρωμαίων ἡγεμονίας.* Pro Nostri vero *Νιζτίβιος*, Chr. Alex. habet *Νησιβέων*.

Pag. 336. 11. *Καὶ καταφθάσας ὁ βασιλεὺς Ιουβιανὸς τὸ Νιζτίβιος πόλιν.*] Scr. *τὴν Ν. πόλιν*· Ista vero supplenda sunt, apud Chr. Alex.

Pag. 337. 3. *χριστιανοῖς ἐνεχείριζε τὰ πράγματα.*] Chr. Alex. habet, *ἐνεχείρησε*, mendose. Verum ista, quae ibi depravatissime leguntur, ex nostro restituenda sunt.

Pag. 337. 11. *Ἐν κώμῃ λεγομένῃ Διδάστανα.*] Scr. *Δαδαστανᾶ*. Hieronymus: *Jovianus cruditate, sive odore prunarum, quas nimias adoleri jusserat, Dadastanae moritur.* Vide et Socratem, Theodoritum, Sozomenum, alios.

Ibid. ὢν ἐνιαυτῶν ξ'.] Mortuus est Jovianus anno aetatis suae XXXII. teste Eutropio, lib. 10. ad finem: *Decessit imperii mense septimo, tertio decimo Kal. Martias: aetatis, ut qui plurimum, ac minimum tradunt, tertio et trigesimo anno.*

Pag. 337. 12. *Εβασίλευσε Βαλεντινιανὸς, ἐν Νικαίᾳ πόλει.*] *ἀναγορευθεὶς* supplendum videtur. Cedren. *Ουαλεντινιανὸς ἀνηγορεύθη ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας*, etc.

Pag. 337. 13. *Ἔτη ις'.*] Valentinianus Imp. salutatus, fratrem Valentem in imperii consortium statim adscivit. Valens tamen iste, quo superstite diem suum obiit Valentinianus, XIII. tantum annos imperasse infra dicitur: numerus itaque hic corruptus. Forte itaque scribendum, *Ἔτη ια'*· XI. enim imperii anno mortuum Valentinianum tradit Hieronymus.

Pag. 337. 18. *Ἔπεμψεν εἰς Σαλαβρίαν.*] Chr. Alex. habet, *Ολυμβρίαν*· Caeterum Valentinianus, cum Juliano Imp. Praefectus cohortis esset, ob spretos ejusdem ritus Gentilitios, militia exutus, et in Melitinam, Armeniae urbem, exul missus est, uti testatur Sozomenus, Hist. Eccles. lib. 4. cap. 6.

Pag. 338. 3. *διεδέξατο τὸν αὐτὸν ἔπαρχον Σαλούστιον.*] Haec ita reddit Chr. Alexandrini Interpres: *Salustium Praefectum praetorio recepit:* male omnino, contraque verborum vim. *Διαδέχεσθαι* enim apud Authores hosce, sonat, *διάδοχόν τινι δοῦναι, Successorem alicui dare*, sive, Magistratu abdicare. Hoc maximum nimirum severitatis suae *τεκμήριον* exhibuit Imperator Valentinianus, cum nec amico suo charissimo, modo injusti quid in illum objiceretur, parci voluisset. Non itaque Valentinianus Vadimonium pro Salustio promisit; hoc enim accusatorum omnium propulsandorum occasio proculdubio extitisset: sed vadimonium ab eo, criminationibus quibuscunque respondendis, exegit.

Pag. 338. 16. *διέσυρεν ἐκεῖ.*] *διασύρω*, apud Nostrum, significat *Moros trako*; uti etiam paulo infra: *καὶ διατρίψαντος ἐν Ῥώμῃ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Αρκαδίου πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν, βασιλέα Ονώριον· ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν διασύραντος*, etc.

Digitized by Google

Pag. 339. 22. *Πραιπόσιτον τοῦ παλατίου.*] *Praepositi*, imperio Graeco-Romano plurimi fuerunt: hic vero *πραιπόσιτος τοῦ παλατίου*, idem erat, qui et *ἔπαρχος*, sive *ὕπαρχος πραιτωρίων*, quo duplici nomine Procopio dictus est, Goth. 2. et 3. Evagrius *ὕπαρχον τῆς αὐλῆς* vocat: quem etiam summum fuisse magistratum asserit: *τοὺς καλουμένους βίνδικας ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, ἐσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν.* Evagrius Hist. Eccles. lib. 3. cap. 42. Idem *πραιπόσιτος τῆς αὐλῆς*, Simeoni Metaphrasti dictus est. Latinis, *Cura Palatii*, vocabatur, et *Curopalates:* Graecis etiam, mutuato vocabulo, *Κουροπαλάτης*. Vide Jo. Meursii Glossar. et doctissimi Fabroti Glossar. ad Cedren. ubi etiam ipsissimum hunc Auctoris nostri locum habes.

Pag. 340. 6. *πλέξας αὐτῇ.*] Hesychius: *Πλέκει, μηχανᾶται.* Infra etiam lib. 14. de Cyro Praefecto: *καὶ κατεσκευάσθη λοιπὸν, καὶ ἐπλάκη ὡς Ἕλλην ὁ αὐτὸς Κῦρος*, etc.

Pag. 340. 7. *Καὶ προσῆλθεν ἐκείνῃ τῷ αὐτῷ Βαλεντινιανῷ βασιλεῖ. ἢ μόνον δὲ ἐβασίλευσε, κατ' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς* etc.] Locus mutilus: qui ex Chr. Alex. ita restituendus. *Καὶ προσῆλθεν ἐκείνῃ τῷ αὐτῷ Βαλεντινιανῷ βασιλεῖ, κατ' αὐτοῦ τοῦ πραιποσίτου· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς* etc.

Pag. 340. 14. *ἀγανακτήσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, ἐκέλευσε τῇ αὐτῇ γυναικὶ προσελθεῖν αὐτῷ.*] Chr. Alex. habet: *καὶ ἀγανακτήσας ὁ Σαλούστιος, ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ προσελθεῖν τῷ βασιλεῖ*, etc.

Pag. 340. 7. *τῷ πέμπτῳ βαΐῳ πρωΐας.*] Chr. Alex. habet, *τῷ βαΐῳ πρωΐ·* ubi Interpres, *βαΐον, solum*, vertit: qua tamen ratione ductus, non video. Quomodo enim Imperator, dum Circensia spectaret, solus esse diceretur? *πέμπτῳ*, itaque supplendum, ex nostro. *Baΐα* vero munera erant, non ab Imperatore, aut Patriarcha, septimana ante diem tantum Palmarum quotannis distributa; quod Jo. Meursio visum est; unde et nomen sumpsisse putat: sed etiam *ἔπαθλα, βραβεῖα*, Munera sive praemia quaecunque victoribus data. *Baΐς* enim, sive *βαΐον, Palmae ramus:* Palma autem victores olim coronatos fuisse, omnibus notum. Hinc pro Dono, sive munere quocunque, vocabulum deinceps usurpatum. Male itaque Landulphum corrigit J. Meursius, Notis suis in Constantin. Porphyrog. de Administr. Imp. pag. 21. ubi in his verbis, *usque ad solutionem primi* bravii *calcavit:* pro *bravii, baii*, reponendum contendit. *Brabium* enim hoc loco, *τοῦ βαΐου* Cedreni sensum optime exprimit: utrumque enim, tum *βραβεῖον*, tum *βαΐὸν Praemium victori datum*, sensu primo: metaphorice vero, id tempus, quo, certamine finito, praemium victori deferendum erat, significat. Atque hic vocabuli hujus sensus tibique est, apud nostrum. Certa-

Digitized by Google

men vero quodlibet ubi finiebatur, victori Bravium statim datum erat: unde habemus, apud Cedrenum, τοῦ πρώτου βαΐου, apud Nostrum hoc loco, τῷ πέμπτῳ βαΐῳ· et infra, lib. 13. ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου βαΐου· id est, *usque ad vigesimum secundum Certamen finitum*. Praemia vero haec a Principe Victores petere solitos fuisse apparet ex nostro infra, lib. 18. ubi de Juliano Samarita, Tyranno, Circensia spectante verba faciens, haec habet: καὶ τὸ πρῶτον βαΐον ἐνίκησε Νικέας τὶς, ἡνίοχος χριστιανός· et paulo post: καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸν τύραννον, ὀφείλων τιμηθῆναι, — — εὐθέως πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν ἡνίοχον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ.

Pag. 341. 1. *Μαριανὴν, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα.*] Valentinianus Imp. duas simul uxores habuit; priorem hanc, quam Chr. Alex. *Marinam*, Jornandes et Zonaras, *Severam* vocant: ex qua, privatus adhuc, Gratianum filium habuit: alteram deinde, uxore sua eum ad id incitante, sibi sumpsit, nomine Justinam: uti testatur Paulus Diaconus: *Valentinianus, dudum laudante uxore sua pulchritudinem Justinae, sibi eam sociavit in matrimonio.*

Pag. 341. 10. *Βαλεριανός.*] Scr. *Γρατιανός.*

Pag. 341. 13. *Εν καστελλίῳ Βιργιτίνων.*] Locum hunc Brigionem vocat Paulus Diacon. qui etiam Quadorum oppidum fuisse asserit: *Dum apud Brigionem, oppidum Quadorum, legationi responderet, anno aetatis quinto et quinquagesimo, subita effusione sanguinis, quae Graece ἀπόπληξις vocatur, voce amissa, sensu integer, expiravit.* Eadem habemus apud Hieronymum; qui tamen locum hunc, *Brigitionem*, vocat; Sext. Aurel. Victor, *Bergentionem.*

Pag. 341. 15. *Εποίησεν ὁ στρατὸς βασιλέα — — Εὐγένιον.*] Eugenius anno tandem XVI, post Valentinianum mortuum, Valentiniani minoris scil. anno XIII, imperium sibimet usurpavit; quod ad ejusdem usque an. XVII. tenuit: quo tempore a Theodosio Imp. victus, et interemptus est; uti testatur Prosper Aquitanus. Vide etiam Marcellinum Comitem.

Pag. 342. 16. *ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Νίκαια.*] Accidit terraemotus iste tremendus, (quo, ut Hieronymus ait, *Nicaea, quae saepe corruerat, terrae motu funditus eversa;*) Valentiniani et Valentis Impp. anno IV, an. Christi vulgari CCCLXVIII, Indictione XI, ut Noster recte, Valentiniano Aug. II, et Valente Aug. II. Coss. Testem habemus Chr. Alexandrini Auctorem, qui terrae motum hunc accidisse asserit, *μηνὶ Γορπιέῳ, πρὸ ε' ἰδῶν Οκτωβρίων*, (repono, *Σεπτεμβρίων*) v. idus Septembres, sive Septembris die IX.

Pag. 343. 3. *Απελθὼν κτίσαι φαβρίκα ἐκεῖ οἶκον.*] Nugae! Valens commisso cum Gothis bello illo in Thracia, quod Paulus Diaconus, Hieronymus, aliique, *lachrymabile*, nuncupant, penitus debellatus, in vilissimam quandam casulam, vulnere acce-

Digitized by Google

pte, a suis deportatus est: ubi deinde, Gothis supervenientibus, igneque supposito concrematus est. Vide Ammianum Marcellinum, lib. 31. Hieronymum, et Paulum Diacon. lib. 11. supplem. ad Eutrop. Histor. Caeterum Auctoris nostri locus iste aliter etiam satis perplexus est, nec adeo facilis explicatu.

Pag. 343. 8. *Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Αυσονιανοῦ καὶ Ερμογένους.*] Scr. *Αυσωνίου καὶ Ερμογενιανοῦ.* Ad annum enim Valentis ultimum, Fasti Capitolini *D. Ausonium Magnum Poenium Gallum, et Q. Claudium Hermogenianum* Coss. habent. Chr. Alex. Gratiani Imp. anno primo, post patruum scil. Valentem mortuum, Ausonium et Olybrium habet Coss. uti et Socrates etiam Hist. Eccles. lib. 5. cap. 2. et Prosper Aquitan. in supplement. ad Euseb. Chron.

Pag. 343. 9. *Ἔτη ιζ'.*] Ab anno scil. patris Valentiniani II, quo in Imperii consortium ab eo assumptus fuit.

Pag. 343. 11. *Θέων ὁ σοφώτατος φιλόσοφος.*] De septem, quos Suidas enumerat, *Theonibus*, unum sub Theodosio M. ponit: cujus etiam scripta enumerat ista. *Μαθηματικά· Αριθμητικά· περὶ σημείων, καὶ σκοπῆς ὀρνέων, καὶ τῆς τῶν κοράκων φωνῆς· περὶ τῆς κυνὸς ἐπιτολῆς· περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως· εἰς τὸν Πτολεμαῖον πρόχειρον κανόνα, καὶ εἰς τὸν μικρὸν ἀστρόλαβον.* Theonem itaque hunc, nostrum esse, suspicor.

Pag. 343. 15. *Θεοδόσιος ὁ Σπανός.*] Scr. *Ἱσπανός.* Hispanus enim gente erat Theodosius, uti et noster infra habet: atque a Gratiano Imperator renunciatus, non ut Noster, imperii sui anno VI, sed (post Valentem patruum mortuum) primo, uti Prosper vult: Cedrenus tamen Gratianum tres annos solum imperasse, deinde Theodosium sibi imperii socium adsciviase asserit.

Pag. 344. 1. *Ετελεύτησε Βαλεριανός.*] Quemnam tandem hic habemus Valerianum, Gratiani fratrem natu majorem? Supra enim ab ipso Auctore nostro Gratianus, *ὁ υἱὸς Βαλεντινιανοῦ ὁ μείζων*, vocatur, uti revera erat: sed nec filium ullum, Valerianum vocatum, habuit Valentinianus Imp.

Pag. 344. 4. *Ο συγγενὴς αὐτοῦ Βαλεντινιανός.*] Valentinianus iste Gratiani frater Consanguineus erat; ut qui ex eodem patre natus fuit.

Pag. 344. 8. *Εσφάγη, καὶ τελευτᾷ.*] Eodem modo periisse Gratianum etiam tradit Chr. Alex. Auctor, falso uterque: a Maximo enim Tyranno, Andragathium ad id mittente, in Galliis interfectus est. Vide Zosimum, Prosperum, Paulum Diaconum, Zonaram, Cedrenum, alios.

Pag. 344. 10. *ὡς ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν.*] Forte scribendum *αὐτοῦ*, ut ad affinitatem inter Gratianum et Theodosium, ex Gallae Gratiani sorore, a Theodosio in uxorem acceptae, con-

Digitized by Google

tractam respicere putetur Auctor. Quomodo enim Theodosius Senatui toti Constantinopolitano genere junctus diceretur.

Pag. 344. 13. *Γαμβρὸς Γρατιανοῦ.*] *Γαμβροὶ*, secundum Jul. Pollucem, lib. III. sunt *οἱ ἐκ τοῦ γήμαντος οἰκίας*, qui ex Sponsi sunt familia. Hesychius ad *Generum* vocabulum restringit: *Γαμβρὸς ὁ ἀνὴρ τῆς θυγατρός.* Hoc loco, pro *Sororis Marito* ponitur; qui etiam Nostro, aliisque aliter, *γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ*, dicitur.

Ibid. *ἔτη ιζ'.*] Theodosius in imperii consortium a Gratiano Imp. assumptus, una cum eo, et Valentiniano fratre ejus, XIII. deinceps annis imperavit: quo utroque defuncto, cum filiis suis Arcadio et Honorio, III. annis amplius regnat. Vide Prosper. Aquitan. et Marcellin. Comitem.

Pag. 344. 15. *Πανταχοῦ ποιήσας σάκρας.*] Eadem habemus apud Chr. Alex. quae Raderus ita vertit: *Imperator reddidit templa Catholicis, ubique repurgata:* male. Quaenam *Σάκραι* sunt, omnibus jam satis notum.

Pag. 344. 17. *Ἀπὸ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς Γάλλης.*] Gallam quidem, Valentiniani majoris et Justinae filiam, uxore priore defuncta, conjugem habuit Theodosius: Arcadium tamen et Honorium filios ex Flacilla, ut Paulo Diacono, sive Flaccilla, uti in Nummis dicitur, ex uxore priore, susceperat. Hanc Placillam, vocant Zonaras, et Cedrenus, male: ad quorum etiam mentem Chr. Alexandrini Interpres Auctorem suum pervertit, pag. 709. in margine.

Pag. 344. 21. *Τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ μέγα καὶ περιβόητον, τὸ λεγόμενον Τριλιθον.*] Heliopolis multas enumerat Stephanus, inter quas Phoeniciae una est: atque hujus templum hoc loco ab Auctore indigetari ut credam, inducor ex Sozomeni lib. 7. cap. 15. ubi haec habet. *Εἰσέτι δὲ κατὰ πόλεις τινὰς προθύμως ὑπερεμάχοντο τῶν ναῶν οἱ Ἑλληνισταὶ, παρὰ μὲν Ἀραβίοις, Πετραῖοι, καὶ Ἀεροπολῖται· παρὰ δὲ Παλαιστινοῖς, Ραφιῶται, καὶ Γαζαῖοι· παρὰ δὲ Φοίνιξιν, οἱ τὴν ἡλίου πόλιν οἰκοῦντες*, etc. *Balanii* templum hoc vocatur apud Chr. Alex. *Οὗτος ὁ Θεοδόσιος καὶ κατέλυσεν καὶ τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως, τὸ τοῦ Βαλανίου τὸ μέγα καὶ περιβόητον, καὶ τὸ Τριλιθον, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ἐκκλησίαν χριστιανῶν.*

Pag. 345. 3. *Φοινίκην Λιβανισίαν.*] Stephano, *Λιβανουσία*, dicta est: *Ἔμισα, πόλις Φοινίκης Λιβανουσίας·* ubi Emessae nominis variantem scriptionem observare est: quandoque enim etiam *Ἔμεσα*, eodem teste, scribitur. Verum *Εμέζτη*, uti hoc loco habemus, recentiorum sapit barbariem.

Pag. 345. 16. *ἥντινα ἐκάλεσεν Ἐμίμοντον.*] Scr. *Αἰμίμοντον.* Procopius de Justiniani aedific. lib. 4. *ταῦτα μὲν οὖν Ἰουστινιανῷ τῇδε πεποίηται· καὶ ὅσα δὲ αὐτῷ ὀχυρώματα εἴργασται ἀμφί τε τὴν ἄλλην Θρᾴκην, καὶ τὴν νῦν καλουμένην Αἰμίμοντον,*

Digitized by Google

ἐγὼ δηλώσω. Αἷμος vero mons Thraciae est; qui eam a Moesia disterminans, ad Pontum usque Euxinum protenditur. A monte itaque isto, Provincia contermina, Haemimontus dicta videtur.

Pag. 345. 17. *Εποίησε ταβλοπαρόχιον τοῖς κοττίζουσιν.*] *Ταβλοπάροχος* est, qui tabulam Lusoribus exhibet: inde *Ταβλοπαρόχιον*, *Aleatorium*, sive locus Aleatoriae exercendae destinatus: *Κόττος* vero recentioribus, idem quod *κύβος*, *Alea*: unde *κοττίζειν*, *aleam ludere*.

Pag. 345. 18. *τὸ Ελάφιν.*] *Ελάφιν*, pro *Ελάφιον*· diminutivum hoc est ab *ἔλαφος*, *Cerva*; quae bestia Dianae propria erat.

Pag. 345. 19. *ἐποίησε καρουχαρεῖον.*] *Καροῦχα*, *Currus* est, sive Carruca: Hesychius, *Ἅρμα*, *ὄχημα*, *καροῦχα*, *δίφρος*· inde *καρουχάριος*, *Carrucharius*: *καρουχαρεῖον*, *Carrucharium*, sive locus Carrucis recipiendis destinatus.

Pag. 345. 20. *κτίσας πέριξ ὁσπήτια.*] *ὁσπήτιον*, et *ὁσπίτιον* quandoque legitur; a Latino, *Hospitium*.

Pag. 346. 1. *Επὶ τῆς ὑπατείας Μηροβαύδου καὶ Σατουρνίνου.*] Ad Theodosii Imp. annum v Coss. hosce nobis exhibent Prosper Aquitan. Marcellin. Com. et Chr. Alex. hujus tamen posterioris Codices impressi, *Μηρωβάνδου* habent, perperam.

Pag. 346. 10. *ἐπὶ μίλιον ἕνα.*] Scr. *ἕν. μίλιον*, et *μιλιάριον* dicunt Graeci recentiores, quod Latinis *Milliarium* est, sive spatium mille passuum.

Pag. 347. 8. *οἱ Τζάννοι περάσαντες.*] Pontica gens hi sunt, Macrones olim dicti; uti asserit Eustathius in Dionys. Perieg. qui *Σάννους* etiam, et *Τζάνους* eos vocari jussit.

Pag. 347. 13. *Δορράχειῳ πόλει.*] *Δορράχιον* aliis dicitur: Eustath. in Dionys. *περὶ ὃ κεῖται καὶ ἡ τῆς νέας Ηπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Επίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυρράχιον.* Alexander apud Stephan. de urb. *Δυσράχιον* eam vocat.

Pag. 347. 18. *διὰ μιτάτα παράξαντος τὴν πόλιν.*] Ita etiam Cedrenus in Theodosio: *τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτοῦ παραξάντων τὴν πόλιν διὰ μιτάτα, ἐστασίασαν οἱ Θεσσαλονικεῖς.* Theophanes etiam motum hunc Thessalonicae ortum scribit, *διὰ τὰ μιτάτα τοῦ στρατοῦ*. *Μιτάτα*, sive *Μετάτα*, *Metationes* sunt; id est loca, et hospitia exercitui excipiendo designata. Nos Anglice **Quarters** dicimus. Tumultus vero hujus mentionem etiam faciunt Theodoritus lib. 5. cap. 17. et Zonaras, Tom. III. qui tamen de causa silent. Sozomenus etiam, lib. 7. cap. 24. aliam tamen hic a nostro ejus profert originem: quem vide.

Pag. 347. 21. *ἀπώλετο πλῆθος χιλιάδων δεκαπέντε.*] Ita etiam Zonaras: De numero tamen Thessalonicensium, a Theodosio neci datorum non convenit inter Scriptores: Theodoritus, et Glycas, VII tantum hominum millia hac clade cecidisse asserit:

Digitized by Google

Cedrenus utrumque numerum exhibet: *κατέκτανε χιλιάδας ἑπτὰ, ὡς δέ τινες, πεντεκαίδεκα.*

Pag. 347. 23. *ἔμεινεν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας μὴ εἰσερχόμενος εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*] Totos menses VIII a coetu Christianorum publico secretum fuisse testantur Glycas, et Zonaras.

Pag. 348. 8. *Πισινοῦντι τῇ πόλει.*] *Πεσσινοῦς*, Stephano scribitur. *Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας.*

Pag. 348. 10. *ἐν Μεζουλάνῳ ἠῤῥώστησε.*] *Μεδιόλανον* Procopio, Stephano, aliisque dicta est haec urbs. Expeditio autem haec, de qua Auctor noster, in Eugenium Tyrannum a Theodosio suscepta est: post quem devictum, Mediolanum se recipiens Imperator, ibidem haud longe post diem suum obiit. Vide Sozomenum l. 7. cap. 28. Theodoritum lib. 5. cap. 25. et Socratem lib. 5. cap. 24. et 25.

Pag. 348. 11. *ὢν ἐνιαυτῶν ξε'.*] De numero annorum quibus vixit Theodosius, discrepant Auctores: Chr. Alex. cum nostro, annos LXV ei tribuit: Socrates, Sozomenus et Cedrenus, LX; Paulus Diaconus L tantum.

Pag. 348. 12. *ὅτι εἰς Ῥώμην ἦλθεν ὁ Ἀρκάδιος πρὸς Ονώριον* etc.] Alii haec aliter omnino narrant; Theodosium nempe, morti proximum jam se sentientem, Honorium filium Constantinopoli accersivisse, atque imperii Occidentalis curam ei commendasse. Vide Socratem lib. 5. cap. 25. et Sozomen. lib. 7. cap. 28.

Pag. 348. 21. *τοῦ Σπανοῦ.*] Legendum, *Ισπανοῦ*, uti supra monuimus.

Pag. 349. 1. *τὰ πάντα ἔτη εἰκοσιτρία.*] Annos nempe XII cum Theodosio patre, annosque XIII post ejus excessum. Vide Prosper Aquitan. et Jornandem.

Pag. 349. 5. *οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδιακούς.*] Numeri hujus infra etiam mentio, lib. 15. apud Cedrenum item in Arcadio: *ποιεῖ δὲ καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδικούς.*

Pag. 349. 8. *ἐβασίλευσεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ονώριος ἐν Ῥώμῃ ἔτη λα'.*] Post Arcadium fratrem mortuum, annos tantum XV. imperavit Honorius: Auctor itaque hoc loco de toto annorum numero, quibus una cum patre Theodosio, et Arcadio fratre, imperium tenuit, intelligendus est.

Pag. 349. 10. *ἔκλεισε τὸ ἱερὸν τοῦ Σεράπιδος Ηλίου.*] Templum hoc a Theodosio M. eversum fuisse testantur Socrates, Sozomenus, alii; falso itaque hic ab Honorio clausum tantum fuisse dicitur.

Pag. 349. 14. *καὶ πέμψας ἤγαγεν Αλάριχον.*] Eadem habet etiam Zonaras; qui tamen Historicorum hac in re dissensionem recte notat. Vide Paulum Diacon. lib. 13. Socratem lib. 7. cap. 10. Sozomenum lib. 9. cap. 6, 7, 8, et 9. et Jornandem de Regn. succes.

Digitized by Google

Ibid. *ἀπὸ τῶν Γαλίων.*] Scr. *Γαλλίων*, cum duplici λ, uti ipse infra habet: Stephano tamen, et Procopio, *Γαλλία*, sive *Γαλλίαι*, *Gallia* est; et *Γάλλοι*, *Galli*.

Pag. 349. 19. *Τὴν ἀδελφὴν Ονωρίου ἀπὸ πατρὸς, Πλακιδίαν*] Ex uxoribus enim diversis eos suscepit Theodosius; nempe ex Flaccilla, uxore priore, Arcadium et Honorium: ex Galla vero posteriore, Valentiniani M. filio, Placidiam. Caeterum Placidiam hanc, post Alarichum jam mortuum, Athaulfus, affinis ejus, Gothorum rex constitutus, capta iterum Roma, inde abduxit, sibique connubio copulavit: quae postea Honorio fratri, post mariti obitum, Constantio id exigente, a Wallia Gothorum rege reddita est. Vide Paul. Diacon. lib. 14.

Pag. 350. 10. *καὶ Κώνσταν.*] Mallem *Κώνσταντα*. Constans iste Constantini cujusdam filius erat: qui ex infima militia cum esset, ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exortus est: indeque in Galliam transiens, Constantem hunc filium suum ex Monacho Caesarem fecit. Quomodo ergo inter Senatorii ordinis viros eum Auctor enumerat? Vide Paul. Diacon. et Prosper. Aquitan.

Pag. 350. 18. *ἦλθεν ὁ αὐτὸς Ονώριος ἐν Κωνσταντινουπόλει.*] Nihil minus: Occidentis enim imperium, ad vitae suae exitum tenuit. Falso etiam Honorio superstite imperium sibi arripuisse infra dicitur Joannes tyrannus. Vide Jornandem, Paul. Diacon. et Marcellinum Comitem.

Pag. 350. 19. *καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ Ονώριος, ἐμάνη.*] Ineptiae: audi Paulum Diaconum, lib. 14. *Honorius vero postquam cum minore, de quo praemissum est, Theodosio, Arcadii Germani sui filio annis* XV *imperasset; cum jam antea cum fratre* XIII *annis, ac sub patre* XII *regnasset: Remp. ut cupierat pacatam relinquens, apud urbem Romam vita exemptus.* Vide Prosper Aquitan. et Jornandem.

Pag. 350. 20. *ὢν ἐνιαυτῶν μβ'.*] Alii annos XL tantum eum vixisse scribunt: Zonar. *ὑδέρῳ δὲ περιπεπτωκὼς ὁ Ονώριος, θνήσκει, ζήσας μὲν ἐνιαυτοὺς τεσσαράκοντα.* Vide etiam Marcellin. Comit. et Prosper. Aquitan.

Pag. 351. 3. *Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Στελίχωνος, καὶ Ἀβριλιανοῦ.*] Imo nondum natus erat Theodosius Jun. Stiliconem enim et Aurelianum Coss. habemus ad Arcadii an. V, ut Prosper, et Marcellinus Comes, vel ad an. VI, secundum Chr. Alex. Theodosius vero anno sequente, Vincentio et Fravita Coss. uti Auctores dicti testantur, Arcadio natus est. Hujus etiam rei testem locupletem habemus Socratem, lib. 6. cap. 6. ubi de Gainae Gotthi rebellione verba faciens, haec addit: *τέλος δὲ ἔσχεν οὗτος ὁ πόλεμος ἐν τῇ ὑπατείᾳ Στελίχωνος καὶ Ἀυρηλιανοῦ· τὴν δὲ ἑξῆς ὑπατείαν ἐδίδου Φραύϊτος, Γότθος μὲν αὐτὸς τῷ γένει, μεγάλῃ δὲ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Ρωμαίους χρησάμενος, μεγάλα δὲ καὶ ἐν τῷδε τῷ*

Digitized by Google

πολέμῳ ἀγωνισάμενος· διὸ καὶ τῆς τοῦ ὑπάτου ἀξίας μετέσχεν, καθ' ἣν τίκτεται τῷ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ υἱὸς, ὁ ἀγαθὸς Θεοδόσιος, τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Marcellinus tamen, et Chr. Alex. eum, non Aprilis X, sed IV idus mensis ejusdem, sive Aprilis die IX, natum volunt. Anno vero sequente, id est, aetatis suae secundo, Theodosius ab Arcadio patre Augustus creatus est, Arcadio Aug. V. et Honorio Aug. V. Coss. uti Marcellin. Com. et Chr. Alex. testantur. Biennii itaque hic Prochronismus est.

Pag. 351. 4. *τὰ πάντα ἔτη ν'.*] Id est, VIII cum patre Arcadio, et XLII post ejus exitum. Vide Marcellin. Comit.

Pag. 351. 8. *τοὺς τῆς πεδατούρας στρατιώτας.*] Quid πεδατοῦρα hoc loco signet, haud temere dixero: Vocabulum hoc, plurali licet numero, profert ex Mauricio Strateg. XI. cap. 3. et Leone, Constitut. XV, Nic. Rigaltius in Glossario suo; et ex eo, J. Meursius, Gloss. Graecobarb. nec tamen vocis vim explicant. Gloss. vett. apud Rigaltium: *Πεδατοῦραι, Pedaturae, Podismi.* Caeterum videsis locos ex dictis Auctoribus ab eisdem citatos.

Pag. 351. 10. *ἔχοντα μεσόστυλα ξξ.*] Scr. *μεσοστύλια. μεσοστύλιον, Intercolumnium* est, sive spatium inter duas columnas.

Pag. 352. 3. *ἔπεμψεν αὐτοῖς μανδάτα διὰ τοῦ πρωτοκούρσορος.*] *Μανδάτον, Mandatum:* hoc loco *Nuncium* sonat: ut sensus verborum sit; *Per Protocursorem eis nuncium misit.* sive, *eis notum fecit*, etc. Protocursor vero, Cursorum Praefectus est: voce hybrida, ex Graeco *πρῶτος*, et Latino *Cursor*, conficta.

Pag. 352. 16. *εἶλατο.*] Scr. *εἶλετο.*

Pag. 352. 19. *συνδιάγουσα αὐτῷ ἐν τῷ παλατίῳ*] Corrupta haec habentur apud Chr. Alex. Auctorem, qui totam hanc historiam ex nostro descripsit.

Pag. 353. 1. *οὐ χρείαν ἔχω, οὔτε ἀξιωματικὴν*, etc.] Locus mendosus: Chr. Alex. habet, *οὐ χρείαν ἔχω οὔτε βασιλικοῦ αἵματος, οὔτε πλουσίαν, ἀλλὰ καὶ εἰτινος*, etc. Forte legendum, *οὐ χρείαν ἔχω οὔτε ἀξιωματικοῦ, οὔτε βασιλικοῦ αἵματος, οὔτε πλούτου.*

Pag. 353. 3. *μόνον παρθένον, καὶ εὐπρεπεστάτην πάνυ.*] Legerem, *μόνον παρθένος, καὶ εὐπρεπεστάτη πάνυ.* Chr. Alex. habet tantum, *μόνον εὐπρεπὴς πάνυ.*

Pag. 353. 4. *ἀκηκοῶσα.*] Scr. *ἀκηκουῖα.*

Pag. 353. 9. *θυγατέρα γενομένην Λεοντίου τοῦ φιλοσόφου.*] Ita dictus est Philosophus iste ab omnibus Scriptoribus, praeter unum Chr. Alexandrini Auctorem, qui Heraclitum eum vocat. Caeterum lectio haec nostra stabiliri potest ex Photio, Biblioth. num. CLXXXIII, ubi de Imperatricis Eudociae Octateuchi Metaphrasi metrica verba habens, distichon hoc exinde profert.

Λεοντέφην καὶ τήνδε Θεοῦ θέμιδος κάμε βίβλον
Εὐδοκίη βασίλεια Λεοντιὰς εὐπατέρεια.

Pag. 353. 16. *Ουαλέριον καὶ Γέσιον.*] Fratres hosce Zona-

Digitized by Google

ras, Valerium et Genesium, vocat; Chr. Alex. Valerianum et Gesium.

Pag. 354. 2. *ὑμῶν*] Leg. *ἡμῶν*, uti habet Chr. Alex.

Pag. 354. 3. *εὐπορίας τύχην.*] Supple, *καὶ εὐπορ. τύχ.* ex Chr. Alex. ubi etiam *εὐπορίας τυχεῖν* legitur; forte rectius. Interim Interpres, in sequentibus particulam *οὐκ*, desiderari, frustra suspicatur; absque hac enim expostulatio virginis multo est elegantior.

Pag. 354. 9. *λαβοῦσαι αὐτὴν ποιῆσαι ἀξίωσιν.*] *ποιῆσαι ἀξίωσιν κατὰ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, Fratres ejus postulare*, sive, *contra fratres ejus actionem intendere*, cum Radero vertimus: forte tamen *ποιεῖν ἀξίωσιν* hoc loco, *Petitionem*, sive, *Libellum supplicem exhibere*, rectius interpretaremur. *Αξιόω* enim, *oro, peto:* Hesychius. *Αξιῶν, παρακαλῶν·* unde *ἀξίωσις. Petitio, Libellus supplex. Αξιοῦμαι* etiam infra sensu haud multum absimili usurpatur, lib. 18. ubi de Indorum Auxumitarum Rege Romanorum Legatum excipiente narratione facta, verba haec a Rege prolata dicuntur: *διὰ πολλῶν χρόνων ἠξιώθην μετὰ τοῦ βασιλέως Ρωμαίων κτήσασθαι φιλίαν·* quo loco *ἠξιώθην, petivi*, sive *desideravi*, sonare videtur. Actorum etiam cap. 28. ver. 22. *Αξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς.* Ceterum quod hoc loco *ἀξίωσις*, infra et apud Nostrum, et Chr. Alex. etiam, *δέησις* dicitur: adeo ut non sit amplius hac de re dubitandi locus.

Pag. 354. 17. *γεναμένου.*] Scr. *γενομένου.*

Ibid. διὰ λόγων πολλῶν φιλοσοφίας ἀναχθεῖσα.] Imperatricis hujus eruditionis testimonia habentur plurima: quorum nonnulla extant Gr. et Lat. in Bibliotheca Patr. Tom. 8. Photius etiam Eudociae Imp. Metaphrasin Octateuchi metricam laudat, et ejusdem etiam Zachariae, et Danielis Prophetarum Metaphrasin. De Christo etiam Homero-centones, a Patricio quodam inchoati, sed non ad exitum perducti, uti Zonaras testatur, ab eadem deinde absoluti, digestique, in omnium manibus sunt.

Pag. 355. 4. *ἐν τῷ αὐτῆς κουβικλείῳ.*] *κουβικλεῖον*, et *κουβουκλεῖον*, sive *κουβούκλιον*, vel ut apud Chr. Alex. scribitur, *κουβικούλιον, Cubiculum* est: unde *κουβικουλάριος, Cubicularius*, et *κουβικλαρέα, Cubicularia*, apud Graecos recentiores.

Pag. 355. 13. *ὑπὸ λόγον*] Chr. Alex. a Radero editum, habet *ὑπολόγον*, conjunctim, mendose: sed nec vocabuli sensum assecutus est Interpres. De hoc Auctoris loquendi genere, vide quae nos supra notavimus lib. 13. in Juliano Imp.

Pag. 355. 15. *ἔπαρχον πραιτωρίων τοῦ Ἰλλυρίων ἔθνους, τὸν δὲ Ουαλέριον μάγιστρον.*] Quaenam fuerint dignitates istae, in Glossariis, doctorumque virorum in Auctores Annotatis, copiose satis dictum est; ad quae Lectorem mittere potius, quam toties dicta hic inculcare malo.

Pag. 355. 19. *τὴν οὖν ἐκ τῆς γενέσεώς μου βασιλείαν.*] *ἐκ*,

Digitized by Google

pro ἐκτὸς hoc loco poni putamus; itaque ἐκ τῆς γενέσεώς μου, *extra nascendi sortem*, vertimus: Chr. Alexandrini tamen Interpres ista reddit, *ab ipso natali meo:* quam quidem interpretationem omnino improbare haud ausim; rem itaque in medio relinquo.

Pag. 355. 20. ἀντχεῖς.] Chr. Alex. habet, ἀπιθεῖς, rectius.

Pag. 356. 19. καὶ ἐκκουσσεῦσαι.] Chr. Alex. habet, καὶ ἐξκουσσεῦσαι, scriptione Latino vocabulo, magis conveniente: ἐξκουσσεύειν enim, et ἐξκουσσαντεύειν, *excusare*, dicunt recentiores.

Pag. 357. 10. ὅτι οὐδενὶ αὐτὸ ἔπεμψα.] Vel ἔπεμψεν hoc loco scribendum, vel in sequentibus, ἔφαγον.

Pag. 357. 22. ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου οἰκοδομηθήσεται etc.] Optime! si modo Graece Davidus prophetatus fuisset, praetextum speciosiorem ista fingendi habuissent Graeculi hi.

Pag. 358. 11. ἵνα εὐτρεπίσῃς αὐτῷ.] Chr. Alex. habet, ἐντρεπήσῃς· mendose. Caeterum legationis hujusmodi apud Priscum Rhetorem, (quem eundem fuisse cum Prisco illo Thrace, qui bella haec inter Attilam et Romanos descripsisse ab Auctore infra dicitur, probabile est) mentio extat nulla, in Legation. Excerpt. Theodosium quidem de Transfugis, et Tributis postulandi ansam frequentissime eum arripuisse, ibidem testatur Priscus: a Valentiniano vero Imperatore, sororem ejus Honoriam in uxorem, regnumque Occidentale, vel saltem dimidiam ejus partem, dotis nomine, sibi poposcisse.

Pag. 358. 16. ἀπῆλθε πρὸς Ἀλάριχον, πρὸς τοὺς Γάλλους, ὄντα ἐχθρὸν Ῥωμαίων.] Eadem habes apud Chr. Alexandrini Auctorem, qui etiam addit, διὰ Ονώριον. Caeterum haec a vero aliena sunt: Alarichus enim, Honorio adhuc superstite, fatis defunctus est. Forte itaque de Theoderico, Gothorum rege, ista intelligenda sunt: hunc enim Aetius in Romanorum adversus Attilam societatem legatis suis adduxit. Vide Paul. Diacon. et Idacii Chron.

Pag. 358. 18. ἐπολέμησε.] Chr. Alex. habet ἀπώλεσε, rectius.

Pag. 358. 20. εἰς δὲ τὴν συμβολήν.] Raderus ista vertit, *atque ad fidem faciendam;* male omnino.

Pag. 358. 21. ἀπὸ σαγίτας.] Σαγίτα, et σαγίττα, et temporibus etiam sequioribus σαΐτα, *Sagitta* dicta est.

Pag. 359. 2. διὰ τῶν ῥινῶν ἐνεχθεῖσα.] Scr. ἐνεχθεῖσῃ· nisi quis legere mallet, καταφορᾶς αἵματος διὰ τῶν ῥινῶν ἐνεχθείσης. Chr. Alex. habet, καταφορᾷ αἵματος διὰ τῶν ῥινῶν ἐνεχθείς. Caeterum de Attilae mortis genere non convenit inter Scriptores.

Pag. 359. 13. Πατείαν, τὴν περιβόητον φιλόσοφον etc.] Theonis Alexandri Philosophi filia haec fuit, quae ob eximiae suae rerum Astronomicarum peritiae invidiam, ab Alexandrinis discerpta est, uti testatur Hesychius Illustris, de Vir. Clar. his verbis:

Digitized by Google

Υπατία, ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου, καὶ αὐτὴ φιλόσοφος, διεσπάσθη ὑπὸ Ἀλεξανδρέων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυβρισθὲν, καθ' ὅλης τῆς πόλεως διεσπάρη. τοῦτο δὲ πέπονθε, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας. Sed vide etiam Socratem lib. 7. cap. 15. ubi plenior Hypatiae hujus caedis narratio habetur.

Pag. 359. 16. *ἥτις εἶχεν ἐν μέσῳ θαλάσσης ὑπαρχούσας πόλεις ἑκατόν.*] Pomponius Mela de sit. Orb. lib. 2. cap. 7. *Super eas jam in medio mari, ingens, et centum quondam urbibus habitata, Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem κριοῦ μέτωπον immittit*, etc. Scylax etiam Caryandens. de hac insula verba habens; et quibusdam ejus urbibus enumeratis, addit; *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν Κρήτῃ· λέγεται δὲ εἶναι ἑκατόμπολις.* Unde Homerus Iliad. *β'*.

Ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

Pag. 359. 17. *καθὼς περὶ τῆς αὐτῆς νήσου ἐξέθετο ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης·*] Nil tale apparet apud Euripidem quem habemus hodie.

Pag. 359. 20. *ἔχον ἰδιάζοντα θόλα ιβ'.*] *τὸ Θόλον*, neutrum, haud temere alibi invenies. Tholus vero aedificium est forma rotunda extructum, et in acutum fastigium desinens. Hesychius: *Θόλος, στρογγυλοειδὴς οἶκος, δι' ὀστράκων εἰλημμένος.* Caeterum de his plura tibi suppeditabit Lexicon Vitruvianum, a Joanne de Laet recens editum.

Pag. 359. 21. *μία διοίκησις Θόλων παρεῖχεν.*] Locus mendosus: forte legendum, *μίαν διοίκησιν* etc.

Pag. 360. 1. *ἑνὸς καμινίου μόνου.*] *Κάμινος*, *καμίνη*, et apud nostrum *καμίνιον*, *Caminus* est, sive Fornax.

Pag. 360. 20. *ἐν ᾧ χρόνῳ ἀπηγγέλθη ὁ θάνατος Βαλεντινιανοῦ.*] Quaenam habemus hic portenta? Valentinianus enim, post mortuum Theodosium, IV annis superstes erat. Consule, si placet, Prosperum Aquitan. et Marcellinum Comitem.

Pag. 361. 4. *ἐν τῇ ζωῇ τοῦ αὐτοῦ πατρός.*] Alii haec aliter narrant; Antiochumque ab Isdigerde Persarum Rege, quem Arcadius Imp. moriturus, filii sui parvuli Theodosii Tutorem testamento constituerat, ad Imperatoris teneri curam suscipiendam missum volunt. Vide Zonaram et Cedrenum.

Pag. 361. 8. *ἐποίησε πατῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως.*] Zonaras Antiochum Ecclesiae Chalcedonensis clericum factum vult, in aede S. Martyris Euphemiae: *ἀφαιρεῖται δὲ καὶ πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν, αὐτὸς δὲ κείρεται κληρικὸς εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι ναὸν τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας· καὶ θνήσκει μετ' οὐ πολύ.*

Pag. 361. 11. *μετὰ τὸ πλήρωμα τῆς αὐτῶν στρατείας.*] *Στρατεία* hoc loco, uti et aliquoties etiam infra, pro Ordine, sive Dignitate quacunque, qua ab imo usque ad supremum ejus gra-

Digitized by Google

dum, sive Primiceratum, ordine ascendebatur: atque hoc, τὸ πλήρωμα τῆς στρατείας, vocat Auctor noster. Vide infra, lib. 15. in Zenone: Καὶ ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ζήνων, συνέσχε τὸν πατρίκιον Πελάγιον, τὸν ἀπὸ Σιλεντιαρίων, πληρώσαντα, (subaudi, τὴν στρατείαν αὐτοῦ) καὶ ἐλθόντα εἰς τὴν τοῦ πατρικίου ἀξίαν, etc. Lib. etiam 18. in Justiniano: Εἰδοὶ δὲ ὀνομάζονται, διότι πάντας τοὺς προκόπτοντας ἐν ταῖς στρατείαις ὁ βασιλεὺς Ρωμαίων ἐν ἀριστοδείπνοις τρέφει ἐν τῷ αὐτοῦ παλατίῳ, χαριζόμενος ἑκάστῳ τὰ τοῦ πριμικηράτου. Dorotheus etiam, Doctr. XXIII. Ἐν τῷ παλατίῳ εἰσὶ μεγάλαι καὶ λαμπραὶ στρατιαὶ, ὑπόθου τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, τοὺς στρατηλάτας, τοὺς ἐπάρχους, τοὺς σιλεντιαρίους· εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατιαί.

Pag. 361. 19. ἦν γὰρ καθαριώτατος.] Chr. Alex. habet, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ· Verum ab Auctore nostro longiuscule in hac narratione in aliis etiam discedit.

Pag. 361. 21. αὐτὸν ἐπὶ τόπον Δὔγουστε.] Ista vocabula, uncis inclusa, omnino redundant.

Pag. 362. 1. ἐχόλεσεν.] Scr. ἐχόλησεν.

Pag. 362. 6. ἐπίσκοπος γενάμενος εἰς τὸ λεγόμενον Κοτυάειον] Scr. γενόμενος. Alii vero Cyrum hunc, non Cotyaensibus, sed Smyrnensibus Episcopum datum volunt. Vide Zonar. Cedren. et Chron. Alex.

Pag. 362. 7. τὸ δὲ Κοτυάειον πόλις ἐστὶ τῆς Φρυγίας ἐπαρχίας Σαλουταρίας.] Καττυεύειον, urbs haec Eustathio in Dionys. Perieget. dicta est: qui etiam Phrygiae tertiae, Ἐπικτήτου, vocatae eam facit. Phrygia enim Antiquis triplex erat; Phrygia Major, ubi Midas regnavit; Phrygia Minor, Hellesponto contermina; καὶ τρίτη, ἡ λεγομένη Ἐπίκητος, ἐν ᾗ τὸ Καττυεύειον, καὶ τὸ Δορύλαιον, ὡς ὁ γεωγράφος ἱστορεῖ. Stephanus tamen, qui etiam ex Strabone urbis hujus nomen profert, Κοτυάειον vocat: Κοτυάειον, πόλις τῆς Ἐπικτήτου Φρυγίας· Στράβων ιβ'. Itaque Κοτυάειον apud Eustathium omnino reponendum: uti hodie legitur apud Strabon. ipsum, l. 12. τῆς δι' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τε εἰσὶ, καὶ Νακόλεια, καὶ Κοτυάειον, etc.

Pag. 362. 12. ἔκραξαν αὐτῷ προσομιλῆσαι.] προσομιλεῖν, et ὁμιλεῖν, recentioribus *concionem habere*, sonat: unde, *Homilia*, etiam Latinis Concio est.

Pag. 368. 2. καὶ ἐφονεύθη, ὡς μελετήσας τυραννίδα.] Quemnam hic memorat Rufinum Auctor noster? Rufinus quidem Praefectus Praetorio, ut Chr. Alexandrini Auctori, sive Praefectus Orientis, ὁ τῆς ἀνατολῆς ὕπαρχος, uti Evagrio dictus est, Arcadii Imperii sub initio, ob affectatae tyrannidis suspicionem, a militibus occisus est: uti legimus apud Marcellinum Comitem, Prosper. Aquitan. Paul. Diacon. et Evagrium: nec Rufinum illum alium, res novas sub Theodosio minore molientem, proferunt nobis Historici.

Digitized by Google

Pag. 363. 4. *τὸν λεγόμενον Ζτομμᾶν.*] Cedrenus *Ζουμνᾶν* eum cognominatum vult.

Pag. 363. 13. *καὶ τὰ θεώρια.*] Per *θεώρια* intelligo loca Ludis spectandis destinata, sive Theatra, Circos, aut hujusmodi. Quandoque etiam ponitur pro Spectaculis ipsis; ut infra, lib. 17. in Justino Imp. *καὶ ἐπήρθησαν τὰ θεώρια, καὶ οἱ ὄρχηστραὶ ἐκ τῆς ἀνατολῆς*, etc.

Pag. 363. 16. *Περιτίφ.*] Scr. *Περιττίφ.*

Ibid. ἐπὶ τῆς ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου καὶ Ρωμυλίδου.] Si modo his Coss. invasio haec ab Isauris facta est, ad Arcadii potius imperium referri debuit. Theodosius enim junior, bimus tantum, cum Rumorido Consulatum iniit, patris sui Arcadii Imp. anno VIII, secundum Marcellinum Comit. vel IX, ut putat Chr. Alex. Auctor.

Pag. 363. 22. *ἀπὸ τῶν λεγομένων Τροαδησίων συμβόλων.*] Repono *ἐμβόλων*, ex.Chr. Alex. Porticus vero hae Troadenses duae erant, ut ex Marcellino discimus, ad annum 448. *Utramque Porticum Troiadensem, turresque portarum utrasque, ignis subditus exussit.*

Pag. 364. 5. *μετὰ ἐξπεδίτου πολεμῆσαι.*] *Ἐξπέδιτον*, *Expeditum*, exercitus: frequenter occurrit apud recentiores.

Pag. 364. 11. *ἐκ τοῦ τάγματος τῶν λεγομένων Ἀθανάτων.*] Equites lectissimi erant hi; totumque agmen, CCIDC in se continebat. *Ἀθάνατοι. τάγμα ἱππέων παρὰ Πέρσαις μυρίων ἀνδρῶν.* Socrates etiam, lib. 7. cap. 20. *παρελθόντες οἱ καλούμενοι παρ' αὐτοῖς ἀθάνατοι, (ἀριθμὸς δὲ ἦν οὗτος μυρίων γενναίων ἀνδρῶν) μὴ πρότερον ἔφασαν τὴν εἰρήνην προσδέξασθαι, πρὶν ἂν αὐτοῖς (ἴσ. αὐτοὶ) ἀφυλάκτοις οὖσιν τοῖς Ρωμαίοις ἐπιθῶνται.* Caeterum Immortales hi, sub Theodosio Juniore, penitus excisi sunt. Vide Socratem loco citato. Sed nec Romani ab inani hoc titulo, imperio etiam jam languescente, temperabant sibi: unde apud Joannem Curopalat. in Michaele Ducae F. cognomento Parapinacio, *ἀθανάτους* hosce habemus. *εἰ μὴ γὰρ ἦν τοῦτο, εὐκόλως ἂν τὸν Βρυέννιον κατηγωνίσατο, στρατόν τε ἰδιαίτατον ἔχων, οὓς ὀνομάζουσιν ἀθανάτους, καὶ ἕτερον οὐκ ἀγενῆ ἀπὸ συγκλύδων ἀνδρῶν συγκείμενον.*

Pag. 264. 12. *Ἀρεόβινδόν τινα Πέρσην.*] De singulari hoc inter Areobindum et Persam certamine, paucis licet, meminit tamen Socrates, lib. 7. cap. 18.

Pag. 364. 13. *κόμητα Φοιδεράτων.*] *Φοιδεράτοι*, *Foederati*: hoc vero nomine dicti sunt Gothi, sub Romanis militantes: ut apparet ex Jornande de Reb. Get. cap. 21. *Nam et dum famosissimam et Romae aemulam in suo nomine (Constantinus) conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio; qui foedere inito cum Imperatore* XL *suorum millia illi in solatia contra gentes va-*

Digitized by Google

rias obtulere; quorum et numerus, et millia usque ad praesens in Rep. nominantur, id est, Foederati..

Pag. 364. 14. *ὁ δὲ Ἀρεόβινδος ἐβάσταζε καὶ σακάριν.*] *σακάριν*, pro *σοκάριν*, hic poni suspicor: *σοκάριν* vero ex *σοκάριον* fit, usitatissima scriptionis corruptela. Sic *Σωσθένην* apud nostrum habemus, pro *Σωσθένιν*, et hoc pro *Σωσθένιον*. Caeterum quid tandem sit *σοκάριν*, sive *σοκάριον*; aut vocabula illa alia ejusdem familiae, quae infra occurrunt, scil. *σόκος* et *σοκεύω*, libentissime ab aliquo discerem. Certe adeo inauditae sunt hae voces, ut etiam eas suspectas habeant viri eruditissimi, atque ex Auctoribus expungant. Ita in hoc Olympiodori loco apud Photium: *Ἀδάουλφος τοῦτο μαθὼν, προϋπαντιάζει χιλιάδας δέκα συνεπαγόμενος στρατιώτῃ, ἔχοντι ἄνδρας περὶ αὐτὸν Ἀσάρῳ ὀκτωκαίδεκα, ἢ καὶ εἴκοσιν· ὃν ἔργα ἡρωϊκὰ καὶ θαυμάσαι ἄξια ἐπιδειξάμενον, μόλις * σάκκοις ἐζώγρησαν, καὶ ὕστερον ἀναιροῦσι. Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud se habenti; quem gesta heroica, et stupore digna edentem, * scutis adhibitis, vivum aegre capere potuerunt, tandemque occidunt.* Pro *σάκκοις* hoc loco, doctissimus Hoeschelius, licet, ut ipse fatetur, in H. Stephani codice veteri, *σόκκοις* scriptum invenerit, si quid aliud, *σακκίοις* tamen reponendum censet. Andr. Schottus, *σάκοις*, vel *σάκεσι*, omnino legi vult: Scuta scilicet, quam sacculos, hostibus vivis capiendis accommodatiora existimans. Ista quidem parum arridenti; verum unde saniora expectabimus? Mihi certe rem strictius perpendenti subiit tandem suspicari, *σοκάριον*, sive *σόκον*, Laquei quoddam genus esse, hostibus irretiendis, et ex equis deturbandis, idoneum, atque a Gothis, aliisque gentibus barbaris in bella ferri solitum. Atque conjecturam hanc nostram quodammodo stabilire videtur, quod legimus apud Isidorum de Originib. lib. 18. cap. 56. de Laquearii Romanis, verbis hisce. *Laquearium pugna erat, fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos, consecutosque prostrare*, etc. A *σόκος* vero, sive *σόκκος*, fit *σοκκεύω*, *Illaqueo*, laqueo impedio, seu implico. Atque huic vocabuli significationi astipulatur Hesychius, ubi *σοκᾷ*, interpretat, *βροχίζει, ὀχλεύει. βρόχος* enim *Laqueus* est; *ὀχλεὺς* etiam, *Vinculum*, *Ligamen*. Hesychius: *Ὀχλεὺς· μοχλὸς, στρόφιξ, δεσμὸς*, etc. Forte et his cognata est Latino-barbara vox ista, *Soga*, quae *Funis* explicatur a Glossar. Legg. Longobard. lib. 1. tit. 25. leg. 33. *si quis sogas furatus fuerit de bove junctorio* etc. uti nos monet doctissimus Jo. Vossius de Vitiis sermonis. Vocabuli autem interpretatio ista loco huic Auctoris nostri optime convenit: ut et alteri illi, lib. 18. pag. 435. ubi haec habemus: *καὶ καταδιώξαντες οἱ Οὖννοι, ἐσόκευσαν φεύγοντας τοὺς ἐξάρχους Ῥωμαίων· καὶ ὁ μὲν Γοδιλᾶς, ἀποσπάσας τὸ ἴδιον ξίφος, ἔκοψε τὸν σόκον, καὶ ἐξείλησεν.* Ha-

Digitized by Google

bemus hic Duces fugientes laqueis hisce irretitos; unamque eorum Godilam, stricto gladio laqueum discindentem, atque hoc pacto effugientem: nec omnino dubito, quin Adaulphi milites non sacculis, nec scutis, sed Laqueis hisce adhibitis, Sarum tandem vivum ceperint. Pro σάκκοις itaque, in Olympiodori excerptis Photianis, σόκκοις loco suo omnino restituendum. Nec me quicquam movet, quod locus iste aliter se habet apud Cedrenum, ubi haec legimus: ὃς Σώκιστρον κατέχων τὸν Πέρσην, ἐσώκισε, καὶ κατενεγκὼν ἐκ τοῦ ἵππου ἀπέκτεινε· mendosa enim esse haec, nullus dubito, et pro Σώκιστρον, (quod ab imperitis Librariis in Nomen proprium factum est; idque pari jure, quo supra apud eundem in Orestis historia, τὸ Σαρακηνικὸν λίμιτον, in Σαρακηνικὸν Εμετ, (nomen si Dis placet, loci nescio cujusdam) transformarunt) σωκίστρῳ, quo vocabulo Cedrenus, pro Nostri σοκαρίῳ, usus videtur, reponendum. Quid enim aliter de ἐσώκισε, quod proxime sequitur, quodque Xylander adeo caute missum fecit, statuendum est? Sed de his plus satis.

Pag. 365. 3. ἔνθα ἐστὶ Θεοῦ μυστήριον, πῦρ αὐτόματον.] De hoc igne in Lycia e terra sponte erumpente Cedrenus, ex B. Patricio, de Thermis et Inferis: ὅτι δὲ πῦρ ἐστιν ὑποκάτω τῆς γῆς, πειθέτω σε τὸ ἐν Σικελίᾳ, καὶ ἐν Λυκίᾳ προφανῶς ἀναδιδόμενον, etc. Eustathius etiam in Dionys. Perieget. ἱστορεῖται δὲ καὶ ὄρος εἶναι περὶ Λυκίαν, τίκτον πῦρ αὐτόματον· τοῦτο δὲ μέχρι καὶ εἰσάρτι φαίνεται. Mons iste Chimaera dictus est, ut ex Solino discimus, cap. 42. *Quod in Campania Vesuvius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia mons Chimaera est. Hic mons nocturnis aestibus fumidum exhalat: unde fabula triformis monstri in vulgum data est, quod Chimaeram animal putaverunt.*

Pag. 365. 4. ἀπομερίσας.] Forte scribendum, ἀπεμέρισεν.

Pag. 365. 15. τὴν σύνοδον τῶν σμ' ἐπισκόπων ἐν Ἐφέσῳ.] De numero Episcoporum in hac Synodo congregatorum, non convenit inter Scriptores: Cedrenus CCXXX enumerat; Noster CCXL: alii tamen, licet omnes plus ducentorum hanc Synodum faciant, numerum tamen in incerto relinquunt. Codex Conciliorum, a Binio editus, CLIV tantum nomina hodie exhibet.

Pag. 365. 23. προστρέψατο δὲ Ζινζίριχον.] Γιζέριχος aliis Graecorum dictus est; et Latinis etiam Geizerichus, Gizerichus, et Genserichus. Vide Procopium de bel. Vandal. lib. 1. Cedrenum, Glycam, Jornandem, Paul. Diacon. Prosper. Aquitan. etc.

Pag. 366. 3. ἕως τῶν χαλκούργημάτων.] χαλκουργήματα hoc loco, *aeneas statuas*, vertimus; quo sensu etiam vocabulo hoc infra utitur Auctor noster. Vox tamen etiam opus aliud quodcunque aeneum significat: sed nec ab his abstinuit praedo iste, teste Procopio, de bel. Vandal. l. 1. οὔτε χαλκοῦ, οὔτε ἄλλου ὁτουοῦν, ἐν τοῖς βασιλείοις φρισάμενος· ἐσύλησε δὲ καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου νεὼν, καὶ τοῦ τέγους τὴν ἡμισείαν ἀφεί-

Digitized by Google

λετο μοῖραν. τοῦτο δὲ τὸ τέγος χαλκοῦ μὲν τοῦ ἀρίστου ἐτύγχανεν ὄν· χρυσοῦ δὲ αὐτῷ ὑπερχυθέντος ἄδροῦ, ὡς μάλιστα μεγαλοπρεπές τε καὶ θαύματος πολλοῦ ἄξιον διεφαίνετο. τῶν δὲ μετὰ Γιζερίχου νεῶν μίαν μὲν ἢ τὰς εἰκόνας ἔφερε, φασὶν ἀπολέσθαι, etc.

Pag. 366. 4. *λαβὼν αἰχμαλώτους τοὺς περιλειφθέντας συγκλητικούς.*] Captivorum quidem multa millia inde abduxisse Gensericum, memorant Scriptores; Nobiles tamen omnes effugisse, testem habemus Paul. Diacon. l. 15. *Percussis itaque Romanis tam terribili nuntio, nobilibusque simul, aut popularibus ex urbe fugientibus, urbem omni praesidio vacuam Gensericus obtinuit.*

Pag. 366. 11. *Εὐδοκίαν τὴν μικράν.*] Eudocia Minor, haec dicta est, respectu habito ad Eudociam Imperatricem, Theodosii minoris uxorem, hujus vero aviam: Eudocia enim Valentiniani filia erat natu major.

Pag. 366. 14. *Θεοδόσιος μαθὼν ὅτι κατὰ γνώμην Εὐδοξίας*] Imo quinto tandem post Theodosium mortuum anno accidit haec Romae direptio. Vide Marcellin. Comit. et Chr. Alex.

Pag. 366. 21. *εἰσῆλθε λεκτικτίῳ.*] Scr. *λεκτικίῳ*, uti habet Chr. Alexandrin. *λεκτίκιον*, *Lectica* est.

Pag. 367. 8. *στυφόμενος τοὺς πόδας.*] Vide quae supra notavimus ad haec verba, lib. 12. in Severo.

Pag. 367. 14. *πεσόντα.*] Scr. *πεσόν.*

Pag. 368. 3. *καὶ ἔτεκεν Ἰουλιανόν.*] *Ἰουλιάναν*, Julianam quidem, Olybrio filiam ex Placidia Constantinopoli natam, memorat Chr. Alex. Forte itaque *Ἰουλιάναν* etiam apud Nostrum legendum.

Pag. 368. 10. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βασιλέα ἐν τῇ Ῥώμῃ.*] Imo hoc, Marciano Imp. jam defuncto, a Leone M. successore ejus factum est. Vide Evagr. lib. 2. cap. 16.

Pag. 368. 15. *μὴ πολιτεύεσθαι Πρασίνους ἐκέλευσε.*] Locus mendosus: forte legendum, *μὴ πολ. Πρ. κελεύσας*· aut *καὶ μὴ πολ. Πρ. ἐκέλευσε, μήτε στρ.* etc.

Pag. 368. 17. *καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀῤῥωστήσας.*] Morbone aliquo, an ex veneno, Asparis nutu ei dato, interierit Marcianus, dubium relinquit Zonaras: *Μαρκιανὸς δὲ θνήσκει ἓξ βασιλεύσας ἔτη καὶ μῆνάς τινας, ὡς μέν τινες λέγουσι, νοσήσας· ὡς δέ τινες, φαρμαχθεὶς νεύσει τοῦ πατρικίου Ἀσπαρος.*

Pag. 369. 2. *Λέων ὁ μέγας, ὁ Βέσσος.*] Ita etiam Jornandes, de Regnor. Success. *Leo Bessica ortus progenie, Asparis patricii potentia ex tribuno militum factus est Imperator.* Bessi autem Thraciae populus: vide Solinum, cap. 16. Strabo Bessos Illyrico adjudicat, Aemique montis partem maximam eos occupare scribit. Strabo lib. 7. Deinde vero, *ὃς ἐβασίλευσε*, aut quid tale deesse videtur.

Pag. 369. 4. *ὑπὸ Μαρκιανοῦ στεφθείς.*] Hoc falsum esse, supra notavimus.

Digitized by Google

Pag. 369. 10. *Συμεὼν ὁ στυλίτης.*] De Symeone hoc Stylita, vide Evagrium lib. 1. cap. 13, et 14.

Pag. 369. 17. *κατηρέθη Ισοκάσιος ὁ Κοιαιστώριος.*] Forte scripserit Auctor, *κατερήθη*, a *κατερέομαι*, passive sumpto: *κατερέω* enim est, *Accuso.* Mallem tamen *κατηγορήθη*, uti habet Chr. Alex. *Κοιαιστώριος* vero, sive, ut habet Chr. Alex. *Κυαστόριος*, non *Quaestor* est, uti vertit Raderus; sed *Vir Quaestorius*, id est, qui Quaestoris munere aliquando functus est. Isocasium vero munere hoc defunctum fuisse apparet ex paulo infra sequentibus; ubi Jacobus Archiatrus ab Imperatore petit, uti Isocasius Constantinopoli, coram Senatu, et Praefecto Praetorio, non autem Provinciae Praefecto, causam diceret, *ἐπειδὴ Κοιαίστωρος εἶχεν ἀξίας*, *quoniam Munere Quaestorio functus fuerat.* Si enim hoc tempore Quaestor fuisset, non *εἶχεν*, sed *ἔχει* potius scripsisset Auctor. Confirmantur haec ex ipsius etiam verbis hisce; *ἀλλὰ δίκῃ καθαρᾷ δίκασον ἐπ' ἐμοὶ, ὡς ἐδίκαζες σὺν ἐμοί.* Ex quibus verbis apparet Isocasium Pusaei *Κοιαίστωρα*, sive *πάρεδρον*, id est, *Assessorem* aliquando fuisse. Quaestor enim iste Principis, vel etiam Magistratuum minorum Assessor erat. Procopius Goth. lib 1. *Φιδελιόν τε πέμψαντες, ἄνδρα ἐκ Μεδιολάνων ὁρμώμενον, ᾗ ἐν Λιβούροις*, (lego, *Λιγούροις*) *κεῖται, ὃς δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε πρότερον*, (*Κοιαίστωρα δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι*) *Βελισάριον εἰς Ῥώμην ἐκάλουν*, etc. *Misso itaque Fidelio, ex Mediolano, quae Liguriae urbs est, oriundo, hic vero Atalarichi olim assessor fuerat*, (*quam dignitatem Romani Quaestorem vocant*) *Belisarium ad Romam vocant.* Belisarii vero Assessor erat Procopius iste, ex quo ista protulimus. Cedrenus tamen Isocasium hunc, Antiochiae Quaestorem facit.

Pag. 369. 19. *Ἀλγεώτης*] Scr. *Ἀλγεάτης*, ex Stephano.

Pag. 370. 5. *τὰς φωνὰς αὐτοῦ ἔλαβεν.*] Raderus vertit, *accusationem ejus accepit:* ego potius, *Exanimationem*, vertendum, judicavi.

Pag. 370. 10. *αἰτῶν αὐτῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐξασεσθῆναι.*] Scr. *αἰτῶν αὐτὸν ἐν Κ. ἐξετασθῆναι.* De Jacobo vero hoc Medico, vide Marcellinum, in Leone.

Pag. 370. 17. *εἰσελθόντος πρὸ βήματος γυμνοῦ.*] Corrige Chr. Alex. ubi scribitur, *εἰς προδήλου γυμνοῦ.*

Pag. 371. 5. *τὰς κυριακὰς ἀπράκτους εἶναι.*] Eadem habes apud Glycam, part. 4. in Leone I. Imp.

Pag. 371. 11. *Ἀρδαβούριον, καὶ Πατρίκιον, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ.*] Corrige Zonaram, ejusque interpretationem; ubi Patricius, non pro nomine proprio, sed pro Dignitate, accipitur. Verba haec sunt: *μέχρι δὲ τέλους ἀντέχειν μὴ οἷός τε ὤν, εἶκων ἀνάγκῃ, Καίσαρα ποιεῖ, ἀπὸ πατρικίου, τὸν τοῦ Ἀσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν·* Omnino legendum, *Καίσαρα ποιεῖ τὸν*

Digitized by Google

Πατρίκιον, τὸν τοῦ Ἀσπαρος παῖδα etc. *Patricius* enim, sive *Patriciolus*, dictus est Asparis filius natu minor. Habemus ex Jornande, de Reb. Get. et Marcellino Com. quorum utriusque haec verba sunt: *Aspar primus Patriciorum, cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim Patricio, hoc autem Caesare, generoque Leonis appellato, Arrianus cum Arriana prole Spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.* Eodem modo peccat et Cedrenus olim Patricium fuisse ait Marcellinus, inde est, quia ad hunc Leonis Imp. annum XIV, (quo Marcellinus hoc factum vult) anni elapsi fuerant XXV, ex quo Consulatum gesserat Ardabures. Corrigendum etiam Chr. Alex. ubi haec mendosissima habentur. Christophorsonus etiam, Evagrii Interpres, Auctorem suum corrupit, ubi verba ejus pervertens, non Patricium, natu minorem, sed Ardaburium Asparis F. natu majorem, eum creare facit.

Pag. 371. 17. *καὶ συμβολῆς γενομένης μετὰ τῶν ἐξκουβιτώρων.*] Ista vertit hoc modo Chr. Alex. Interpres: *et communicato cum Excubitoribus consilio;* pessime: nec in hoc ipso errore hic tantum est.

Pag. 372. 6. *ἔβρεξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει κονίαν.*] Accidit hoc Leonis Imp. anno XV, ex Vesuvii montis ignitis eruptionibus: uti ex Marcellino Comite discimus, ad dictum annum. *Vesuvius Mons Campaniae torridus intestinis ignibus aestuans, exusta vomit viscera, nocturnisque in die tenebris omnem Europae faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant* VIII *Idus Novemb.*

Pag. 372. 15. *ὅπερ ἐκάλεσε νέον ἔμβολον.*] De incendio hoc, vide Zon. et Cedren.

Pag. 372. 18. *κατὰ Σινζηρίχου Ουανδαλούριγος τῶν Αφρων.*] Lego, *Ουανδάλου, ῥηγὸς τῶν Αφρων.* De praelio vero hoc navali inter Gizerichum (ita enim aliis dictus est) et Basiliscum, vide Procopium, de bello Vandal. lib. 8.

Pag. 373. 2. *ἤτοι λιβέρνου.*] *Λίβερνον* sive *λίβυρνον*, uti aliis scribitur, *Liburna*, est.

Pag. 373. 14. *μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ, ἣν δέδωκεν ἅμα Ρουστικίῳ.*] *Υπατεία* nummus dicitur, a Magistratibus in populum sparsus: uti supra dictum est. Verum haec dissona sunt ab aliis historicis: Olybrius enim et Rusticus Consulatum gesserunt, Leonis Imp. anno VII; cum tamen Anthemius a Leone Romanus Imperator non constitutus fuerit, ante imperii sui annum X. Vide Marcellinum Comit. et Chr. Alex.

Pag. 374. 6. *βασιλεύει.*] Forte scribend. *βασιλεύσει.*

Pag. 374. 9. *διὰ μαγιστριανοῦ.*] *Μαγιστριανὸς, Magistriani*, dicti sunt, Officiales Magistri Officiorum. Vide doctissimi Fabroti Glossar. ad Cedrenum. Apud Nostrum tamen sensu latiore pro Legato quolibet, sive nuncio Regio accipi videtur: ita

Digitized by Google

infra lib. 18. Persis Officiales hujusmodi attribuit: *ὅτε δὲ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς Περσῶν Χοσδρόης, ἐδήλωσε τοῖς πρεσβυταῖς Ρωμαίων, διὰ Πέρσου Μαγιστριανοῦ, εἰσελθεῖν ἐν τοῖς Περσικοῖς*, etc. *Chosroes vero Persarum Rex factus, Romanorum Legatos per Magistrianum Persam monet, uti in Persidem veniant*, etc.

Pag. 374. 11. *ἐναντιοῦται.*] Scr. *ἐναντιῶται.*

Pag. 375. 7. *ἐποίησε πάλιν ἄλλον βασιλέα ὁ Ρεκίμερ ἀπὸ τῆς συγκλήτου τῆς αὐτῆς Ρώμης Μαιουρίνον.*] Omnia hic pessime confundit Auctor noster: Majoranus enim, sive Majorinus, (ut noster, Graecique alii eum vocant) ante Olybrium, Occidentale habuit imperium; inter hos etiam duobus aliis intervenientibus. Regum horum Romanorum series haec est, ex Marcellino, et Jornande: *Majoranus*, a Marciano Imp. rex factus; *Severus; Anthemius*, a Leone Romam missus Imperator: *Olybrius; Glycerius; Nepos;* qui Glycerium, a regno dejectum, Episcopum fecit. Hunc *Νέπον*, infra vocat Auctor, tanquam a *Νέπος*, *Νέπου*· eumque a Recimere Regem creatum asserit, falsissime: Recimer enim ante Olybrium, fatis concessit, teste Paulo Diacono, lib. 16. *Post mensem tertium* (occisi Anthemii) *excruciatus languoribus et ipse* (Recimer) *interit. Mortuo Recimere, Olimbrius Imperator Gundibarum, ejus nepotem, Patritium effecit.*

Pag. 376. 4. *δυσεντερείας.*] Scr. *δυσεντερίας.* De hoc vero Leonis morbo stupendo, vide quae Cedrenus habet.

Pag. 376. 10. *ὁ αὐτοῦ πατήρ.*] Chr. Alex. habet, *ὁ αὐτοῦ πάππος*, mendose: non enim avus, sed pater Leonis erat Zeno.

Pag. 376. 11. *Περιτίου.*] Scr. *Περιττίου.*

Pag. 376. 19. *ὧν ἐνιαυτῶν ζ'.*] Quomodo hoc esse potuit, haud video: Chr. Alexand. tamen annos XVII eum vixisse asserit: uterque proculdubio falso; uterque tamen Nestorianum eundem auctorem habet. Procopius enim eum, haud multos dies natum, Imperatorem salutatum fuisse, scribit: *Τελευτήσαντος δὲ καὶ Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ, παρέλαβε τὴν βασιλείαν Λέων ὁ Ζήνωνός τε καὶ Ἀριάδνης τῆς Λέοντος θυγατρός, ἐς ἡμερῶν ἔτι ὀλίγων που ἡλικίαν ἥκων.* Auctor etiam noster supra, eum *παιδίον μικρὸν* fuisse testatur. Imperium vero tenuit non anno toto uno. Procop. de bel. Vandal. lib. 1.

Pag. 377. 4. *τὸν παραμονάριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας.*] *Μονὴ* recentioribus idem quod *Monasterium;* inde *Παραμονάριος, Monasterii Minister; Mansionarium*, vocat Anastasius. Petrum vero hunc, cognomento *Κναφέα*, sive *Fullonem*, non *Euphemiae*, sed *S. Bassae* Presbyterum fuisse; nec a Zenone Imp. Episcopum creatum, sed Leonis I. anno septimo Episcopatum Antiochenum sibi arripuisse testatur Cedrenus.

Pag 377. 12. *ὡς ἔστι βασιλεύς.*] Chr. Alexandrini Interpres ita vertit: *atque inde Veredis, velut Imperator, properavit in Isauriam:* ac si Imperatorium fuisset, nec exercitu, nec sa-

Digitized by Google

tellitio stipatum sum Veredis fugere. Immo summae potius Zenonis μικροψυχίας argumentum hoc ponit Auctor, eo quod, Imperator licet esset, ad laboriosum hunc, vilemque Cursum descenderet, atque ἵππους ταχυδρόμους, sive Veredis, a socrus suae insidiis etiam se subduceret.

Pag. 379. 7. *καὶ εἰς τὸ παλάτιον.*] Verba haec, et praecedentia a Radero pessime vertuntur, cui in mentem non venit, *εἰς*, cum accusativo, hoc loco, ut et alibi frequentissime pro *ἐν* poni.

Pag. 379. 10. *τὸν αὐτὸν Ἁρμάτιον.*] Armatus iste, et Harmatius, a Scriptoribus varie dictus est.

Pag. 380. 4. *Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Θευδερίχου.*] Nihil minus: Zeno enim ad Constantinopolim reversus est, vel Basilisco et Armato Coss. vel anno sequente, quo vel nulli erant Consules, ut Marcellinus Comes, vel Armatus solus Consulatum gessit, ut Victor vult; quum Theodoricus non ante septimum posthaec, vel octavum annum ad Consulatum provectus fuerit. Vide Chr. Alex. Victorem, et Marcellinum.

Pag. 380. 13. *καὶ ἀνεχρίσθη ἡ θύρα.*] *ἀναχρίω* hoc loco novo plane sensu accipitur, pro, *obturo*: quo etiam modo *παραχρίω* fere usurpatur a Jo. Tzetze Chil. 1. Hist. 14.

Μόνον δὲ ταύτας παρελθεῖν φασὶ τὸν Ὀδυσσέα,
Κήρῳ μὲν παραχρίσαντα τὰ τῶν ἑταίρων ὦτα.

Pag. 380. 23. *Εἰς Εὐχάϊτα εἰς τὴν Ποντικήν.*] Urbs haec varie dicta est, *τὰ Εὐχάϊτα*. ut hoc loco, et apud Cedrenum: *ἡ Εὐχαΐτα*, et *Εὐχάνια* etiam legitur, apud Zonaram. Theodoropolis autem alio nomine deinceps vocata est, uti idem testatur Tom. 2. in Joanne Zimisca. Caeterum Cedrenus Petrum Fullonem a Zenone in Pityos relegatum, ad S. Theodorum vero in Euchaitis clam confugisse asserit.

Pag. 381. 2. *ἐσφάγη ὁ ἐπίσκοπος Στέφανος.*] Eadem refert Evagrius, et ex eo Nicephorus; nisi quod, ubi Noster a Clero, illi a populo Antiocheno Stephanum occisum esse tradunt. Ubi obiter notandum, Nicephori Interpretem *παῖδες Ἀντιοχέων*, qua voce Nicephorus cum Evagrio usus est, *Antiocheni pueri*, inepte reddidisse.

Pag. 382. 1. *ὡς τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, φησὶ, πιστὰ φυλάξας.*] Chr. Alex. habet, *πῶς τῇ ἐμῇ βασ. πιστὰ φυλάξει*· ad quam lectionem Codicem etiam nostrum MS. recenti manu correctum inveni. Caeterum ubi sensus aliquis inde elici poterit, lectionem veterem retinere satius est.

Pag. 382. 6. *κατὰ τὸ Δέκιμον.*] Chr. Alex. habet, *κατὰ τὸ δόκιμον*, corrupte: quod a Radero redditur, *in speciem*, etc. Caeterum *τὸ Δέκιμον* loci cujusdam Circo vicini nomen fuisse videtur. Occurrit iterum infra, ubi de Illo ab Imperatrice insidiis petito mentio facta est: *καὶ Ἰκτινοῦ ἀγομένου, ὡς ἀνέῳγεται διὰ*

Digitized by Google

τῶν πονηρῶν ἐπὶ τὸ Δέκιμον, ἔκρουσεν αὐτὸν ὁ προτρεπὴς σολάριος, etc.

Pag. 383. 1. εἰς τὸ Γαργαζὶ ὄρος.] Chr. Alex. legit, εἰς τὸ καλούμενον Γαργαρίδην· Suspicor legendum τὸ Γαριζὶν ὄρος. Mons enim Garizin Samariae imminet; in quo celeberrimum erat templum illud a Samaritanis sacrificii, et Orationis causa frequentatum, atque causa tali extructum. Tempore Alexandri Macedonis Manasses, Jaddi Pontificis Judaeorum frater, eo quod alienigenam duxisset uxorem, Nicasam nempe, Sanabelletis Samariae ducis filiam, ab altari pulsus est. Socero Manasses rem defert, qui ei pollicetur, si filiam suam retineret, se ei et sacerdotium conservaturum, atque etiam Pontificem, et ducem eorum locorum quibus ipse imperaret, eum creaturum. Annuit Manasses: extructo itaque in Garizino monte templo, Sanabellet generum suum Pontificem ibidem constituit, cui exinde adhaesit populus Samaritanus. Vide Josephi Antiquit. Judaic. lib. 11. c. 8. Ad hunc montem respexit Samaritana, Joh. c. 4. dicendo, *Patres nostri in hoc monte adorarunt*, etc.

Pag. 383. 3. μὴ στρατεύεσθαι Σαμαρείτην.] Poenae hujus, qua Criminalibus aliquando Civili, quandoque Militari tantum, est et ubi alterutro munere fungendo interdictum fuit, frequens apud Auctores occurrit mentio. Noster etiam supra haec habet, in Marciano, qui tumultuantes Prasinos poena hujusmodi coercuit: ὅστις καὶ διάταξιν αὐτοῦ θείαν ἐξεφώνησε, (ταραχῆς γενομένης παρὰ τῶν τοῦ Πρασίνου μέρους) μὴ πολιτεύεσθαι Πρασίνους, μήτε στρατεύεσθαι, ἐπὶ ἔτη τρία.

Pag. 383. 5. ὁ υἱὸς Οὐαλέμερος.] Theuderichus, sive Theodericus, Theodemiris erat filius, Valemir vero ejus patruus erat. Vide Paul. Diac. lib. 16. et Jornand. de Reb. Get. cap. 52.

Pag. 383. 14. ὁρμήσας ἐπὶ τὴν Ρώμην.] Ista a vero aliena sunt: non Romam enim, sed Ravennam tenuit Odoacer: qua post triennalem tandem obsidionem capta, Theudericus Odoacrem, dolo licet, interemit tamen: uti testantur Procopius Gothic. lib 1. Paul. Diacon. lib. 16. Jornand. de rebus Geticis, cap. 57.

Pag. 383. 19. ἔτη μζ'.] Triginta tantum annos eum regnasse asserit Jornandes, de Regn. Success. in Zenone.

Pag. 384. 1. καὶ τὰ κωδικιλλια.] Scr. κωδικίλλια. κωδικίλλος, et κωδικίλλιον, *codicillus.*

Pag. 384. 3. καὶ τοὺς σκηπίονας δὲ τῶν ὑπάτων.] σκηπίων, et σκιπίων Scipio est; quo vocabulo Auctor Symbolum, sive Insigne Consulare signare videtur.

Pag. 385. 1. ὁ ἔκγονος αὐτοῦ Ἀλάριχος.] Scr. Ἀταλάριχος. Theuderichum enim in regno excepit nepos ejus Athalaricus. Amalasuenthae filiae, et Eutarici filius. Vide Jornand. de reb. Getic. cap. 69. Procopium etiam, Gotthicor. l. 1.

Digitized by Google

Pag. 385. 2. *ὃ ἐστιν Ἐξακιονίτης.*] Legendum, *Ἐξωκιονίτης*, uti supra monuimus. Chr. Alexandrini Interpres ista Atalaricum respicere vult: Ego vero ad Theudericum potius referenda existimo, qui quidem Arianus erat: quum Athalaricus, ob aetatem teneram, (octennis enim tantum, ut Procopius Gothic. l. 1. vel saltem vix decennis, ut Jornandes vult, ad regnum evectus est) de controversis fidei Articulis ut parum sollicitus fuerit, necesse est.

Pag. 386. 15. *ὀρχιστὰς ἐμμάλους μικροὺς τέσσαρας.*] Scr. *ὀρχηστὰς ἐμμάλλους*; ut infra etiam habemus *Χρυσόμαλλον*, et *Καράμαλλον*· quae omnia a *μαλλὸς*, *vellus*, *Coma promissa*, composita videntur. Verum unde nomina ista saltatoribus, sive Pantomimis hisce indita fuerint, libenter ab aliquo ediscerem, utrum ab Insignis, sive Indumenti genere quodam, necne: propria enim eorum nomina haec non fuisse, ex Auctoris verbis satis apparet, et quod unicuique eorum vocem *ἔμμαλλον* attribuit. Caramallum tamen, Pantomimum nobilem, a Scriptoribus variis memoratum invenio: inter quos Apollinaris Sidonius, Carm. 23. ad Consentium Narbonens. haec habet:

Coram te Caramallus, aut Phabaton,
Clausis faucibus, et loquente gestu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in schemate vel semel latebit.

De altero illo *χειρονόμῳ* nihil alibi inveni; verum Caramallum hunc ipsum Auctoris nostri saltatriculum fuisse facile crediderim: hisce enim ipsis Zenonis Imp. temporibus, quo Caramallus Constantinopolim adductus est, floruit Apollinaris. Anne hunc etiam intelligat Speusippus, ad Panaretam Pantomimam scribens, apud Aristaenetum Epist. lib 1. ep. 26. his verbis: *Ἕνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον τὸν πάνυ ἁπάντων ἔχεις τὴν μίμησιν ἀκριβῆ*, videant Eruditi. Leontius etiam Epigrammatista Anthолog. lib. 4. Caramallum quendam *ὀρχηστὴν* hoc celebrat carmine:

Μουσάων δεκάτη, Χαρίτων Καράμαλλε τετάρτη,
Τερπωλὴ μερόπων, ἄστερος ἀγλαΐη.
Ὄμματά σοι, καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα, καὶ Μουσῶν κρείσσονα, καὶ Χαρίτων.

De Chrysomallo Saltatore nihil mihi alibi occurrit: Chrysomallam tamen saltatriculam quandam habemus, Theodorae Imperatricis, Justiniani uxoris, amicam familiarem, apud Procopium Caesariens. in Histor. Arcan. *Χρυσομαλλὼ δὲ αὕτη πάλαι μὲν ὀρχηστρὶς ἐγεγόνει, καὶ αὖθις ἑταίρα*, etc. Eadem habes apud Suidam: *Χρυσομαλλὼ ὄνομα ὀρχηστρίδος, εἶτα ἑταίρας· ἤκμαζεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας.* Saltatorum autem horum usus erat ad populi oblectationem, sed praecipue ad sedandos Factionum tumultuantium frequentissimos motus. Discimus

Digitized by Google

ex Theodorici Regis ad Agapitum Urb. Praef. epistola, apud Cassiodorum Variar. lib. 1. ep. 32. ubi haec habentur: *Verum ne posthac ulla possit iterum furiosa contentio provenire, Helladius de medio voluptatem populo praestaturus introeat; habiturus aequalitatem menstrui cum caeteris Prasini pantomimis.* Vide et ejusdem lib. 1. ep. 20. ubi Helladium et Theodorum, Pantomimorum par, populi electioni proponit Theodoricus Rex. Helladius autem iste idem forsan fuerit cum hoc ejusdem nominis saltatriculo, quem Auctor noster infra Russatis a Longino datum fuisse scribit: qui post Zenonem mortuum Romam se recipere potuerit: peregrinum enim eum illuc advenisse apparet ex dicta Theodorici Regis Epistola Cassiodor. Variar. lib. 1. ep. 20. Theodoricus autem Gothus hoc ipso erat tempore: Constantinopoli enim educatus, et a Zenone Imp. filius etiam adoptatus, ab eodem ad Italiam ab Odoacris, ejusque Barbarorum manibus liberandam missus est; quo bello post triennium absoluto, regnum Italiae longo deinde tempore tenuit: uti testatur Jornandes de Reb. Get. cap. 57. et 59. Vide etiam Paul. Diacon. lib. 16. de Gest. Roman.

Pag. 387. 3. *καστελλον.*] Scr. *καστελλιον. κάστελλος*, et *καστέλλιον*, pro *Castello* dixere Graeci recentiores.

Pag. 387. 14. *ἐκρουσεν αὐτῷ ὁ προτραπεὶς σχολάριος.*] Leg. *αὐτόν. Scholarios* vero, sive *Scholares* dictos fuisse militum manipulos quosdam, ad Imperatoris, et Palatii custodiam destinatos, non est, post tam multas doctorum virorum de hac re observationes, quod ego hic monerem.

Pag. 387. 16. *ὁ σπαθάριος τοῦ Ιλλου.*] *σπάθη*, et *σπαθίον, Spatha*, sive *Ensis* est: inde *σπαθάριος, ensifer, satelles:* ubique occurrit apud recentiores tum Graecos, tum Latinos.

Pag. 388. 13. *καὶ κατῆλθεν ὁ πατρίκιος Ιλλους.*] Mallem, *καὶ ἀπῆλθεν.*

Pag. 389. 6. *καὶ ἀνῆλθαν μετὰ Βηρίνης.*] *καὶ* omnino redundat.

Ibid. εἰς τὸ Παπύρις καστέλλιον.] Evagrius Eccles. Hist. lib. 3. cap. 27. rebelles hosce *πρὸς τὸ Παπιρίου λεγόμενον φρούριον* se contulisse scribit. Jornandes etiam de Regn. Success. castellum hoc Papyrium vocat: *Additoque supersolito Isaurus dono, omnes simul conspirant contra Zenonem, cujus thesauris in Papyrio castello munitissimo repertis desaeviunt.* Marcellinus item: *Leontius interrex, et Illus Tyrannus in Papyrio Isauriae castello capti decollatique sunt.* Forte itaque Auctor noster scripserit, *εἰς τὸ Παπύριον καστέλλιον.*

Pag. 389. 10. *καὶ πρόοδον δεδωκότες* etc.] Locum hunc pessime auspectum habeo, nec video quinam sensus clarus inde elici poterit: doctis itaque enucleandum permitto.

Pag. 389. 19. *ἀγαναιτηθείς.*] Vocabulum hoc a nostro fre-

Digitized by Google

quenter usurpatur, diciturque de eo, qui in iram, sive offensam alicujus incidit. Ut lib. 18. *μηνὶ Ἰουνίῳ ἐνδικτιῶνι τῇ αὐτῇ ἐδέχθη ὁ ἐπίσκοπος Ῥώμης, Βιγίλιος, ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ἦν γὰρ ἀγανακτηθεὶς, καὶ προσφυγὼν χρησάμενος εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον* etc. Exempla passim occurrunt. Quod autem hoc loco dicit, *ἦν ἀγανακτηθεὶς*, ad finem ejusdem lib. 18. inquit, *ὑπὸ ἀγανάκτησιν γέγονεν*, de Belisario verba habens: *καὶ ἀμφοτέρων συσχεθέντων*, etc. *κατεῖπον Βελισσαρίου τοῦ πατρικίου· καὶ ἐκ τούτου ὑπὸ ἀγανάκτησιν γέγονεν.*

Pag. 390. 7. *διαδέχεταί τις ἀπὸ Σιλεντιαρίων.*] Verba haec sonant, ac si Anastasius Silentiarii officio dudum functus fuisset: quomodo etiam invenimus *ὁ ἀπὸ ὑπάτων, ἀπὸ νοταρίων*, de eis scilicet dictum, qui muneribus istis jamiam defuncti sunt: quod et proprie etiam in sequentibus dictum est de Pelagio Patricio, qui Silentiariorum gradus omnes praetervectus, ad Patriciam jam dignitatem ascendisset. Omnes tamen Scriptores alii eum ex Silentiario Imperatorem salutatum tradunt. Vide Marcellin. Zonar. Cedren. Chr. Alex. Victor. Tununens. alios.

Pag. 390. 17. *παραχρόμενος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.*] Mallem *διὰ τῆς ἐκκλ.* uti habet Chr. Alex.

Pag. 391. 1. *δυσεντερίᾳ ληφθείς.*] Ita etiam Chr. Alex. Evagrius tamen Zenonem Imp. Comitiali morbo correptum diem suum obiisse perhibet: *τοῦ Ζήνωνος τοίνυν ἄπαιδος τελευτήσαντος ἐπιληψίας νόσῳ μετὰ ἑβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἥλπισε μὲν Λογγῖνος* etc. Cedrenus tamen eum miro quodam modo sublatum perhibet.

Pag. 392. 8. *Ἐν τῷ δεξιῷ ὀφθαλμῷ ἔχων την κόρην γλαυκήν.*] Eandem Anastasii *τοῦ δικόρου* appellati causam assignat Zonaras, licet singulo oculo colorem suum assignando a Nostro discrepet. Zonaras enim haec habet: *δίκορος δ' ἐκαλεῖτο ὁ Ἀναστάσιος, ὅτι ἀνομοίας ἀλλήλαις εἶχε τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν· τῇ μὲν γὰρ ἦν τὸ χρῶμα μελάντερον, ἡ δὲ λαιὰ πρὸς τὸ γλαυκότερον ἐχρωμάτιστο.*

Pag. 393. 22. *καὶ Λογγινίνην τὸν χωλόν.*] Lilingis iste a Marcellino dictus est: *Dum bellum paratur Isauricum, dumque Isaurici imperium sibi vindicare nituntur, in Phrygia juxta Coteicum civitatem, unde confluunt, Lilingis, segnis quidem pedes, sed eques in bello acerrimus a Romanis primus in praelio trucidatus:* etc.

Ibid. καὶ Κόνωνα τὸν Φουσκιανοῦ τὸν ἀπὸ ἐπισκόπων Ἀπαμείας.] Cononem hunc *τὸν ἀπὸ ἐπισκόπων Ἀπαμείας* ideo vocat Auctor, quia Episcopali functione militari munere commutata, Longino Isauro, Isaurus et ipse belli hujus socium sese adjunxerat: vide Evagr. Histor. Eccles. lib. 3. cap. 35. et Nicephor. lib. 16. cap. 36. Conon vero iste et Longinines, sive Lilingis, de quo su-

Digitized by Google

pra, inter captivos numerandi non sunt; proximis enim verbis praelio eos cecidisse scribit Auctor noster: in versione itaque nostra verba haec, [*aut occiderunt, aut*] omnino supplenda judicavimus, quo Auctoris mentem clariorem redderemus.

Pag. 393. 24. *ὅτε ὑπήννησαν*] Forte scribendum, *ὅτε γὰρ ὑπήντησαν*. sensus enim aliter claudicare videtur.

Pag. 394. 8. *ἐποίησε χρυσοτέλειαν τῶν ἰούγων.*] *Χρυσοτέλεια τῶν ἰούγων* auri quantitas quaedam, pro jugeris singulis per imperium a Vectigalibus pensa fuisse videtur. De Tributo hoc, vide Evagr. Histor. Eccles. lib. 3. cap. 42. et Nicephor. lib. 16. cap. 44. Justiniani temporibus quandoque in specie, quandoque auro, pro loci cujusque consuetudine, pendebatur; ut apparet ex ejusdem Novell. XVII. *Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας, ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς, ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ' οἷς αὐτὰς διδόασι, τουτέστι τότε ποσὸν τῶν ζυγοκεφάλων, ἢ ἰούγων, ἢ ἰουγαλίων, ἢ ὁπωσδήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῦεν, καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτοῦσι, καὶ τὸ τῶν δεδομένων ποσὸν, εἴτε ἐν εἴδεσιν, εἴτε ἐν χρυσίῳ.*

Pag. 394. 10. *καὶ διατρέφεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.*] Novum prorsus locutionis genus; pro, *καὶ ἀναλίσκεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν*, sive, *καὶ ἀπ' αὐτῶν διατρέφεσθαι τοὺς στρατιώτας*, aut quo simili.

Pag. 394. 16. *ἐκέλευσεν ἅρμα κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν.*] *τὸ ἅρμα* et *τὰ ἅρματα* plurali numero apud recentiores frequentissime occurrunt: hoc tamen loco *ἅρμα* pro *Exercitu*, seu, *Militibus armis instructis*, ponitur.

Pag. 394. 19. *τὴν τοῦ ἀνδρὸς τόλμαν.*] Unum reliquis omnibus audaciorem hic innuere videtur Auctor: et quidem, Maurum, hunc dictum sit Chr. Alexandrini Auctor, his verbis: *ἐν οἷς εἷς Μαῦρος ἐξόρμησεν ἐπάνω τοῦ βασιλέως· καὶ ἐξεφ.* etc. quae verba apud nostrum desiderari videntur.

Pag. 395. 4. *προαχθέντος ἐπάρχου πόλεως.*] Chr. Alexandrini Interpres haec vertit, *Producto urbi Praefecto* etc. male. Caeterum textus ipsius lacuna ex hoc nostri loco suppleri potest.

Pag. 395. 8. *χειμευτὴς ὑπάρχων.*] Ita etiam Cedrenus: *τότε καὶ ἀνήρ τις χειμευτὴς, ἐκ τῶν τῆς χείμης τεχνῶν*, etc. utrobique per *ει* diphthongum. Salmasius tamen Plinian. Exercit. in Solin. per *η* scribendum contendit.

Pag. 395. 10. *καὶ ἄλλα ζῶδα.*] Scr. *ζώδια*, uti ipse etiam infra habet. Cedrenus legit, *καὶ ἕτερα εἴδη χρυσᾶ. ζώδια* vero hoc loco Idola, vel Imagunculas significat.

Ibid. Θησαυρὸν γέμοντα τοιαῦτα ζώδια ὄβρυζα.] Ita etiam infra habemus, *καὶ ἐγόμωσεν αὐτὰ Οὐννικὴν καὶ Γοτθικὴν χεῖρα.* Verum ista *ἀσύντακτα* sunt: dicendum, *γέμοντα τοιούτων ζωδίων ὀβρύζων.*

Pag. 395. 12. *καὶ ἐκόμβωσε πολλὰ χρήματα.*] Infra habe-

Digitized by Google

mus, καὶ ἐκόμβωσε πᾶκεῖ πολλοὺς ἀργυροκράτας· a κόμβος, κομβόω formatur. Κόμβος vero habemus apud Jo. Meurs. Glossar. Graeco-barb. qui tamen non explicat. Hesychio κόμβος est κόσυμβος, ἔκπωμα, *Nodus*, *Poculum*: *Crumenam* quoque quandoque significare ex eodem colligere licet, unde Κομβολύτης, βαλαντιοτόμος, *Crumeniseca*, apud eundem. κομβώσασθαι tamen idem reddit στολίσασθαι, *Vestire*, ornare: quo sensu etiam occurrit 1 Pet. 5. 5. Πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. Hoc Auctoris nostri loco κομβόω, *Emungo*, *malis artibus lucrifacio*, sonare videtur.

Ibid. ὅτινι παρονύμην ἔθηκαν οἱ Ἀντιοχεῖς Βαγουλάν.] παρονύμην dicit, pro παρωνυμίαν. Quidnam vero vocabuli sit Βαγουλάν; Gregorius noster *Bajulum*, reddendum existimavit: quid si, *Vagulum*, legeremus, i. e. Circitorem, Circumforaneum? V, enim in B, frequentissime mutant Graeci, in dictionibus a Latinis mutuatis: unde βαγεύειν dicunt, pro *Vagari*; βῆλον, pro *Velum*, βέντος, *Ventus*, βίγλα, *Vigilia*, aliaque similia quamplurima. Verum de his videant Eruditi.

Pag. 395. 17. διὰ μαργαρίτων ὧν τὸ κούρκωμον αὐτοῦ.] Scr. ὃν κούρκωμον, vel, ut alii habent, κούρκουμον, *Capistrum*, est, sive *Fraenum*: Hesychius, ἐν κημῷ, ἐν κουρκούμῳ· κημὸς vero species fraeni est, apud eundem: Κημός, πλεκτὸν ἀγγεῖον, etc. καὶ γυναικεῖον προκόσμημα, καὶ εἶδος χαλινοῦ· hoc tamen loco eam tantum fraeni partem significat, quod *Capistrum* vocant.

Pag. 395. 18. καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς Πέτρας.] Palaestinae Tertiae est haec urbs, uti ex Auctore nostro discimus infra; Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας Φλαβιανὸς, ὡς Νεστοριανὸς, ἐξωρίσθη εἰς Πέτρας, πόλιν οὕτω καλουμένην, οὖσαν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. Evagrius etiam Eccles. Histor. lib. 3. cap. 31. ὁ Φλαβιανὸς ἐκβάλλεται κατακριθεὶς Πέτρας οἰκεῖν, πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῶν Παλαιστίνων κειμένας.

Pag. 395. 22. ἀπὸ φακτιοναρίων Κωνσταντινουπόλεως.] Φακτιονάριοι, *Factionarii*, sunt Aurigae, qui Factionibus in Certaminibus Circensibus currus agitantes officium suum praestabant.

Pag. 396. 3. σταῦλον.] σταῦλος et σταῦλον, *Stabulum*. Vide Meursium.

Pag. 396. 13. τῶν ἀπὸ κομμερκιαρίων Προκόπιον.] Lego, τὸν ἀπὸ κομμερκιαρίων. κομμέρκιον, *Commercium*, Tributum: inde κομμερκιάριος, *Commerciarius*, qui Tributa colligit.

Pag. 396. 15. ἀπὸ θείου τύπου νυκτέπαρχον.] Νυκτέπαρχος, Praefectus erat Vigilum: Hujus potestas postea a Justiniano abrogata est, et pro eo Praetor substitutus; uti Auctor infra, lib. 18. περιῃρέθη δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἡ τοῦ Νυκτεπάρχου ἀρχὴ, καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ Πραίτωρ. Nycteparchi nomen Justinianus reprobans, eum πραίτωρα τοῦ δήμου, *Praetorem plebis* vocare voluit. Vide Novell. Constitution. XIII.

Digitized by Google

Pag. 397. 8. *λαβόντες εἰς κραβαταρίαν.*] Infra etiam, lib. 18. *τὸν δὲ Ἀλέξανδρον καυλοτομήσας, ἐπόμπευσεν εἰς κραβαταρίαν· κραβαταρία*, sive *κραβαταρία*, *Lecticula* est, a *κράβατος*.

Pag. 397. 19. *εἰς Ἀλεξανδρείαν τὴν Καμβύσου.*] Ubinam tandem terrarum sita erat haec urbs? Alexandrias XII enumerat Chr. Alexandrini Auctor, XVIII Stephanus de Urbibus; hujus tamen Nostrae ibidem mentio nulla.

Pag. 397. 21. *ἐξέβαλον τὰ συκότια αὐτοῦ.*] Vocabulum hoc nullibi mihi occurrit; ob eam tamen, quae inter haec est, similitudinem, *τὰ συκότια Testiculos* vertere ausus sum. Certe Bacchum *Ficulna Pudenda*, sive *Testiculos*, et mantulam ex pelle cervina confectam sibimet applicasse testatur Isac. Tzetzes in Lycophron. de Baccho, Polyhymno cuidam mi copiam facere, post inventam matrem suam, promittente, mentionem faciens his verbis: *τελευτήσαντος δὲ Πολυύμνου, Διόνυσος θέλων πληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν, σύκινα αἰδοῖα προσῆψεν ἑαυτῷ, καὶ φαλλοὺς δερματίνους ἐλάφων.*

Pag. 398. 3. *Εἰρηναῖον τὸν Πενταδιαστήν.*] Irenaeus iste, *ὁ Πενταδίας*, a Theophane, et Chr. Alexandrini Auctore appellatur: *Τούτῳ τῷ ἔτει* (anno scil. Justiniani Imp. III) *Σαμαριτῶν στασιασάντων, καὶ ποιησάντων ἑαυτοῖς βασιλέα καὶ Καίσαρα, ἐπέμφθη Εἰρηναῖος ὁ Πενταδίας στρατηλάτης, καὶ ἐθανάτωσε πολλοὺς*, etc. Chron. Alex. in Justiniano.

Pag. 398. 5. *τὴν λειτουργίαν τοῦ λεγομένου Χρυσαργύρου.*] De Tributo hoc, ab Anastasio Imp. abolito copiose Evagrius, Eccles. Hist. lib. 3. cap. 38. et post eum Nicephor. lib. 16. cap. 40. Zonar. in Anastasio et Cedrenus.

Pag. 398. 7. *ἀντεισάξας ταῖς Θείαις λαργιτιῶσι πρόσοδον ἀπ' αὐτοῦ.*] *Θείαι λαργιτίωνες* istae Fiscus erat, sive Thesaurus Imperatorius, ex quo sumptus in publicum impendebantur. Reditus enim Imperatoris trium erant generum, uti nos docet Scholiastes Basilic. Eclog. 7. *πατριμόνια*, *Patrimoniales*, ut Domus, Praedia, et quaecunque Jure haereditario ei obtigerunt; *πριβάτα*, *Privati*, ubi proventus publici Imperatori cesserunt in usum privatum; et *Λαργιτίωνες, τουτέστιν ὅπου αἱ δημόσιαι εἴσοδοι εἰς δημόσιας ἀναλίσκονται χρείας, καὶ τοῦ κοινοῦ·* Et *Largitiones*, ubi Proventus Publici in usum Publicum impendebantur.

Pag. 398. 10. *κατὰ πόλιν τῆς Ρωμανίας.*] Ut Constantinopolis, *Nova Roma*, ita etiam Imperium Constantinopolitanum, *Romania*, dicebatur: et Imperio Orientali subditi omnes *Romanos* sese appellarunt.

Pag. 398. 13. *ὑπὸ Κωάδου βασιλέως Περσῶν.*] Procopio, Cedreno, et quibusdam aliis, *Cabades*, dicitur.

Pag. 398. 20. *καὶ Πατρίκιον στρατηλάτην — καὶ Τπάτην.*] Scr. *Πατρίκιον*, — *καὶ Τπάτιον*. Vide Procop. Gothic. lib. 1. et Marcellini Chron.

Digitized by Google

Pag. 399. 13. *ἐτείχισε τὸ Δορὰς, χωρίον ὄντα* etc.] Scr. *ὄν*, uti et infra: Urbs vero *Λαρὰς* Procopio, Evagrio, Nicephoro, Cedreno, aliisque, praeter Chr. Alexandr. Auctorem, omnibus dicta est.

Pag. 399. 19. *πρώτιστον ἔχει τὸ ὄνομα.*] Eandem nominis hujus occasionem assignat, praeter alios, Evagrius etiam, Hist. Eccles. lib. 3. cap. 37.

Pag. 399. 20. *λαβόντα*] Legendum, *λαβών*.

Pag. 400. 1. *καθαιρέθη Εὐφήμιος.*] Scr. *καθηρέθη*, uti et in sequentibus: hunc vero *Euthymium* vocat Cedrenus, falso.

Pag. 400. 2. *ὅπερ καὶ αὐτὸς καθαιρέθη ὡς Νεστοριανός.*] Imo tres hi Episcopi Orthodoxi, Euphemius, Macedonius et Flavianus, ab Imperatore Haeretico, (Synchyticorum enim sectator erat) ut Synodi Chalcedonensis defensores, thronis suis deturbati, et in exilium missi sunt. Vide Victor. Turonens. Marcellin. Zonaram et Cedrenum.

Pag. 400. 8. *ἀπὸ μοναζόντων.*] Marcellinus: *Severus Eutychetis perfidiae, Anastasio Caesare volente, sedem Flaviani Antistitis, ex Monacho Episcopus, occupavit.* Annus hic erat Christi vulgaris DXIII, Clemente et Probo Coss.

Pag. 400. 13. *ἐποίησεν αὐτὸν ἀπὸ ὑπάτων.*] Notandum est, hanc dicendi formulam, *ἀπὸ ὑπάτων*, quandoque Consulem *Ordinarium*, eum scilicet qui jamdudum hac functus fuerit dignitate; quandoque vero *Codicillarem* tantum, sive Honorarium signare Consulem: uti nos monet doctissimus Alemannus, in Notis suis ad Procopii Histor. Arcan. quem vide.

Pag. 400. 15. *καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτῶν τοὺς λεγομένους Βίνδικας.*] *Βίνδιξ*, *Vindex*, Vectigalium exactor. Inter ea quae ab Anastasio Imp. male gesta sunt, *Vindices* hosce in Remp. introductos, cum Vectigalium exactiones antea a Curialibus per singulas civitates fierent, ponit Evagrius, lib. 3. cap. 42. *περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων, τοὺς καλουμένους Βίνδικας ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, ἐσηγήσει χρησὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὧν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν· ὅθεν κατὰ πολὺ οἵτε φόροι διεῤῥύησαν, τάτε ἄνθη τῶν πόλεων διέπεσε*, etc. Vide etiam Nicephorum, lib. 16. cap. 44.

Pag. 400. 17. *προεχειρίσατο κόμητα λαργιτιόνων.*] Comitum in Imperio Orientali multiplex erat dignitas: Vox autem Primarium quendam in re unaquaque signare videtur. Quae vero *Λαργιτίωνες* sint supra diximus.

Pag. 400. 19. *ἐποίησε φολλερὰ προχωρεῖν.*] De hoc Marcellinus, ad Anastasii Imp. annum 7. *Nummis, quos Romani Terentianos* (leg. Teruntianos) *Graeci Phollerates vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.* *φόλις* autem, sive *φόλλις*, uti infra lib. 18. scribitur,

Digitized by Google

idem est, quod ὀβολός. Suidas: ὀβολοί εἰσιν ἃς καλοῦσι φόλλεις· Procop. etiam Arcan. Hist. ἃ δὲ καὶ ἐς τὰ κέρματα τοῖς βασιλεῦσιν εἴργασται, οὔ μοι παριτέον οἶμαι εἶναι. τῶν γὰρ ἀργυραμοιβῶν πρότερον δέκα καὶ διακοσίους ὀβολοὺς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν, ὑπὲρ ἑνὸς στατῆρος χρυσοῦ προῖεσθαι τοῖς ξυμβάλλουσιν εἰωθότων, αὐτοὶ ἐπιτεχνώμενοι κέρδη οἰκεῖα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν μόνους ὑπὲρ τοῦ στατῆρος δίδοσθαι τοὺς ὀβολοὺς διεπράξαντο. Erat autem Follis XII pars Siliquae: Siliqua vero Nomismatis, sive Aurei Solidi pars est XXIV. Vide Scholiasten Basilic. Eclog. 23. apud Meurs. in voce μιλιαρίσιον.

Pag. 401. 10. μὴ ποιεῖν τινα ἔγγραφον κοπιδερμίας.] Et in proximis, μήτε δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κοπιδέρμου ὀνομάζεσθαι. Nova prorsus, mihique inaudita sunt haec vocabula: a δέρμα tamen, quod *Cutem* signat, et κοπὴ, *Sectio*; *Incisio*, composita videntur: adeo ut κοπιδερμία, *Cuticidium*, reddi posse videatur. Quoniam vero Lege hac cautum fuit, ne quis *Liber* homo *Servus* fieret, Judaeos praecipue eam respicere existimo. Hos enim Servos emere, eosque circumcidere consuevisse, colligimus ex Lege quadam de hac re a Constantio et Constante Impp. lata, quam nobis exhibet Cedrenus, his verbis: Κωνστάντιος δὲ καὶ Κώνστας ἐνομοθέτησαν, Ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον· ἐπεὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον· εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν τολμήσει δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι, καὶ τὴν τούτου δημεύεσθαι οὐσίαν. *Constantius et Constans legem tulerunt, Ne quis Judaeus servum emeret: Emptum publicari jusserunt. Si quis circumcidere Servum ausus esset, gladio feriri, et bona ejus publicari.* Lex itaque ista, a Constantio et Constante Impp. primitus lata, ab Anastasio tandem denuo forte proposita fuerit.

Pag. 402. 3. ἐτυράννησε Βιταλιανὸς ὁ Θρᾴξ.] Thracem hunc faciunt etiam Evagr. lib. 43. Nicephor. lib. 16. cap. 38. et Zonaras: Marcellinus tamen in Chronico, et Jornandes de Regn. Success. Scytham eum fuisse volunt.

Pag. 402. 5. καὶ Μυσίαν.] Scr. Μυσίαν· Evagrius interim corrigendus, lib. 3. cap. 43. ubi legitur καὶ Μυδίαν.

Pag. 402. 12. Κύριλλος Ἰουλλιρυκιανός.] Forte scribendum, ὁ Ἰλλυρικιανὸς, *Illyricus*, vel *Illyricianus*, quomodo recentiores locuti sunt. Ita habemus apud Marcellinum in Chron. ad annum 499. *Aristus Illyricianae ductor militiae:* et ad an. 530. *Mundo, Illyricianae militiae ductor*, etc.

Pag. 402. 19. πορταρίων.] πόρτα, *Porta*; inde πορτάριος, *Portarius*, qui portam custodit.

Pag. 402. 21. καὶ παρέλαβεν τὸν στρατηλάτην Θρᾴκης Κύριλλον, καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν.] Marcellinus in Chronico: *Cyrillum loquacem magis, quam strenuum militia ductorem, inter duas pelices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstractum cul-*

Digitized by Google

tro Getico jugulavit. Vide tamen Evagrium etiam, lib. 3. cap. 43. et Nicephorum lib. 16. cap. 38. qui rem aliter narrant.

Pag. 403. 4. *Σωσθένην.*] Scr. *Σωσθένιον*· de loco hoc vide quae supra annot. ad lib. 4.

Pag. 404. 19. *ῥίπτετε.*] Scr. *ῥίπτητε.*

Pag. 405. 1. *καὶ ποντίζονται αὔτανδρα.*] Hesychius: *Αὔτανδρον, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν.*

Pag. 405. 5. *ὅπου λέγεται τὸ Βυθάριν.*] Scr. *Βυθάριον.* Evagrius de hac navali pugna verba habens, lib. 3. cap. 43. *καὶ πρῶτα μὲν ἀνεκώχευεν εἶτα μετὰ τοὺς ἕκπλους καὶ τοὺς ἀπροβολισμοὺς μεταξὺ τοῖν δυοῖν στρατοπέδοιν, ναυμαχίας καρτερᾶς συστάσης περὶ τὰ καλούμενα Βυθάρια, φεύγει μὲν προτροπάδην πρύμναν κρουσάμενος ὁ Βιταλιανὸς*, etc. *Bythias* etiam dictus est locus iste, ut ex Dionysii Anaplo nos docet Petr. Gyllius de Bosp. Thrac. lib. 2. cap. 9. *Deinde est Calamus, et Bythias: ille a Calamorum multitudine, hic ab alta protectione promontoriorum circumsurgentium nominatur.* Idem tamen sui oblitus, de Topograph. Constantin. lib. 4. cap. 10. *Vitharia* locum hunc vocat, Vitaliani profligati historiam ex Evagrio recitans.

Pag. 405. 10. *ὅτι ὑπὸ πυρὸς αἰφνιδίου ἀνάπτονται τὰ ἑαυτῶν πλοῖα.*] Navalis hujus victoriae, quam Anastasius Imp. Procli Mathematici ope adversus Vitalianum adeptus est, meminit etiam Zonaras: qui tamen non sulphure vivo navibus injecto, sed speculis Ustoriis eam effectam tradit: *κατόπτρα γὰρ ᾄδεται χαλκεῦσαι πυροφόρα ὁ Πρόκλος, καὶ ἐκ τοῦ τείχους ταῦτα ἀπαυγῆσαι κατέναντι τῶν πολεμίων νεῶν· τούτους τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προσβαλουσῶν, πῦρ ἐκεῖθεν ἐκπεφανευσθαι, καταφλέγον τὸν νηῒτην τῶν ἐναντίων στρατόν. Nam specula ex aere fabricasse ustoria fertur Proclus, eaque de muro e regione hostilium navium suspendisse: in quae cum solares radii impegissent, ignem inde fulminis instar erumpentem classiarios, ipsasque naves hostium combussisse.* Verum non satis video, quo pacto fidem istis adhibere possimus, Marcellinum legentes, hujusce aevi scriptorem; Justiniani enim adhuc Patricii cancellos se egisse, testatur ipse. Hic itaque, de hac Vitaliani invasione verba faciens, haec habet: *Missi sunt ad Vitalianum Senatores, qui pacis cum eo leges componerent: nonagenta auri pondera, exceptis regalibus muneribus, pro precio tunc accepit Hypatii.* Et paulo post: *Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium quem captivum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reversus suo remisit avunculo.* Victor etiam Turonensis, hujus aequalis, licet non precio Vitalianum amotum dicat, armis tamen propulsatum omnino negat: *Vitalianus Comes cum manu valida Barbarorum Constantinopolim veniens, in Sosthene sedit: qui non aliter postulatus pacem Anastasio Imperatori promittit, nisi prius defensores Synodi Chalcedonensis relegatos exilio sedibus propriis reddat,*

Digitized by Google

etc. Verum cum Victor haec Anastasii Imp. an. XXIV. gesta narret, Marcellinus ad annum sequentem, Anthemio et Florentio Coss. ea refert.

Pag. 406. 5. *ὄντα*] Scr. *ὄν.*

Pag. 406. 10. *ἔθνος πολεμικώτατον.*] Scr. *πολεμικώτατον·* de hac vero Hunnorum Sabirorum irruptione, vide Marcellinum, Victorem Turonens. Evagrium lib. 3. cap. 43. Nicephor. lib. 16. cap. 38. et Cedrenum. Munificentiae tamen hujus Imperatoris in Vectigales spoliatos, de qua Auctor paulo infra, apud istos ne verbum quidem.

Pag. 407. 3. *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς.*] *Trisagios*, Hymnus est, Graeca Ecclesia decantari solita. Verba autem erant haec: *Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς·* his Petrus Fullo, Ecclesiae Antiochenae sub Leone Imp. antistes, clausulam hanc post *ἅγιος ἀθάνατος*, addidit; *Χριστὲ βασιλεῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς·* postea vero in exilium pulsus, cum tandem denuo a Zenone Episcopatui suo restitutus fuisset, his omissis, *Χριστὲ βασιλεῦ*, reliqua retinuit, nempe *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς.* Cedrenus: *πρότερον δὲ προσέθηκε* [*Πέτρος ὁ Κναφεὺς*] *τῷ τρισαγίῳ, Χριστὲ βασιλεῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ὕστερον δὲ ἐλθὼν. περιεῖλε τὸ, Χριστὲ βασιλεῦ.* Deinceps itaque clausulae hujus additio apud Antiochenses, Ecclesiasque Orientales obtinebat; unde a Constantinopolitanis, et Occidentalibus, *Theopaschitae*, dicti sunt Orientales. *Passianos* eos vocat Marcellinus: *Die Dominico, dum jubente Anastasio Caesare per Platonem in Ecclesia pulpito insistentem in hymnum Trinitatis Dei* Passianorum Quaternitas *additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque praecones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiae gremio caesi sunt.* Vide Evagrium lib. 3. cap. 44. Nicephorum lib. 16. cap. 45. Victorem, et Cedrenum.

Pag. 407. 14. *πραιδεύσαντες τὰ αὐτοῦ δημόσια.*] *δημόσια* hic Aeraria vertimus: *Τραπεζιτὴς* enim, et *Λογοθέτης*, id est, *Publicarum Rationum Minister*, sive Vectigalium *Curator*, erat Marinus, uti Auctor noster supra: *ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς κουφίσας Ἰωάννην τὸν Παφλαγόνα ἐκ τοῦ τραπεζεύειν τὰ δημόσια χαρτία τοῦ πραιτωρίου τῶν ἐπάρχων, ἐποίησεν αὐτὸν ἀπὸ ὑπάτων, ἀντ' αὐτοῦ ποιήσας τραπεζιτὴν, καὶ λογοθέτην Μαρῖνον τὸν Σύρον.*

Pag. 407. 21. *καὶ ἀνελθών.*] Scr. *ἀνῆλθεν,* uti habet Chr. Alex.

Pag. 408. 7. *τοὺς δὲ ἐρευμάτισε.*] Scr. *ἐφρουμάτισε. ἐφρουμαι*, et *ἔρυμαι*, *Custodio*; unde *ἔρυμα*, *Custodia salva*, sive *Carcer.* Hesychius: *ἔρυμα, ὀχύρωμα, φυλακή, κάλυμμα, φύλαγμα·* ab *ἔρυμα* vero Auctor noster verbum *ἐρυματίζω* formavit.

Pag. 408. 13. *εὐσχήμων.*] Chr. Alex. a Radero editum habet *λευσχήμων* corrupte: Chr. idem ex Jos. Scaligeri edi-

Digitized by Google

tione legit λευχείμων· ad quam lectionem nostram emendandam censeo.

Pag. 408. 16. ἀπληστίαν σου.] Cedrenus habet, κακοπιστίαν σου.

Ibid. ἀπαλείφω δεκατέσσαρα.] Ita etiam Chr. Alexandr. Cedrenus legit, τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη. Constantinus Manasses:

Σὴν δὲ κακίαν μυσαχθεὶς καὶ βεβηλοτροπίαν,
Ἐκκόπτων ὑπεξέκοψε τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς σου,
Καὶ χρόνους ἐκολόβωσε τέσσαρας πρὸς τοὺς δέκα·
Καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ἀπήλειψε τούτους ἀπὸ τοῦ χάρτου.

Pag. 408. 18. καὶ διυπνίσθη ταραχθείς.] Chr. Alex. habet, καταῤῥαγείς· mendose.

Pag. 409. 3. ὄπισθέν μου ἐλθὼν χοῖρος.] Justinum, Anastasii in imperio successorem, ista notant: quem συφορβὸν, *subulcum* fuisse vult Zonaras: Ἀνεῤῥήθη δὲ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ, γονέων μὲν ἐκφὺς ἀσήμων καὶ ἀφανῶν, αὐτὸς τὸ πρότερον αὐτουργῶν, ἢ βουκόλος τυγχάνων καὶ συφορβός. Certe loco humili, imo sordido natum, agrisque exercendis tantum assuetum fuisse eum, asserit Procopius, Arcan. Histor.

Pag. 409. 19. ὢν ἐνιαυτῶν ἐννενήκοντα.] Zonaras dicit Anastasium octoginta octo tantum annos vixisse: uti etiam et Victor Turonens. *Anastasius Imperator intra palatium suum tonitruorum terrore fugatus, et coruscationis jaculo percussus, in cubiculo, quo absconsus fuerat, moritur, et cum ignominia absque consuetis exequiis ad tumulum ducitur, anno vitae suae* XCIIX. Marcellus vitae ejus annorum numerum incertum reliquit; octogenario tamen majorem obiisse testatur.

Pag. 410. 8. ὅντινα ὁ στρατὸς τῶν φυλαττόντων τὸ παλάτιον κελεύσει Θεοῦ, ἐξκουβιτόρων.] Ita etiam Chr. Alexandr. Ἐξκουβίτορες, *Excubitores*, Milites erant Praetoriani, Palatio, atque Imperatori tutando destinati; atque ideo ὁ στρατὸς τῶν ἐξκουβιτόρων etc. ab Auctore dicuntur. Graecis σωματοφύλακες vocantur. Horum vero Praefectus erat Justinus. Evagrius lib. 4. cap. 1. de Justino Imp. haec habet: ὑπὸ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἀναῤῥηθεὶς, ὥνπερ καὶ ἦρχεν, ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καθεστώς· infra etiam nostro κόμης ἐξκουβιτόρων dicitur.

Pag. 410. 6. ἐβασίλευσε δὲ ἔτη Θ', καὶ ἡμέρας εἰκοσιδύο.] Victor Turonens. annos VIII, et menses IX. Justinum regnasse asserit: forte de annorum numero quibus solus imperavit intelligendus est: cum enim Justinus annos octo, menses novem, et dies tres regnasset, Justinianum sororis filium in Imperii societatem adscivit: ut Evagrius testatur, lib. 4. cap. 9. Post quod tempus menses etiam quatuor superfuit, ut ex eodem Evagrio discimus, loco citato; ubi etiam eum annos IX integros, cum tribus tantum diebus, regnasse affirmat: sibi scilicet hac in re parum constans. Julii enim die IX, Aerae Antiochenae DLXVI.

Digitized by Google

anno, Indictione scilicet XI, secundum Evagrium ipsum Imperator renunciatus est Justinus: Kalendis autem Augusti Aerae Antiochenae DLXXV, id est, Indictione V, secundum eundem, diem obiit. Totum itaque regni ejus tempus IX annos, diesque insuper XXII, uti Noster recte, complexum est. Marcellinus tamen ad novem imperii ejus annos, menses etiam duos addit.

Pag. 410. 8. *ἀγράμματος δέ.*] Hujus rei testem locupletem habemus Procopium, Justini coaevum, Arcan. Hist. *ἐπειδή τε ὁ βασιλεὺς* [*Ἀναστάσιος*] *ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, αὐτὸς* [*Ἰουστῖνος*] *τῇ τῆς ἀρχῆς δυνάμει τὴν βασιλείαν παρέλαβε, τυμβογέρων μὲν γεγονὼς ἤδη, ἀμάθητος δὲ γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν.*

Pag. 410. 11. *τὸν τοῦ αὐτοῦ Ἀμαντίου δομέστικον.*] *Δομέστικος*, *Domesticus:* licet vero vocabulum hoc dignitatis etiam erat, hoc tamen loco *οἰκεῖον* sonare puto, uti habet Zonaras: *μετὰ δέ γε τὴν τελευτὴν Ἀναστασίου, βουλῆς γενομένης περὶ προχειρίσεως βασιλέως ὁ εὐνοῦχος Ἀμάντιος* etc. *θέλων Θεοκριτιανόν τινα* [*Θεόκριτον* alii] *οἰκεῖον αὐτῷ ὄντα βασιλεῦσαι, χρήματα τῷ Ἰουστίνῳ παρέσχε διανέμειν τοῖς στρατιώταις*, etc. Constantinus Manasses Theocritum Amantii consanguineum fuisse vult, de Justino ista praeferens:

Λαβὼν γὰρ, ὥς φασι, πολὺν χρυσὸν ἐξ Ἀμαντίου,
Ὑπῆρχε δὲ πραιπόσιτος Ἀμάντιος ἐκεῖνος,
Καὶ κελευσθεὶς τοῖς τάγμασι τοῦτον κατακενῶσαι,
Ὡς ἂν περιποιήσαιντο τὸ κράτος Θεοκρίτῳ,
Τῷ κοινωνοῦντι τῶν αὐτῶν αἱμάτων Ἀμαντίῳ,
Ἐκ τῶν ὀθνείων ἑαυτῷ κτᾶται τὴν βασιλείαν.

Vide etiam Evagrium, lib. 4. cap. 2.

Pag. 411. 1. *εἴλατο.*] Lego, *εἴλοντο*, uti habet Chr. Alex.

Pag. 411. 17. *τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔφυγε Σέβηρος.*] Victor. Tur. Severum Justini Imper. anno tandem VI, Justino et Appione Coss. asserit: *Antiochenae Ecclesiae Severus, Chalcedonensis Synodi obtrectator, quum a Justino Imperatore quaereretur ad poenas, fugit: et in ejus locum substituitur Paulus.* Evagrius tamen, et post eum Nicephorus, Severum Justini anno I, poenas dedisse, lingua ejus abscissa, testantur Evagr. lib. 4. cap. 4. Nicephor. lib. 17. cap. 2. Vide etiam Cedrenum, et Zonaram.

Pag. 412. 6. *ἄνθρωπον ὑπερτέλειον πῆχυν ἕνα.*] Locus proculdubio mendosus: forte legendum, *ἄνθρωπον ὑπερέχουσα τέλειον πῆχυν ἕνα.* Cedrenus: *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει* [Justini VII] *ἐφάνη γυνή τις ἐκ τῆς Κιλικίας γιγαντογενής, ὑπερέχουσα τῇ ἡλικίᾳ πάντα ἄνθρωπον τέλειον πῆχυν ἕνα, καὶ πλατεῖα σφύδρα.* Mulieris hujus Giganteae meminerunt etiam Nicephorus, lib. 17. cap. 8. et Zonaras in Justino.

Digitized by Google

Pag. 412. 10. *ἐδεσιγνάνευσεν ὕπατον.*] *Δεσιγνατεύω*, et *δεσιγνατεύω*, *Designo*, apud recentiores.

Pag. 412. 12. *ἐν τῷ ὑπατεύειν αὐτὸν.*] Hypatiae hae, sive Munera Consularia initio consulatus cujusque populo exhibebantur: verum Vitalianus septimo Consulatus sui mense interfectus est; cujus rei testem habemus, hujusce temporis hominem, Marcellinum, in Chronico: *Indictione* XIII, *Vitaliano et Rustico Coss. Vitalianus his Coss.* VII *mense Consulatus sui* XVII *Vulneribus confossus in Palatio, cum Cleriano et Paulo satellitibus interemptus est.* Factum hoc Justiniani Patricii factione; ut ex Procopio discimus, Arcan. Histor. Victore etiam Turonens. qui tamen sub Maximi Consulatu, anno nempe Justini Imp. v, hoc factum vult, quod omnino falsum est: Consulatu enim suo, quem una cum Rustico, Justini Imp. anno II, gessit, interemptus est Vitalianus.

Pag. 412. 13. *μάππαν.*] *Μάππα*, *Mappa*, et *μαππάριος*, *Mapparius*, qui Mappam mittit; sive signum in Circo dat Aurigantibus. De Mappa vide, inter alios, doctissimum Jo. Vossium de Vitiis Sermon. lib. 1. cap. 4.

Pag. 412. 16. *Ζτάθιος.*] Cedreno, et Zonarae, *Τζάθος*, Chronico Alex. *Τζάθιος*, dicitur.

Pag. 413. 4. *ὁ αὐτοῦ πατὴρ Δαμνάζης.*] Chr. Alex. Tzathium facit *τὸν υἱὸν Ξαμνάξου*, Xamnaxi filium.

Pag. 413. 9. *τὴν ἐκγόνην Νόμου.*] Chr. Alex. habet, *ἔκγονον Ονίνου.*

Pag. 413. 12. *ἔχον ἀντὶ πορφυροῦ ταβλίου.*] Chr. Alex. habet *ἔχων*, ac si Regem spectaret: si vero ad Chlamydem referatur, legendum, *ἔχουσαν. Ταβλία* autem *Clavi* sunt: voce supra usus est Auctor, lib. 2. *τὰς μὲν βασιλικὰς πορφύρας, ἐχούσας ταβλία χρυσᾶ, τὰς δὲ τῶν συγκλητικῶν*, etc. *χλαμύδας ἐχούσας σήμαντρον τῆς βασιλικῆς φορεσίας ταβλία πορφυρᾶ.*

Pag. 413. 14. *ἀληθινὸν ἔχοντα τὸν χαρακτῆρα.*] Scr. *ἔχον.* Caeterum ex nostro corrigendum Chr. Alex. uti habetur, *ἀληθειδιν*, reponendum, *ἀληθινόν.*

Pag. 413. 15. *καὶ στιχάριον δὲ ἄσκρον.*] *Στιχάριον* proprie erat vestis Sacerdotalis, albi coloris: uti nos docet Symeon Archiep. Thessalonicens. de Templo, etc. *ὃ δὲ στιχάριον τὴν φωτεινὴν τῶν ἀγγέλων ἐμφαίνει περιβολήν· οὕτω γὰρ πολλάκις φωτεινὴν ἐσθῆτα περιβεβλημένοι ὤφθησαν ἄγγελοι, ὡς καὶ ὁ ἐν τῷ μνήματι λευκὴν ἐσθῆτα ἐνδεδυμένος.* Hoc loco *Tunicam* simpliciter sonat.

Ibid. Παραγαύδιον.] Trebell. Pollio in D. Claudio: *Albam subsericam paragaudem triuncem unam.* Parthica erat haec vestis. Hesychius: *Παραγώδας* [corrupte hodie editur, *παραγωγὰς*, uti nos monet doctissimus Salmasius,] *χιτὼν παρὰ Πάρθοις Paragaudae*, lora sunt; *Paragaudiae* vero Vestes, quae *loris au-*

Digitized by Google

ratis circumtexebantur. Vide Clarissimi Viri Cl. Salmasii notas in Trebell. Poll. et in Flav. Vopisc.

Pag. 413. 16. *Ἔχον χρυσᾶ πλουμία βασιλικὰ.*] *πλουμίον*, et *πλοῦμμιν*, *Pluma: Clavus* hic est. Procopius de Aedific. Justiniani lib. 3. *χιτὼν ἐκ μεταξῆς ἐγχαλλωπίσματι* [Scr. *ἐγκαλλωπίσμασι*] *χρυσοῖς πανταχόθεν ὡραϊσμένος, ἃ δὴ νενομίκασι πλουμία καλεῖν.* Sed vide etiam Salmas. loc. citatis.

Pag. 413. 17. *τὰ γὰρ ζαγγία.*] Scr. *τζαγγία*, uti habet Chr. Alex. addito litera T, verbis pleriaque a ζ incipientibus, more recentiorum barbarico; ut *τζικούριον*, *Securis; τζακκιζειν*, quod Itali *Sacchegiare* dicunt. *Τζάγκαι* vero, sive *τζαγγία*, *Calceamenta* erant Regia: Latinis *Zanchae* dictae sunt: Trebellius Poll. in D. Claudio: *Zanchas de nostris Parthicis parta duo:* id est, Calceos ex Parthica pelle confectos.

Ibid. *ἃ ἐφόρει, ἦν ἀγαγών.*] Lego, *ἃ ἦν ἀγαγὼν*, etc. Sensus aliter mutilus est.

Pag. 414. 8. *εἰς τὰ ἡμέτερα βασίλεια.*] *Βασίλειον* proprie est *Regia:* apud nostrum, *Regnum*, ubique significat. Uti lib. 2. de Oedipode: *καὶ ἀκούσας ὁ Οἰδίπους, ἔλαβεν ἦλους, καὶ πήξας τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ὀφθαλμοῖς τελευτᾷ, ἐάσας τὸ βασίλειον τοῖς δυσὶν αὐτοῦ υἱοῖς*, etc. Et lib. 18. de Auxumitarum Rege, Homeritensem de injuriis regno suo ab eo illatis postulante, haec habemus: *ὁ δὲ τῶν Αὐξουμιτῶν βασιλεὺς ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ Ἀμεριτῶν, ὅτι κακῶς ἐποίησας, φονεύσας Ῥωμαίους Χριστιανοὺς πραγματευτὰς, καὶ ἔβλαψας τὰ ἐμὰ βασίλεια.*

Pag. 414. 12. *καὶ κωλῦσαι τὸν βουλόμενον εἰς βελτίονα τάξιν ἐλθεῖν, καὶ γνῶναι θεὸν.*] Locum mutilum ex Chr. Alex. ita restituimus: *καὶ κωλῦσαι τὸν βουλόμενον εἰς βελτίονα τάξιν ἐλθεῖν οὐκ ἐνεδέχετο· καὶ γνῶναι θεὸν* etc.

Pag. 415. 10. *ἐπηρώτησε τὸν Ζιλγιβῖμ* *) *εἰρηνικῶς, ὅτε, δῶρα* etc.] Chr. Alex. habet, *ἐπηρώτησεν τὸν Ζιλγιβῖμ εἰρηκὼς αὐτῷ, ὅτι δῶρα* etc. Verum cum alterutro modo locum hunc legere possimus, nihil omnino mutare statui. Hunc vero Anastasius Bibliothec. Zelicben vocat.

Pag. 415. 20. *δηλώσας διὰ Λαβροῖου πρεσβευτοῦ.*] Chr. Alex. Raderianum habet, *διὰ Βρίου*; Scal. *διὰ Βρολου:* ubi etiam *πρεσβυτέρου* corrupte legitur, pro *πρεσβυτοῦ*.

Pag. 416. 8. *Θεοδότου ὑπάρχου πόλεως.*] Mallem *ἐπάρχου:* De Theodoto vero hoc, Urbis Praefecto, vide Procopium, Arcan. Histor. pag. 43.

Pag. 416. 16. *κελευσθεὶς ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν.*] Procopius eum Hierosolymam relegatum scribit; loco citato.

Pag. 417. 7. *ἀλυτάρχησαν δὲ.*] Scr. *ἠλυτάρχησαν.*

---

*) Sic ed. Ox.

Digitized by Google

Ibid. *ἀπὸ Αφρανίου.*] Lib. 12. *Αφρόνιος* iste dicitur.

Ibid. *ἕως ὀγδόου ἐξηκοστοῦ πεντακοσιοστοῦ, ἀφ' οὗ* etc. Annus hic desideratur; suspicor legendum, *ἕως ὀγ. ἐξη. πεντ. ἔτους κατὰ τοὺς αὐτοὺς Αντιοχεῖς,* [uti vulgo loquitur Auctor noster,] *ἀφ' οὗ ἐκωλύθη,* etc. Incidit hoc in Justini Imp. annum III, qui erat Indictio XIII; ita ut a sequente Indictione XIV, Olympicorum Inhibitio ista deinceps locum habuerit: uti Auctor supra.

Pag. 417. 7 . *κατὰ πρεσβείαν Εφραιμίου τοῦ Πατριάρχου.*] *δὲ* particula, aut quid tale deesse videtur. Caeterum Ephraemius, licet postea, Euphrasio ruinis Antiochensibus obruto, Patriarcha creatus fuerit, adhuc tamen Antiochiae Praefectus tantum erat. Itaque omnino legendum, *Εὐφρασίου τοῦ Πατριάρχου;* nisi quis maluerit, *Εφραιμίου, καὶ τοῦ Πατριάρχου Αντιοχείας.*

Pag. 417. 20. *τὸ λεγόμενον Δοῤῥάχιον.*] Scr. *Δυῤῥάχιον.*

Pag. 418. 3. *ἥτις πρώην μὲν ἐλέγετο Επίδαυρος.*] Scribo, *Επίδαμνος.* Stephanus de Urb. *Δυῤῥάχιον, πόλις Ιλλυρικὴ, Επίδαμνος κληθεῖσα.* Patria haec erat Anastasii Imp. uti testatur Evagrius, lib. 3. cap. 29. *οὗτος ὁ Αναστάσιος πατρίδα τὴν Επίδαμνον ἔχων, Δυῤῥάχιον νῦν προσαγορεύεται,* etc. Epidaurus quidem Urbs est, sed alia. De hisce vero Cladibus, vide Evagrium, lib. 4. cap. 5, et 8. Nicephorum, lib. 17. cap. 8. Cedrenum etiam, et Zonaram; apud quem tamen, pro *Ανάζαρβος,* mendose scribitur, *Ανάβαρζος,* sive *Ανάβαρζα.*

Pag. 418. 9. *ὑδάτων ποταμιαίων.*] Forte scribendum, *ποταμείων.*

Pag. 418. 11. *αὔτανδροι σὺν τοῖς οἴκοις ἀπώλοντο.*] Nova plane haec locutionis forma.

Pag. 419. 3. *τὴν δὲ Εδεσαν μετωνόμασεν, Ιουστινούπολιν.*] Tam Anazarbum, quam Edessam hoc nomine insignivit: Evagrius lib. 4. cap. 8. *μετεκλήθησαν τοίνυν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ιουστίνου ἥ Εδεσσα, καὶ τούτων ἑκατέρα τῇ αὐτοῦ προσηγορίᾳ κατεκοσμήθησαν.*

Pag. 419. 6. *ἐν μηνὶ Μαΐῳ ὑπατείας Ολυβρίου.*] Accidit tremendus iste Terraemotus Justini Imp. anno VII, et mense decimo, id est, VIII. ejusdem anno currente; quo Consulatum solus gessit Olybrius; ut ex Marcellino discimus. Itaque apud Auctorem nostrum, post *τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας,* addendum, *καὶ μηνὶ δεκάτῳ:* Uti habet Evagrius, lib. 4. cap. 5. Nicephorus etiam, lib. 17. cap. 3. Justinus enim Imperator renunciatus est Julii die IX, Aerae Antiochenae anni DLXVI, id est, anni Christi vulgaris DXVIII: decimus autem mensis, post expletum Justini annum VII, erat Maius, Aerae Antiochenae anni DLXXIV, anni Christi vulgaris DXXVI, quo anno Olybrius Consulatum solus gessit.

Digitized by Google

Pag. 420. 7. *ἦν γὰρ ἡ μεγάλη ἑορτὴ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡ τῆς ἀναλήψεως.*] Non erat ipsa Assumptionis dies; haec enim perpetuo feria quinta est: sed postridie accidit tremendus iste terrae motus, nempe Maii die XXIX, qui tum feria sexta erat, sive dies Veneris: cujus rei testem habemus Evagrium, lib. 4. cap. 5.

Pag. 420. 13. *καὶ ἠκήντουν αὐτοῖς γεωργοί.*] Scribo, *ἀκήντων.*

Pag. 421. 20. *καὶ πάντες οἱ συγκλητικοὶ καὶ πορφυρᾶ ἐφόρουν.*] Quod noster *πορφυρᾶ φοροῦντες*, Cedrenus dicit, *φαιὰν στολὴν ἐνδυσάμενοι*, *Pullati*, sive Vestibus nigricantibus induti. Purpura quidem Regum, et Magistratuum Insigne est: etiam et Luctui appropriatus color: nempe quod ad nigrum colorem propius accedat: sed et quibusdam *πορφύρεον*, *Nigrum* est. Hesychius: *Πορφύρεον πορφυροῦν, μέλαν· Πορφύρει, μελανίζει.*

Pag. 422. 10. *καὶ μηνῶν θ'.*] Justinus Imperator salutatus est Julii die IX, uti supra diximus: Aprili itaque Justinianus in Imperii societatem a Justino adscitus est; is enim a Julio mensis erat nonus. Atque hujus rei testem habemus Marcellinum: *Anno Regiae urbis conditae* CXCVII. *Justinus Imperator, Justinianum ex sorore sua nepotem, jamdudum a se Nobilissimum designatum, regni quoque sui successorem creavit, Kal. Aprilis.* Evagrium etiam, lib. 4. cap. 9. Nicephor. lib. 17. cap. 7. et Chr. Alexandr.

Pag. 422. 16. *ὁποίου δ' ἂν ὑπάρχωσι μέρους.*] Immo insanissimum ei fuisse Venetorum studium, luculenter satis testatur Evagrius, lib. 4. cap. 31. Procopius etiam, in Arcana Hist. quos vide.

Pag. 423. 5. *καὶ κιγστέρνας.*] *κιγστέρνα*, *κινστέρνα*, sive, ut Hesychius habet, *κιστέρνα*, *Cisterna* est: *Κιστέρνα, λάκκος φρέατος, βάραθρα, ἢ βυθός.*

Pag. 423. 20. *ἀναγκασθεὶς προεχειρίσθη πατριάρχης.*] Evagrius longe aliter, lib. 4. cap. 6. *ὃν* [*Ἐφραίμιον*] *πάντεύθεν ἀγασάμενοι Ἀντιοχέων παῖδες, ἐς ἱερέα ψηφίζονται· καὶ τὸν ἀποστολικὸν λαγχάνει θρόνον, ὥσπερ μισθὸν καὶ γέρας τῆς τοσαύτης προνοίας τοῦτον κληρωσάμενος:* nempe ob summam ejus in urbe instauranda curam, Patriarchatum, tanquam benevolentiae, Providentiaeque suae mercedem, ab Antiochensibus Episcopus delectus, reportavit. Vide et Nicephor. lib. 17. cap. 3. et Cedrenum.

Pag. 424. 4. *τὴν γενομένην ἅλωσιν τῆς πόλεως.*] Forte scribendum, *πτῶσιν*, uti supra habet.

Pag. 424. 17. *τελευτᾷ δὲ ἐνιαυτῶν οε'.*] Chr. Alex. duos praeterea vitae ejus addit annos: *τελευτᾷ δὲ ἐτῶν οζ'. Moritur anno aetatis suae* LXXVII.

Pag. 425. 5. *Ἦν δὲ τῇ ἰδέᾳ κοντοειδὴς.*] Fasti Alexandrini a Scaligero editi habent *κονδοειδὴς*. Scr. *κονδοειδὴς:* nempe *κοντὸς*, vel *κονδὸς*, *Curtus* est recentioribus: Fasti dicti a Radero

Digitized by Google

editi *κανοειδὴς* habent, mendose: quomodo enim *τῇ ἰδέᾳ κανοειδὴς* quis esse possit? statura quidem erat curta, ut Noster; vel ut Procopius, non procera, nec pusilla nimis. *Τὸ μὲν οὖν σῶμα* [Justiniani] *οὔτε μακρὸς, οὔτε κολοβὸς ἄγαν, ἀλλὰ μέτριος ἦν· Corpore neque procero fuit, neque pusillo nimis, sed quo staturam justam non excederet.*

Pag. 425. 9. *καὶ αὐτὸς δὲ ὢν Θρᾷξ ἀπὸ Βεδεριανᾶς.*] Justinus enim Imp. avunculus ejus, Thrax etiam erat, ab urbe Bederiana ortum suum ducens.

Pag. 426. 8. *ὅστις Γολιὰθ λίθῳ λαβὼν.*] Subaudi, *πληγήν.*

Pag. 426. 14. *ὡς γενομένην μοῖραν τῷ Γολιάθ.*] De ridiculo hoc commento, vide quae supra notavimus ad lib. 5. ubi haec etiam habentur.

Pag. 426. 21. *Ἰουστινιανὸς δέδωκεν ὑπατείαν τῇ ἕκτῃ ἐπινεμήσει.*] Secundus hic erat Justiniani Consulatus: priorem enim cum Valerio gesserat, Justini Imp. anno IV.

Pag. 427. 5. *Γιλδέριχ, καὶ Κήρυκον, καὶ Εἰρηναῖον.*] Duces in hoc bello missos fuisse Belisarium, Cerycum et Irenaeum asserit Chr. Alex. Auctor. Cedrenus vero, Belisarium, Cerycum et Petrum: Gilderichi autem hujus ibidem mentio nulla.

Pag. 427. 12. *καὶ λαβόντος τὰ ἐχρεδίτα.*] Chr. Alex. habet *τὰ ἐξπαιδίτα:* scribendum, *ἐξπέδιτα: ἐξπέδιτον, Expeditum: Exercitus.*

Pag. 427. 18. *ὁ ῥὴξ τῶν Ερούλλων, ὀνόματι Γρέπης.*] *Γρέτης,* Cedreno dicitur. *Ερούλων* vero scribendum, uti Procopius habet, Gothic. lib. 2. *οἵ τινες δὲ ἀνθρώπων εἰσὶν Ερουλοι, καὶ ὅθεν Ρωμαίοις ἐς ξυμμαχίαν κατέστησαν, ἐρῶν ἔρχομαι,* etc.

Pag. 427. 20. *ἤτησεν ἑαυτὸν γενέσθαι Χριστιανόν.*] Imo maximis muneribus a Justiniano ad id allecti, Christianismum susceperunt: ut ex eodem Procopio discimus, Goth. lib. 2. *Επεὶ δὲ Ἰουστινιανὸς τὴν βασιλείαν παρέλαβε, χώρᾳ τε ἀγαθῇ, καὶ ἄλλοις χρήμασιν αὐτοὺς* [*Ερούλους*] *δωρησάμενος, ἑταιρίαν λέγεσθαί τε παντελῶς ἴσχυσε καὶ χριστιανοὺς γενέσθαι ἅπαντας ἔπεισε.* Vide etiam Evagrium, lib. 4. cap. 19. Nicephorum lib. 17. cap. 18. et Cedrenum.

Pag. 428. 6. *Τῶν λεγομένων Εξακιονιτῶν Δρειανῶν.*] Ita etiam Cedrenus. *Εξωκιονιτῶν* vero scribendum, uti supra notavimus, ad lib. XIII.

Pag. 428. 10. *ἔτη φνθ'.*] Annus DLIX. a Justiniani Consulatu II, retrorsum numerando, coincidit cum anno post I. Caesarem interfectum Decimotertio: qui tamen anni Augusto Imperanti a nonnullis attribuuntur; licet quidam ab Actiaca victoria, quae XII. pst I. Caes. mortuum anno accidit imperium ejus initium sumunt, e quorum numero Auctor noster esse videtur.

Pag. 428. 12. *ἔτη ,ϛυϟζ'.*] Numerus iste pessime corruptus est: Auctorem enim adeo sui oblitum esse potuisse vix cre-

Digitized by Google

dibile est. Supra enim, libro x, dicit Christum natum fuisse Augusti Imp. anno XXII. sive anno mundi IↃↃ, D, quomodo Graeci vulgo computant: quibus annis si DXXIX, alios a Christo nato ad hunc Justiniani Consulatum II. elapsos addas, colliges tantum IↃↃ CIↃ XXIX: adeo ut CCCCLXVIII. annos plus justo hic poni manifestum sit.

Pag. 428. 15. *ἕως τῆς ὑπατείας Ἰουστινιανοῦ.*] Supplendum *δευτέρας*. Verum quomodo Eusebius computum annorum ad Justiniani Consulatum deduxisse dicitur, cum ducentis circiter annis Justinianum praecesserit? Itaque puto Auctorem intelligendum esse de calculo ab Eusebio ad Christi tantum Natalitia instituto: a quo tempore reliquus annorum numerus a quoquam nullo negotio deduci potest. Sed in istis nihil omnino sani est. Eusebius enim ab Abrahamo ad Christum Natum annos numerat MMXV, ab Adamo vero ad Abrahamum, secundum LXX seniorum, quae omnium maximae sunt, rationes, MMMCLXXXIV. quibus si addas DXXIX, in quem Christi annum incidit Justiniani Consulatus II, anni tantum colliguntur IↃↃ, DCCXXVIII. Atque hic est verus calculus Eusebianus; qui tamen DCCIV. annis ab Auctoris nostri Eusebiano superatur.

Pag. 428. 18. *πάντων οὖν τὰ συγγράμματα φέρει ἔκτην χιλιάδα ἐνιαυτὸν*] Scribo, *ἐνιαυτῶν*. Auctores vero suos supra prodidit, nempe Clementem, Theophilum et Timotheum. Caeterum non est, quod Graecorum ab Orbe Condito annorum Computatio nos moretur.

Pag. 429. 1. *ἔτη ϛϡθ'.*] Encaenia urbis Constantinopolitanae, secundum nostrum, celebrata sunt Aerae Antiochenae anno CCCLXXVIII, id est, anno Christi vulgari CCCXXX, nempe Constantini Imp. anno XXIV. ex quo tempore ad hunc secundum Justiniani Consulatum anni excurrunt CXCIX, uti Auctor recte. Vide quae supra notavimus ad librum XIII.

Pag. 429. 5. *ὁ οὖν χρονογράφος ἀνάγκην ἔχει*] Mallem, *ὁ γὰρ χρονογράφος*.

Pag. 429. 12. *Ἀλλάριχος, ἔκγονος τοῦ Οὐαλεμεριακοῦ*] Scribendum, *Ἀταλάριχος*. Athalaricus vero Eutharici erat filius, ex Amalasuontha, Theoderici filia: uti supra monuimus, ad libr. 15. Vide Jornandem de Reb. Get. Cap. 59.

Pag. 429. 13. *Γιλδέριχ, ὁ ἔκγονος Γινζιρίχου*] *ἔκγονος*, apud nostrum, quandoque Filium, aliquando etiam Nepotem significat. Gilderichus enim sive Ilderichus, ut habet Procopius, Honorici filius erat, Gensirichi vero, sive Gizerichi Nepos. vide Procopium, de Bel. Vandal. lib. 1.

Pag. 429. 17. *ὀνόματι Ζτίττας.*] *Σίττας* Procopio dicitur.

Pag. 429. 21. *καὶ στρατεύσας ἐντοπίους σκριναρίους*] *σκρινάριος, Scriniarius.* Suidas: *Σκρινιάριος, ὁ χαρτυλάριος τοῦ ἐπάρχου, ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον, ἤτοι τὸ πιβώτιον.*

Digitized by Google

Pag. 430. 4. *καὶ τοὺς ὑπάτους αὐτῶν*] Forte legendum *ἀνθυπάτους*. Armenia enim a Proconsulibus administrata fuit; ut apparet ex Justiniani Constitutione xxi, hanc habente Inscriptionem: *Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἀνακίῳ τῷ μεγαλοπρεστάτῳ ἀνθυπάτῳ Ἀρμενίας*. Ejusdem etiam Constitutione xxxi. haec leguntur: *ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν, δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου, τήν τε τοῦ κόμητος· καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης· τὸν δὲ τῆς δευτέρας, καὶ τετάρτης, ὀρδιναρίους καθεστάναι.*

Pag. 430. 7. *ἀριθμοὺς τέσσαρας.*] Quod Nostro *ἀριθμὸς* aliis recentioribus plerumque *νούμερον* dicitur, vocabulo Latino. Suidas: *Σπεῖραι, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμερα, λεγεών:* quod vero militibus constabat, numerus non docet. Mille in se habuisse colligimus ex Cedreno: quod enim Auctor noster *ἀριθμοὺς τέσσαρας*, Cedrenus *χιλιάδας τέσσαρας*, vocat, de Sitta duce verba habens: *δίδωκε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ ἀνατολῆς στρατὸν χιλιάδας τέσσαρας, καὶ γέγονε μεγάλη φυλακὴ καὶ βοήθεια Ῥωμαίων.*

Pag. 430. 10. *ὀνόματι Κομητῷ*] Scr. *Κομιτῶ:* Theodorae Augustae soror erat natu major. De utriusque vero ortu, atque Educatione qui certior fieri vult, consulat Procopium, in Arcan. Histor.

Pag. 430. 14. *εἰ μὴ ὅσα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἕκαστος*] Sensus imperfectus videtur: supplendum censeo *ὥστε μὴ κληρονομεῖσθαι, εἰ μὴ ὅσα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἕκαστος:* quae verba apud Cedrenum habentur, atque hoc loco omnino desiderantur.

Pag. 430. 19. *μετονομάσας αὐτὴν Ἰουστινιανούπολιν*] Chr. Alex. Stephanus, sive potius ejus breviator Hermolaus, *Justinianas*, vocat: *Συκαὶ, πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας Ῥώμης, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσα.*

Pag. 430. 22. *καὶ ὑπ' αὐτὴν χιλιάδες ἑκατὸν*] Scr. *χιλιάδας.* De Historia vero hac convenit satis inter Auctorem Nostrum et Cedrenum: de nominibus non item. Regina enim haec vidua Cedreno *Βαρὴζ*, maritus vero ejus *Μαλὰχ*, dicuntur. Ex regibus vero Hunnicis ab eadem profligatis alterum *Σύρακα*, alterum *Γλώην* vocat.

Pag. 431. 12. *καὶ ἐφούλκισεν αὐτὸν*] Infra etiam lib. 18. habemus *τοὺς μὲν ἐφούλκισε, ἑτέρας δὲ ἀπεκεφάλισε. φουρκίζειν*, sive *φουλκίζειν*, utroque enim modo legitur, *in furcam agere*, significat. Nec enim doctissimo Meursio accedere possum, qui vocabula haec distinguit, et *φουρκίζειν* quidem *in furcam agere*, *φουλκίζειν* vero, *Strangulare*, significare contendit. Qua enim de causa Hunnus iste ad Sycas mitteretur, ut ibi tam privato mortis genere periret? Imo potius in opposito urbi litore Syceno in furcam agebantur; ut ibi in omnium oculis positi, si cives erant seditiosi, vel flagitii cujuscunque alius rei, caeteris in ter-

Digitized by Google

rorem, si hostes in bello capti, eisdem jucundum essent in spectaculum. Exempla passim occurrunt, tum apud nostrum, tum apud alios. Cedrenus, in Constant. Pogon. *καὶ ἀποστείλας, ἐπράτησε τοὺς πρώτους αὐτῶν, καὶ ἐφούλκισεν ἐν Συκαῖς.* sed nec toti tantum Malefici hoc in loco furcae subjiciebantur, verum et capita etiam eorum contis affixa populo in spectacula proponebantur. Exemplum habemus ex Evagrio, de Longino et Theodoro in Anastasium Imp. rebellantibus: *τῶν δὲ κεφαλῶν Λογγίνου, καὶ Θεοδώρου πρὸς Ἰωάννου τοῦ Σκύθου σταλεισῶν ἀνὰ τὴν βασιλέως πόλιν, ἃς καὶ ἐν κόντοις περιαρτήσας ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς καλουμέναις Συκαῖς, ἀντιπέραν τῆς Κωνσταντίνου κειμένης ἐπηώρησεν, ἡδὺ θέαμα τοῖς Βυζαντίοις, ἀνθ' ὧν κακῶς πρὸς Ζήνωνος καὶ τῶν Ἰσαύρων ἐπεπόνθεσαν. Longini vero, et Theodori capita, a Joanne Scytha Constantinopolim missa, Imperator palis alligata, in loco cui Sycae nomen est, e regione Constantinopolis in ulteriore maris litore sito suspendit: gratum sane spectaculum propterea Constantinopolitanis, quod ipsi a Zenone et Isauris gravibus ante affecti fuissent incommodis.*

Pag. 431. 17. *ὀνόματι Γρωδ*] Cedrenus habet; *Γορδᾶς λεγόμενος.*

Pag. 431. 21. *καὶ τὸν Βόσπορον· ἥντινα πόλιν Ἡρακλῆς ὁ ἀπὸ Ἰσπανίων ἔκτισε*] Scribo, *καὶ τὴν Βόσπορον:* Urbis enim nomen est hoc loco; est etiam et Freti. Stephanus de urb. *Βόσπορος, πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων· καὶ πορθμὸς ὁ ὁμώνυμος.* Bosporus vero duplex est, Thracius, et Cimmerius.

Pag. 431. 23. *δεδωκὼς αὐτῇ τῇ πόλει ὄνομα, βοῶν φόρος*] Ridiculum hoc commentum nobis obtrudit etiam Cedrenus; nisi quod suavissimam urbis hujus Conditoris, eandemque Romano imperio (quod tamen nondum erat in rerum natura,) tributariam facientis fabulam, praetermittat.

Pag. 432. 2. *ἤτοι Ἰταλῶν λεγομένων Ἰσπανῶν*] Italos, apud Auctorem nostrum, pro Europae partium Occidentaliorum incolis frequenter usurpari, supra notavimus, ad lib. 2.

Pag. 432. 8. *ἦν δὲ ἐν τῇ πόλει συναλλαγαὶ*] Lego, *συναλλαγὴ*, ut cum verbo *ἦν* congruat.

Pag. 432. 8. *καὶ ἠλέκτρινα*] Electrum Metalli species quaedam est, ex Argenti cum Auro mixtione, confecta; *ἤλεκτρος*, et *ἤλεκτρον* dixerunt: Hesychius. *Ηλεκτρον, ἀλλόκοτον χρυσίον:* et deinde; *Ηλεκτρος, μέταλλον χρυσίζον.* Electrum vero proprie dicebatur, quod Auri partibus tribus Argenti quartam admixtam habuit; ut inquit Isidorus: vel ut Plinius Nat. Hist. lib. 33. cap. 4. quod Auri portionibus quatuor Argenti quintam additam habuit. Metalli hujus apud veteres copia magna erat; eo quod eis (uti doctis videtur) Argenti ab Auro separandi modus saltem absque Argenti jactura, quae utique nimis magna fuisset, peni-

Digitized by Google

tus ignotus fuerit. Si vero quaeratur, unde igitur illis tantum auri puri erat quantum sufficeret ad nummos conficiendos; respondemus tum fodinas, tum flumina aurifera id illis suppeditasse; adeoque puri auri quam impuri majorem copiam inde eos hausisse. Atque in hac etiam sententia est Georg. Agricola, de Natura fossilium lib. 1. cap. 2. *Certe quoties animum refero ad eorum scripta*, (de veteribus loquitur,) *adducor, ut credam, plus puri auri semper repertum esse, quam confectum e terrarum, vel lapidum generibus, cum quibus solet esse permixtum*, etc. Sed vide Auctorem ipsum. Vel si hoc satis ad nummos feriendos haud fuisset, aurum habebant metallis vilioribus, aere, plumbo, etc. permixtum, quod in hunc usum purgare potuissent. Ubicunque vero in eam metallorum mixturam, quod Electrum dicebatur, inciderunt, impurgatam omnino usui suo accommodarunt. Sed et virtutes quasdam peculiares, easque Electro genuino quam auro puro ipso majores attribuerunt. Ex eo enim, quod Naturaliter tale est, Venena deprehendi testatur Plinius, lib. 33. cap. 4. cui etiam concinit Isidorus de Origin. *Defaecatius est* (inquit ille) *hoc metallum omnibus metallis:* et paulo post: *Si ei infundas venenum, stridorem edit, et colores varios in modum arcus coelestis emittit.*

Pag. 432. 10. *λαβόντες ἀντ' αὐτῶν μιλιαρίσια*] *Μιλιαρίσιον Miliarisium* Nummi genus est a Militia sic dictum, uti vult Cedrenus, p. 168. *Μιλιαρίσια δὲ ἀπὸ τῆς μιλιτίας, ἤγουν στρατείας.* Argenteum erat, atque duas siliquas, id est, partem duodecimam valebat. Scholiastes Basilic. Eclog. 23. *χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ ἓν κεράτιον φόλλεις εἰσὶ δώδεκα, ἤτοι μιλιαρίσιον τὸ ἥμισυ. τὰ οὖν ιβ'. κεράτιά εἰσι νομίσματος ἥμισυ. τὸ γὰρ ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιαρίσια ιβ', ἤτοι κεράτια. κβ'. Sciendum est, siliquam unam folles* XII. *valere, sive Miliarisii dimidiam partem: siliquae igitur* XII. *Solidi aurei dimidia pars sunt. Solidus enim justus Miliarisia* XII, *sive siliquas* XXIV. *valet.*

Pag. 432. 12. *τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Μοῦγελ*] Hunc *Μοαγέραν* vocat Cedrenus.

Ibid. πτοηθέντες Ρωμαίους] Inauditum hoc locutionis genus.

Pag. 432. 15. *ἐν τῷ λεγομένῳ Ἱερῷ*] *Ἱερὸν, Hierum*, Fanum est antiquissimum, Jovi Urio sacrum ad fauces Ponti Euxini in terra Asiatica positum. De hoc vide P. Gyllium de Bosporo Thracio lib. 1. cap. 2. Et l. 2. cap. 19.

Pag. 433. 3. *ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ συνέβη Ἰνδοὺς πολεμῆσαι πρὸς ἑαυτούς*] Bellum hoc Indorum Cedrenus refert ad Justiniani Imp. An. XV.; Anastasius vero ad ejusdem annum XVI.: qui etiam Regum horum alterum Damianum, Homeritarum, alterum vero, Adadum, Auxumitarum Regem, vocant; quem tamen Procopius Persicor. lib. 1. *Ἑλλησθεαῖον* vocat.

Digitized by Google

Pag 433. 6. *ἐνδότερός ἐστι τῶν Δμεριτῶν*] Scr. *Ομηριτῶν*. Homeritae Arabiae felicis incolae erant, Auxumitae vero Aethiopiae; qui etiam ab Homeritis sinu Arabico disterminabantur. Vide Procopium, Persicor. lib. 1. et Nicephor. Eccl. Hist. lib. 9. cap. 18. et lib. 17. cap. 32.

Pag. 433. 10. *βασιλείαι ἑπτά*] Scr. *βασίλεια*: *βασίλειον* vero, pro Regno, ubique ponit Auctor noster.

Pag. 434. 1. *ἐὰν νικήσω Δίμνον* etc. *χριστιανὸς γίνομαι.*] Ita etiam Nicephorus lib. 17. cap. 32. Et Cedrenus. Rex tamen, Auxumitensis, etiam ante hoc bellum, Christianus fuit, idque ferventissimus, *χριστιανός τε ὤν, καὶ δόξης τῆσδε ὡς μάλιστε ἐπιμελούμενος*, uti testatur hujusce aevi scriptor Procopius, Persicor. lib. 1.

Pag. 434. 22. *Δλαμούνδαρος ὁ Σαρακηνὸς τῶν Περσῶν*] Infra Alamundarum vocat *βασιλίσκον Σαρακηνῶν*: nempe Saracenicarum copiarum, quae a Persarum partibus steterunt, Dux erat Alamundarus iste. Vide Procopium, Persic. lib. 1.

Pag. 434. 23. *ἐπιῤῥίψας αὐτῷ τῷ φιλάρχῳ Ρωμαίων*] Scr. *φυλάρχῳ*: infra etiam *ἀρχίφυλος* dicitur. *Φύλαρχοι* vero, Provinciarum confoederatarum Praefecti erant: Procopius Persic. lib. 1. *Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ρωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ρωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενος, οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται, ξὺν τοῖς ἑπομένοις Δλμουνδάρῳ ἀντιτάξασθαι, ἱκανῶς εἶχεν.* In sequentibus etiam habemus *καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν φυλάρχοις*; item, *τὸν φύλαρχον Παλαιστίνης.*

Pag. 435. 5. *εὐθέως ἀπελθόντες Δρέθας ὁ φύλαρχος*, etc.] An a mortuis revixit? modo enim ab Alamundaro interfectum Aretham Phylarchum tradidit.

Pag. 435. 14. *καμήλους δρομοναρίας*] *δρομοναρίας* vocat Auctor, quos alii *δρομάδας*.

Pag. 435. 18. *ἀνεπλήρωσε καὶ τὸ δημόσιον*] Chr. Alex. habet *τὸ δημόσιον λουτρόν*. *δημόσιον* tamen absolute, pro Balneo Publico, apud nostrum frequentissime occurrit.

Pag. 435. 20. *τὸ μεσίαυλον τῆς βασιλικῆς κιγστέρνας*] *μεσίαυλον* etiam habet Chr. Alex. et nostrum iterum infra. At lib. 13. *μέσαυλον* scribitur; rectius: *μαρμαρώσας δὲ ἐπάνω τῶν εἰλημάτων τοῦ χειμάῤῥου πᾶν τὸ μέσαυλον, ἐπλήρωσε τὸν φόρον αὐτοῦ. Μέσαυλον* vero proprie locum quendam in media casa esse volunt; aut etiam januam, inter duas domus: ex hisce tamen locis inter se collatis ab auctore poni videtur pro Fornicatione quadam, sive opere Fornicario aquarum canaliculis, vel Cisternis superinducto. *μεσίκωλον* habet Scaligeri Editio Fastorum Alexandrinorum mendose.

Pag. 436. 6. *ἀπὸ Διὸς πόλεως*] Leg. conjunctim, *Διοσπόλεως*.

Pag. 436. 11. *ἐπόμπευσεν εἰς κραβαταρίαν.*] Cedrenus ha-

Digitized by Google

bet, προσέταξε καὶ γυμνοὺς κατὰ τὴν ἀγορὰν θριαμβευθῆναι. Quod vero Theophanes in Justiniano II dicit, πομπεῦσαι πεποίηκεν, Anastasius reddit, *Pompis fecit dehonestari.* Nempe mos iste maleficos populo per ludibrium spectandos per urbem circumferendi Justiniani temporibus, et deinceps frequentissimus erat. Caeterum vox et varie a nostro effertur: infra enim uno loco habemus, χειροκοπηθέντες περιεβωμβήθησαν ἐν καμήλοις: altero, καὶ περιβωμισθέντων αὐτῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν; et iterum, συσχεθέντες Ἕλληνες περιεβωμίσθησαν: ubi περιβωμίζομαι, et περιβωμβέομαι, pro περιπομπεύομαι corrupte poni nullus dubito. Hac vero severitate non in omnes ἀρρενοκοίτας, sed Prasinos tantum, et divites, eosque quicunque apud eum in offensa erant, initio usus est Justinianus: ut Procopius testatur in Arcan. Hist. τοὺς δὲ οὕτως ἁλισκομένους, τὰ αἰδοῖα περιῃρημένους ἐπόμπευον· οὐκ ἐς πάντας μέντοι τὸ κακὸν κατ' ἀρχὰς ἦγετο· ἀλλ' ὅσοι ἦ Πράσινοι εἶναι ἢ μεγάλα περιβεβλῆσθαι χρήματα ἔδοξαν.

Pag. 436. 19. καὶ ἐχαώθη τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως.] A χάος, Hiatus, verbum format χαόω, *hisco*; unde Aor. 1. pass. ἐχαώθην. Cedrenus hunc terrae motum ad Justini Imp. annum ultimum refert.

Pag. 437. 17. ἐδωρήσατο τὸ Γοτθικὸν ξυλέλαιον] Quid hoc ξυλέλαιον sit, doctioribus inquirendum relinquimus: nos in hoc scrutinio frustra adhuc sumus: stipendium quoddam fuisse videtur Gothis pendi solitum. Certe Justinianum Imp. imperium Romanum Barbaris tributarium fecisse, testem locupletem habemus Procopium, Arcan. Hist. idque Gothis praecipue, ut apparet ex Petro Patric. Excerpt. de Legation. ubi Carporum Legatus apud Monophilum, Mysiae Ducem, introducit de hac re querentes, diemque sibi fieri postulantes, his verbis: Διὰ τί οἱ Γότθοι τοσαῦτα χρήματα παρ' ὑμῶν λαμβάνουσιν, καὶ ἡμεῖς οὐ λαμβάνομεν; etc. et paulo post: καὶ δότω ἡμῖν τοσαῦτα· ἡμεῖς γὰρ κρείττονες ἐκείνων ἐσμέν. Quid autem, si συνέλεον legeremus? ξ pro ς.

Pag. 437. 19. ἐπιῤῥίψαντες μετὰ πλήθους] sensus hoc loco imperfectus est: forte legendum ἐπέῤῥιψαν: ἐπιῤῥίψαντες enim non habet verbum cum quo cohaereat. Caeterum hujusmodi ἀσυνταξία apud hunc Auctorem frequenter occurrit.

Pag. 438. 23. καὶ γενομένου σιλεντίου κομβέντου] Utraque vox Latina est: κόμβεντος est *Conventus:* cui τὸ Σιλέντιον additum, innuit Conventum hunc factum esse in Palatio, in Imperatoris anteriore cubiculo, ob cujus reverentiam magnum ibi servabatur silentium. Cubicularii quibus haec cura commissa erat, Σιλεντιάριοι, et ἡσυχοποιοὶ dicti sunt. Vide Jo. Meurs. Glossar. et Alemann. in Procop. Arcan. p. 108.

Pag. 439. 14. ἡμερισίας ἀνὰ φόλεις ιέ.] Scr. ἡμερησίας. Caeterum Cedrenus factum hoc Justino Imp. tribuit.

Pag. 439. 19. διὰ τοῦ κουράτωρος] Curatorum duo erant

Digitized by Google

genera; alter, cui juniorum educandorum cura commissa erat. Hesych. *Κουράτωρ, τροφεύς, παιδοκράτωρ:* alter erat, qui Regiarum domorum atque possessionum praefecturam habuit. Unde infra legimus p. 236. *Μηνὶ Μαΐῳ ἀπεζώσθη Ζήμαρχος ὁ ἀπὸ ἐπάρχων, καὶ κουράτωρ τοῦ δεσποτικοῦ οἴκου τῶν Πλακιδίας. Mense Maio Zemarchus Expraefectus, et Curator domus Augustae Placidiae exauctoratus est. Κουράτωρ τοῦ βασιλέως,* hic dictus est; quem postea etiam *τὸν λογοθέτην* vocarunt; ut ex Harmenopulo notant viri docti. Atque hic est, de quo hoc loco Auctor noster.

Pag. 440. 17. *πένητας ἐχούσας θυγατέρας*] De hoc Justiniani et Theodorae Imp. facto copiose Procopius de Justin. Aedific. lib. 1. cap. 3. Sed et Novellam etiam edidit Justinianus, *περὶ τοῦ μὴ εἶναι πορνοβοσκοὺς ἐν μηδενὶ τόπῳ τῆς Ρωμαίων πολιτείας.* Est haec Novella decima quarta.

Pag. 441. 9. *εἰς τὸ λεγόμενον Πύθιον*] Pythium quidem Macedoniae oppidum est; ut ex Stephano discimus: nonne igitur Auctor hoc loco Thermas illas intelligit potius, quas supra lib. 3. vocat, *τὰ Πύθια θερμά.* Thermae vero hae in Bithynia, a Byzantio haud procul sitae erant: Procop. de Justin. Aedific. lib. 5. *Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν, ἐν χώρῳ ὅνπερ ἐπονομάζουσι Πύθια· ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι.*

Pag. 441. 16. *Περόζης, ὁ μείζων ὁ υἱὸς αὐτοῦ*] secundum *ὁ* redundat. Caeterum inter Coadis, sive Cabadis filios, quos Procopius tres enumerat, neuter horum apparet. Hic enim natumajorem *Κάρσιν* vocat, filium secundum *Ζάμην:* minimum *Χοσρόην:* qui etiam regno Persico patri successit. Procop. de Bel. Pers. l. 1.

Pag. 441. 12. *ἐπὶ τὸ Σοῦρον*] Scr. *τὸ Σούρων,* nempe *πόλισμα* subauditur, ut ex Procopio discimus, qui urbem hanc semper vocat *τὸ Σούρων πόλισμα,* vel *πόλιν Σούρων, Σούρων* sive *Σουρηνῶν,* nullo proprio nomine eidem adhibito.

Pag. 443. 16. *μετεκλήθη Ἀντιόχεια Θεούπολις*] Accidit terrae motus iste Justiniani Imp. anno 11. uti testatur Evagrius, lib. 4. cap. 6. Cedrenus etiam in Justiniano: quorum uterque de nominis etiam urbis mutatione mentionem fecit.

Pag. 443. 17. *κατὰ κέλευσιν τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ θαυματούργου*] Symeones Miraculis clari duo fuerunt; alter *στυλίτης* ille, qui Leonis M. anno IV. diem obiit; alter sub Justiniano floruit; quem Auctor noster hoc loco indicare videtur. Vide Evagr. lib. 4. cap. 33.

Pag. 444. 14. *καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν Χριστιανῶν*] Miranda profecto est haec Bastagarii Persici, quam profert Auctor, Narratiuncula, de Manichaeis igni traditis, idque praesente Christianorum Episcopo: sed nec fide omnino ulla digna videtur. Persae enim jamdudum, Theodosii II. Imp. tempore, Christianae re-

Digitized by Google

ligionis hostes sese professi fuerant: Quin et hoc ipso tempore cum Manichaeis in quibusdam eos convenisse testatur Agathias, istius aevi scriptor, quique ex Archivis Persicis plurima se desumpsisse affirmat. Agath. lib. 2. et 4. vide etiam Nicephor. Hist. Eccl. lib. 14. cap. 19. et 21.

Pag. 444. 19. *βασταγάριος Περσῶν*] *βασταγὴ*, *Onus* est: Hesychius, *Βασταγὴ, βάρος.* Hinc *βασταγάριος, βασταγάρης* sive *βασταγιάριος, Bastagarius, Bajulus.*

Pag. 445. 12. *τοὺς λεγομένους Λυκοπρανίτας,*] Non Phrygiae, sed Pisidiae populus iste erat, a monte quodam, cui *λύκου πράνος* nomen, ita appellatus, uti testatur Procopius de reb. Goth. l. 3. *ἀλλὰ Λυκοπρανίτας καλοῦσι τῶν Πισιδῶν τινάς· οὐχ ὅτι λύκων κεφαλὰς ἔχουσιν, ἀλλ' ὅτι λύκου πράνα τὸ ὄρος ἐκλήθη, ὃ ταύτῃ ἀνέχει.*

Pag. 447. 7. *τὸ λεγόμενον Ἀρπαρίζιν*] Suspicor Auctorem scripsisse *Ἀργαρίζιν;* nempe pro *Γαρίζιν:* hunc enim montem hic intelligere eum non est quod dubitemus. Occurrit eadem vocis hujus corruptio apud Photium 564, 19. *ὅτι ὁ διάδοχος Πρόκλου, φησὶν, ὁ Μαρῖνος γένος ἦν ἀπὸ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Νέας πόλεως πρὸς ὄρει κατῳκισμένης τῷ Ἀργαρίζῳ καλουμένῳ· ἐν ᾧ Διὸς ὑψίστου ἁγιώτατον ἱερὸν, ᾧ καθιέρωτο Ἀβραμὸς ὁ τῶν πάλαι Ἑβραίων πρόγονος.* In itinerario Burdegalensi scribitur, *Agaresen.* NEAPOLIS. *Ibi est Mons Agarisen. Ibi dicunt Samaritani Abraham sacrificium obtulisse,* etc. Utroque corruptio manifesta est a voce Garizim.

Pag. 447. 15. *πρὸ τοῦ ἐπιρίψωσιν*] Scr. *ἐπιῤῥίψωσιν.* Caeterum nova prorsus est haec loquendi forma: magis Graece dixisset *πρὸ τοῦ ἐπιῤῥίψασθαι αὐτοὺς* etc.

Pag. 447. 17. *διαδεξάμενος τὸν αὐτὸν δοῦκα ἀσχήμως*] Scr. *ἀσχημόνως.*

Pag. 447. 22. *δεξάμενος Ἑρμογένην*] Sensus imperfectus est: verbum *ἦν* deesse videtur. vel potius legendum *ἐδέξατο.*

Pag. 449. 12. *ἠγανακτήθη ὁ ἀπὸ ὑπάτων Πρίσκος*] De Prisco hoc vide quid Procopius habet; Arcan. Hist. p. 71.

Pag. 450. 10. *προφάσει τῆς ἐκείνου ἀπειθείας*] Lego, *ἐκείνων,* ut ad Anastasium et Justinianum Impp. referatur.

Pag. 451. 2. *καὶ πεισθεὶς ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν*] Mundi, sive Mundonis hujus historiam aliter omnino narrat Jornandes de Reb. Get. cap. 58. quem videsis.

Pag. 451. 17. *κελεύσας μηδένα διδάσκειν φιλοσοφίαν*] ejusdem omnino sensus sunt, quae ex Chronographo quodam Anonymo profert Alemannus, in Not. suis in Hist. Arcan. Procop. Hist. verbis: *ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πέμψας εἰς Ἀθήνας ἐκέλευσε μηδένα τολμᾶν διδάσκειν φιλοσοφίαν καὶ ἀστρονομίαν.* Sed vide quae habet Scaliger. in Euseb. p. 121.

Pag. 452. 6. *τοῦ περιοδευτοῦ τῆς χώρας.*] *Περιοδευτὴς,*

Digitized by Google

qui et ἔξαρχος postea vocabatur, is erat, cui Ecclesiarum omnium regionis, uniuscujusque visitandarum cura ac munus committebatur. Auctorem inter alios habeo Alexium Aristaenum, (quem apud me habeo ineditum,) in comment. suis in Canon. Concil. Graecor. Ubi ad Synodi Laodic. Can. LVII. haec habet. *Εν κόμῃ τινὶ, ἢ καὶ βραχεῖα πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἐπισκόπου κατευτελίζηται ὄνομα· ἀλλὰ περιοδευτὰς, οὓς καὶ ἐξάρχους σήμερον ὀνομάζουσιν, εἰς διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων στέλλεσθαι ἐν αὐταῖς.*

Pag. 452. 9. *εἰς σανίδα παραπλωθεὶς προσηλώθη*, Particula *καὶ* hoc loco deesse videtur.

Pag. 452. 16. *τὸ μετακληθὲν Ἀναστασιούπολις*] Scr. *Ἀναστασιούπολιν*. Caeterum omnia barbare dicta sunt.

Pag. 452. 21. *τὴν ἀπόκρισιν τοῦ βασιλέως Περσῶν δεχόμενοι*] Omnino scribendum, *δεχομένων*.

Pag. 453. 16. *ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ κύνα ξανθὸν*] *καὶ τυφλὸν*, addit Cedrenus. Canis hujus mirandi mentionem etiam facit Zonaras.

Pag. 454. 6. *κατὰ τὸ δυσικὸν μέρος*] Scr. *δυτικὸν*. Cometa vero hic apparuit Justiniani Imp. anno IV, secundum Cedrenum: vel ut Zonaras vult, V. sed Procopius, cui fides hac in re potius est adhibenda, ad ejusdem annum XIII. eum ponit, De bell. Pers. lib. 2.

Pag. 456. 6. *Ρωμαῖοι μόνοι κομίζονται* etc.] Procopius rem aliter narrat, de Bel. Pers. l. 1. ubi reditus ex aurifodinis hisce non Romanorum, sed Persarum fuisse plane testatur.

Pag. 456. 17. *τὰ δὲ πεπραγμένα αὐτῶν ἀνεγνώσθη* etc.] *τὰ πεπραγμένα* sunt Acta, vel Decreta super causa qualibet in Conventu agitata. Itaque paulo supra etiam habuimus, p. 171. *λαβὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τὰ πεπραγμένα ἔσχισεν* etc.

Pag. 457. 11. *διὰ πολλῶν χρόνων ἠξιώθην* etc.] Haec Regis Indici verba sunt; verum *εἰπὼν*, aut quid simile deesse videtur.

Pag. 457. 17. *φορῶν σχιαστὰς διὰ μαργαριτῶν*] Puto legendum *σχιστούς*. Nam *σχιστὸς χιτὼν* erat *Tunica soluta* ab humeris ad lumbos demissa, quam superne fibula connectebat. Hesychius: *Σχιτὸς*, [Lego, *σχιστὸς*] *χιτών τις ποιὸς γυναικεῖος, κατὰ τὸ στῆθος πόρπῃ συνεχόμενος.* Jul. Poll. lib. 7. cap. 13. *ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο· ἡ δὲ πόρπη κατὰ τὰ στέρνα ἐνήπτετο.*

Ibid. *καὶ χρυσᾶ ψέλια*] Scr. *ψέλλια*.

Pag. 457. 18. *λινόχρυσον φακιόλιν*, pro *φακιόλιον*, uti et in proxime sequentibus, *μανιάκιν* pro *μανιάκιον*, secundum scribendi morem recentioribus usitatum. Est vero *φακιόλιον* pilei genus vide I. Meurs. Glossar.

Digitized by Google

Pag. 458. 7. *ἀναστῆναί με*] Haec Legati ipsius verba esse videntur.

Pag. 458. 17. *ὁ βασιλεὺς Ινδῶν Ελεσβόας*] Supra *Ανδας* vocatur Rex iste Auxumitarum.

Pag. 458. 21. *καὶ ἐκπορθῆσαι πᾶσαν* etc.] *ἀσύντακτα* sunt ista. Forte scribendum, *ἐκπορθοῦντα*.

Pag. 459. 4. *κατεπέμφθη δέησις παρὰ Θευδερίχου*] scribendum *Γιλδερίχου*, uti ex sequentibus patet: vel potius *Ιλδερίχου*, uti Procopius habet, de Bell. Vandal. lib. 1.

Pag. 459. 6. *καὶ πόλεμον τῶν Μαυρουσίων κατὰ τῶν Αφρῶν συμβαλόντων*] Quos Auctor Afros vocat, Vandali sunt; qui Africam hoc tempore in potestate sua habuerunt. Maurusii vero, qui et Mauri dicti sunt, ortum duxerunt a Phoenicibus illis, Israelitico Palaestinam invadente, sedibus propriis relictis, in Africam se contulerunt; ubi arce constructa columnas duas erexerunt, quibus lingua Phoenicia haec inscripserunt. *Ημεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ιησοῦ τοῦ ληστοῦ υἱοῦ Ναυῆ*. Nos sumus qui fugimus a facie Jesu praedonis Navae F. Procop. de Bell. Vandal. lib. 2.

Pag. 459. 8. *Λεπτωμὰ, καὶ Σαβαθὰ, καὶ τὸ Βιζάκιν*] scribo *Βιζάλιον*, ex Procopio, de Justin. Aedif. lib. 6. ubi etiam *Λεπτιμαγνὰν*, et *Σαβαθρὰν* inter Africae urbes recenset; quas easdem esse puto cum Nostri *Λεπτωμὰ*, et *Σαβαθὰ*.

Pag. 459. 20. *καὶ ἀπέλυσεν αὐτοὺς μεθ' ὕβρεως*] Forte legendum, *αὐτὸν*, ut Legato, qui unicus erat, aptius conveniat.

Pag. 460. 1. *πρὸς τὸν ῥῆγα Αθαλάριχον*] Procopius hunc vocat *Αταλάριχον*. Erat hic Theuderici (quem Auctor noster supra Valemeriacum hic Alemeriacum, nescio qua causa, vocat,) ex Amalasuentha filia nepos.

Pag. 461. 11. *ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ βάνδον βασιλικὸν*] *βάνδον Vexillum* est, ut Eruditi ubique nos monent.

Pag. 461. 13. *διὰ τοῦ Κιρκισίου ἐλθὼν*] *Κιρκισίον*, scribit Procopius: erat autem Castellum Romanorum munitissimum, in extremis imperii finibus, altera Euphratis parte situm.

Pag. 461. 16. *ἀπελθὼν εἰς συμμαχίαν*] Forte legendum, *ἀπῆλθεν ε. σ.* sensus enim aliter imperfectus est.

Pag. 461. 20. *ἔχον παρακείμενον*] Scr. *ἔχοντος*.

Pag. 461. 21. *πέριξ τοῦ φοσσάτου τριβόλους σιδηροῦς*] De *Fossato* supra diximus, ad lib. 12. Tribolus vero erat machina quaedam figurae triangularis, ex quatuor acutis clavis ferreis constans, ita compositis, ut quacunque projiceretur, erectam semper cuspidem unam haberet, atque hoc modo impedimento erat tum peditum, tum equitum incursionibus. Horum descriptionem accuratam habemus apud Procopium, Gothic. lib. 3. his verbis. *Οἱ δὲ τρίβολοι τοιοίδε εἰσίν· σκολόπων τεττάρων ἰσομήκων μάλιστα τὰ ὄπισθε πρὸς ἄλληλα ἐναρμοσάμενοι τριγώνου σχῆ-*

Digitized by Google

μα τὰς αὐτῶν εὐθείας πανταχόθεν ἐργάζονται· καὶ αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν ὅπου παρατύχῃ ῥίπτουσι. Ταύτῃ τε τῶν σκολόπων οἱ μὲν τρεῖς ἐς τὸ ἔδαφος ἰσχυρότατα ἐστήκασι πάντες, ὁ δὲ λειπόμενος ἀνέχων μόνος, ἐμπόδιον ἀνδράσι τε καὶ ἵπποις ἔσαεὶ γίγνεται. Ὁσάκις δέ τις τοῦτον δὴ κυλίνδει τὸν τρίβολον, ὁ μὲν τέως ἐκ τῶν σκολόπων τὴν εὐθὺ τοῦ ἀέρος ὄρθιον πληρωσάμενος χώραν, ἐς τὸ ἔδαφος ἔστηκεν· ἄλλος δ' ἀντ' αὐτοῦ γιγνόμενος ἄνω, τοῖς ἐπιέναι βουλομένοις ἐμπόδιόν ἐστιν.

Pag. 462. 8. *ἐξελθὼν πρὸς Βελισάριον*] Forte legendum, *ἐξῆλθον*.

Pag. 463. 23. *Τῆς γὰρ ἀμιξίας γενομένης*] Forte scribendum *ἀμμιξίας*. Legimus enim *ἄμμιγα*, pro *ἀνάμιγα*; et *ἀμμίξας*, pro *ἀναμίξας*: atque hinc *ἀμμιξία*, pro *ἀναμιξία*, quod *Commixtionem*, sive *Confusionem* sonat, formari potest.

Pag. 464. 7. *δέδωκαν νῶτα*] Scr. *ἔδωκαν*.

Pag. 465. 9. *κελεύσας διὰ γραμμάτων Τζίττᾳ*] Forte scribendum *ἐκέλευσε*.

Pag. 467. 17. *ὑφῆψαν τὰ ξύλα*] Scr. *ὑφήψαντο*, sive *ὑφήψατο*.

Pag. 468. 5. *ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ*] *Επισκοπεῖον* dictum est Episcopi palatium: quod in proxime sequentibus *πατριαρχεῖον* etiam vocatur; scilicet quia Episcopus Antiochenus etiam Patriarchae titulo insignitus erat.

Pag. 469. 12. *καὶ μηνυθὲν τῷ αὐτῷ Δωροθέῳ*] Forte scribendum *καὶ τούτου μηνυθέντος τῷ αὐτῷ Δ.*

Pag. 469. 13. *παρεφόσευσε τῷ κάστρῳ*] Scr. *παρεφόσευσε*.

Pag. 470. 18. *ἀλλ' ἔμειναν εἰς τὰ Ρωμαϊκὰ*] Forte scribendum, *ἀλλὰ μένειν*.

Pag. 470. 22. *περὶ τῶν παρεχομένων σπορτούλλων*] De *Sportulis* Romanorum non est quod hic aliquod dicamus, Auctoris nostri *Sportulae* erant Praemium a Clientibus Advocatis suis dari solitum.

Pag. 471. 3. *τ' αὐτῷ δὲ καὶ τὸ θέατρον* etc.] Quid haec sibi volunt hoc in loco, non video.

Pag. 472. 15. *Οὖννοι Σάβηρες*] *Σάβειροι* Procopio, Agathiae, aliis vocantur.

Pag. 472. 19. *καὶ τῶν Κηρυστικῶν*] Scribend. *Κυβίστικῶν*, uti supra monuimus ad lib. 13.

Pag. 473. 11. *καὶ περιβωμισθέντων αὐτῶν*] Scr. *περισωμπευθέντων*, uti de hoc vocabulo supra monuimus.

Pag. 474. 2. *Εἰδοὶ δὲ ὀνομάζονται, διότι* etc.] Quam suaviter hic ineptit Auctor. Quin et Socios hac in re habet Jo. Tzetzem Graeculum illum nugacissimum simul et confidentissimum

Digitized by Google

(uti recte monet doctiss. Is. Casaubonus) et Balsamonem etiam. Certe mira est Latinarum rerum imperitia, quæ Scriptores Graeci, praesertim recentiores laborarunt; uti cuiquam observare obvium est.

Pag. 474. 4. *τὰ τοῦ πριμικηράτου*] *Πριμμικήριος* dictus est, cujusque ordinis primus, cujus scilicet nomen loco primo in tabulis ceratis scriptum erat. Inde *πριμικήρατος* apud Nostrum, *Primiceratus*, sive Primatus. Uti supra notavimus ad lib. 14.

Pag. 474. 5. *τῇ τρεισκαιδεκάτῃ τοῦ Ιαννουαρίου*] Scr. *τρισκαιδεκάτῃ*.

Pag. 474. 12. *ἐκ τοῦ λέγειν, Νίκα.*] De victoriatorum seditione hac, quae *ἡ τοῦ ΝΙΚΑ στάσις* vocata est, a vocabulo scilicet hoc a seditiosis, pro tessera, sibi invicem dato, abunde Procopius, de Bell. Pers. lib. 1. et ex eo Evagrius, lib. 4. cap. 13.

Pag. 474. 18. *καὶ ἡ χαλκὴ τοῦ παλατίου*] Chalca haec Regiae vestibulum erat; sic dictum, quod tegulis aereis et inauratis tectum erat. Hujus descriptionem accuratam habes apud Procop. de Justin. Aedif. lib. 1.

Pag. 475. 12. *βαστάζων τὸ ἅγιον μεγαλεῖον*] Ita etiam pag. ultima habemus *Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου κατέχοντος τὸ ἅγιον μεγαλεῖον.* Quod Noster *μεγαλεῖον*, Chr. Alex. Auctor vocat *τὸ Εὐαγγέλιον*, Sacrosanctum Evangelii Codicem.

Pag. 477. 17. *τὸ μέρος τῶν φαραγγίων*] *Φαράγγιον* erat locus praeruptus, Persarmeniae Montibus conterminus, ubi aurifodinae erant, caeterum Persis subditus, quibus etiam pace hac inita a Romanis restitutus est, teste Procopio de Reb. Pers. lib. 1. *Τότε καὶ Περσῶν χωρία ἐν Περσαρμενίοις Ρωμαῖοι ἔσχον, φρούριόν τε τὸ Βᾶλον, καὶ τὸ φαράγγιον καλούμενον, ὅθεν δὴ τὸν χρυσὸν Πέρσαι ὀρύσσοντες βασιλεῖ ἔφερον.* Et paulo infra: *οὕτω τοίνυν τήν τε ἀπέραντον καλουμένην εἰρήνην ἐσπείσαντο, ἔκτον ἤδη ἔτος τὴν βασιλείαν Ιουστινιανοῦ ἔχοντος· καὶ Ρωμαῖοι μὲν τότε φαράγγιον, καὶ Βᾶλον τὸ φρούριον, σὺν τοῖς χρήμασι Πέρσαις ἔδοσαν· Πέρσαι δὲ Ρωμαίοις τὰ Λαζικῆς φρούρια*, etc.

Pag. 478. 22. *μετὰ τῆς αὐτοῦ γυναικός*] Gelimerem dicit Vandalorum Regem: de cujus tamen uxore, Constantinopolim captiva missa, apud alios mentio nulla.

Pag. 479. 18. *περιῃρέθη δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἡ τοῦ Νυκτεπάρχου ἀρχή*] Nycteparchi potestas abrogata est, et pro eo Praetor creatus, Belisario Cons. ut apparet ex Justin. Novell. 13. Ergo factum est hoc triennio ante Joannis Cappadocis Consulatum. *Κοιαίστωρ* vero, sive *Κοιαισίτωρ*, uti eum vocat Procopius, Hist. Arc. non eodem anno, ut Noster vult in sequentibus,

Digitized by Google

sed triennio post, XII. scilicet Justiniani Imp. anno institutus est: uti videre est Novell. LXXX.

Pag. 480. 19. *φρατριάσας μετὰ τινῶν πιτηόρων*] A Juvenibus quibusdam conjuratis caedes haec perpetrata est, sceleris etiam nescio (ut hominum opinio erat) Joanne Cappadoce. Hujus historiam totam tibi exhibet Procopius ad calcem lib. 1. de Bell. Pers. Haec vero Justiniani Imp. anno XIV. acta sunt.

Pag. 481. 1. *ἐξωρίσθη ἐν Αντίνῳ*] Procopius, loco citato habet: *ἐς τὴν Αντινόου κομίζεται.*

Pag. 481. 3. *Ινδικτιῶνος ε'. ξυνέβη γενέσθαι*] Hic annus erat Justiniani XVI. caeterum de Muliercula hac Fatidica, quam memorat Auctor noster, nihil omnino alibi, quod sciam, occurrit.

Pag. 482. 11. *ἡ εὐσπλαγχνία τοῦ Θεοῦ*] Alibi etiam Divinam Castigationem *τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν*, vocat. Quod Auctoris nostri locutionis genus imitatus est etiam Chr. Alex. Auctor. ad Justiniani Imp. annum II. *τούτῳ τῷ ἔτει κατὰ θεοῦ φιλανθρωπίαν γέγονε τὸ μέγα θανατικόν.* Ubi Interpres locum hunc suspectum habens, pro *φιλανθρωπίαν*, *θεομηνίαν* legi vult; sed frustra. Cedrenus etiam eodem loquendi genere usus est, ad Justiniani Imp. an. XXXI. ubi haec habet; *καὶ ἐσείετο ἡ γῆ μετὰ φιλανίας ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐπὶ ἡμέρας δέκα.* ubi *φιλανίας* contracte scribitur pro *φιλανθρωπίας*, ut *ἄνος* ubique itidem occurrit pro *ἄνθρωπος* in Codicibus MS. recentioribus. Haec tamen ut videtur, Xylandro in mentem non venerunt; ideoque vocabulum hoc in tralatione sua praetermisit. Locum illum fortasse respexerunt Apostoli ad Hebr. cap. 12. ver. 6. *ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει. Quem enim diligit Dominus, castigat.*

Pag. 482. 16. *πρώην οὖσα ἐν τῷ Ταύρῳ*] *Taurus*, locus erat quidam Constantinopoli. Zonaras, in Nicephoro Boton. *καὶ ἕως τοῦ Ταύρου γενόμενοι προσωτέρω ἀπιέναι οὐκ ἀπεθάῤῥουν.* Locus hic erat in undecima urbis regione: de quo vide Pet. Gyllium, de Topograph. Constantinop. lib. 4. c. 2.

Pag. 482. 19. *διαστροφὴ ἐγένετο περὶ τῆς ἀποκρεωπώλου*] Factum hoc anno Justiniani Imp. XIX, uti testantur Theophanes, et Cedrenus.

Pag. 483. 3. *Μηνὶ φεβρουαρίῳ, Ινδικτιῶνος δεκάτης* etc.] Non in Februario mense, sed VIII. Kalend. Februarii, sive Januarii die XXV. Constantinopolim ingressus est Papa Vigilius; uti testatur Marcellinus in Chronico, idemque istiusce aevi scriptor.

Pag. 483. 7. *καθηρέθη ὑπὸ τοῦ Πάπα Ῥώμης*] Anastas. Bibliothec. inquit: *Excommunicationem 4. Mens. dedit* [Vigilius] *Mennae Constantinopolitano Episcopo in Epitimium.* Addit Theophanes: *καὶ Μηνᾶς δὲ αὐτῷ τὸ αὐτὸ ἐπιτίμιον ἐδώκεν. Menas vero et illi eandem poenam inflixit.* Vide quae de hac re literis prodidit Nicephorus Callisti, Eccles. Hist. lib. 17. cap. 26.

Digitized by Google

Pag. 483. 10. *ἀμιξία ἐγένετο*] Scribo *ἀμμεξία*, ut supra.

Ibid. *ἐν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν*] Forte scribendum, *ἐξ ἀμφ. τ. μ.* vel *ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι.*

Pag. 483. 16. *εἰς τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων* etc.] Locus iste mihi valde obscurus videtur; nec omnino conjectari possum, quid *ἄθλησις* hic significet. Quia tamen aliquid utcunque dicendum erat, *Monasterium*, meo licet periculo, reddidi. Fortasse enim *ἄθλησις* pro *ἄσκησις* hic ponitur, uti frequenter; et *ἄσκησις* pro *ἀσκητήριον*, quod *Monasterium* signat. Certe Apostolorum templum magnificum a Constantino M. extructum fuisse testes habemus multos, ex quibus Pet. Gyllius de Topogr. Constant. lib. 4. cap. 2. de eodem haec habet. *Circa Templum* (hoc Auctoris nostri *περιτείχισμα* esse suspicor) *aula illustris erat in aerem purum et apertum patens, cujus porticus dispositae in quadrum circumdabant aream sub dio expositam. Juxta porticus distendebantur regiae aedes et balnea, et ἀνακαμπτήρια, aliaque permulta domicilia aeditimorum, aliorumque ministrorum Templi commode aedificata.*

Pag. 484. 3. *ἀπεπτελώθη μέρος*] Vocabuli hujus *ἀπεπτελώθη* sensum capere ex praecedentibus haud est difficile; originem non item. Anne *ἀπεπτιλώθη* scripserit Auctor? *πτίλωσις* est, *Defluvium pilorum e ciliis:* Forte itaque metaphoram hic, duriusculam licet, habemus. Nisi quis, *ἀπεπτώθη*, legere mallet.

Pag. 484. 4. *τελευτᾷ ἡ Αὐγούστα Θεοδώρα*] Vigesimus primus erat hic Justiniani annus, ut etiam testatur Procop. de bel. Goth. lib. 3. *ἡ δὲ βασιλὶς Θεοδώρα νοσήσασα, ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἐπαυτοὺς ἕνα τὰ καὶ εἴκοσι τῇ βασιλείᾳ ἐπιβιώσασα.* Victor tamen Turunensis asserit eam obiisse post Consulatum Basilii anno IX, id est, Justiniani anno XXIV. Cedrenus tamen, Theodoram non Junio mense, sed Julii die XI, mortuam esse tradit.

Pag. 484. 11. *περιῳρέθη τὸ ὄνομα Μηνᾶ* etc.] Haec a Theophane aliter narrantur his verbis: *κατεβιβάσθη τὸ ὄνομα Μηνᾶ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως· καὶ προεβιβάσθη τὸ ὄνομα τοῦ Βιγιλίου προτασσομένου ἐν τοῖς διπτύχοις.* Quae sic vertit Anastasius: *Suppositum est nomen Mennae Patriarchae Constantinopolitani et Propositum est nomen Vigilii praecellens in Diptychis.*

Pag. 484. 19. *μὴ ἀγομένου τοῦ Ἱππικοῦ*] Cedrenus habet, *ἱππικοῦ γενομένου.*

Pag. 485. 5. *καὶ προσφυγίῳ χρησάμενος*] De hoc vide quae Nicephorus habet Hist. Eccles. lib. 17. cap. 26.

Pag. 485. 15. *τοῦ ἐπίκλην Λιθοπροσώπου*] Eadem omnino habes apud Cedrenum. Verum Pomponius Mela promontorium hoc, *Euprosopon*, vocare videtur, de situ Orb. lib. 1. cap. 12. *Ab ea ad promontorium* Euprosopon *duo sunt oppida, Byblos et Botrys.*

Digitized by Google

Pag. 486. 2. *τῆς οὔσης πέριξ ἐν Ἰουστινιαναῖς*] Suburbia haec litore Constantinopoli adverso sita, *Συκαὶ* olim dicta sunt. Stephan. de urb. *Συκαί, πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας Ῥώμης, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσα.* Procopio tamen *Ἰουστινιάναι*, vocantur, de Aedif. Justin. lib. 1: nisi error Librarii sit. Hodie, *Galata*, vocatur hoc oppidum: de quo vide Pet. Gyllium de Topogr. Constant. lib. 4. cap. 10.

Pag. 487. 4. *καὶ κατεπάρη ἐν τῇ γῇ*] *κατεπάρη* aor. 2. Passivae vocis est a verbo *πείρω*: ideoque huic loco nullo modo convenire potest. Forte itaque legendum, *κατέπειρε*, *penetravit*: hoc enim Auctor dicere voluit.

Pag. 487. 6. *Νικομηδείας μέρος καταπεσεῖν*] *συνέβη*, aut quid tale, deesse videtur.

Pag. 487. 24. *τοὺς μὲν ἐφούρκισε*] Cedren. habet, *ἐφύλιξε*. Vide quae de hoc vocabulo supra notavimus; ad pag. 427.

Pag. 488. 8. *ἐν Γενεθλίῳ*] De urbis Natalitiis loquitur, quae quotannis Maii XI, jam olim a Constantini M. temporibus, celebrari solita sunt. Vide supra lib. 13.

Pag. 489. 2. *τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἑβδόμου*] *Ἑβδομον* Suburbium erat Constantinopolitanum, septimo ab urbe lapide dissitum: uti jamjam monuerunt viri docti, ex Procopio, aliisque.

Pag. 489. 3. *τοῦ δὲ Ῥηγίου πάνυ πολλὰ*] Scr. *Ῥηγίου*, uti habet Cedrenus. Procop. de Aedific. Justin. l. 4. *τοῦ δὲ Ῥηγίου ἐπέκεινα πόλις ἐστί που, Ἀθύρας ὄνομα.* Stephan. de Urb. *Ῥήγιον, πόλις Ἑλληνίς.*

Pag. 489. 12. *τῶν λεγομένων Ἀβάρων*] De Abaribus hisce, eorumque origine, vide Nicephor. Hist. Eccles. lib. 18. cap. 30.

Pag. 489. 15. *Θνῆσις ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ βουβώνων*] De morbo hoc pestilente, qui per LII annorum spatium per orbem universum grassatus est, vide Evagrium, lib. 4. cap. 28. et Procop. de Bell. Persic. lib. 2. quorum uterque exactissimam ejus descriptionem tibi exhibet.

Pag. 489. 16. *τὰ μεθόδια πάντα κραββάτους ἀργυροῦς ἐκόλησαν*] Iocus iste pessime corruptus est: neque, ut nunc se habet, sensus exinde commodus ullus elici potest. Pro *μεθόδια* itaque, *μεθόρια*, et pro *ἀργυροῦς*, *ἀργοὺς*, legendum omnino judico. Certe durante hac lue adeo numerosa erat morientium multitudo, ut ad cadavera efferenda sandapilis non sufficientibus, Imperator mille alias fieri curaverit: Neque hae tamen mortuis sepeliendis satis fuerunt, uti testatur Cedrenus in Justiniano. *τῷ δὲ φεβρουαρίῳ μηνὶ γέγονε θνῆσις ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν νέων, ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὥστε μένειν ἀτάφους τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, διὰ τὸ μὴ ἐξαρκεῖν τοὺς κραββάτους τῶν ἐκλησιῶν, καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων, πρὸς τὸ ἐκφέρειν τοὺς τελευτῶντας· ὅθεν ποιήσας ὁ βασιλεὺς ἕτερα κραββάτια χίλια, καὶ μηδ' οὕτως*

Digitized by Google

ἐξαρκούντων ἁμάξας προὐέταξε πλείστας εὑτρεπισθῆναι, καὶ ἄλογα δίδωκε μύρια πρὸς τὸ ἐκφέρειν τοὺς νεκρούς, etc.

Pag. 489. 19. φιλοπαλλουμένου τοῦ τρούλλου] Scr. φιλοκαλουμένου, uti habet Cedrenus. De Trullo vero et Ciborio, vide quae doctissimus Jac. Goar. ad hunc locum apud Cedrenum annotavit.

Pag. 489. 20. ῥήξας γὰρ ἦν] Omnino legendum, διερρηγμένος, uti habet Cedrenus.

Pag. 490. 1. ἐργαζομένων τῶν Ἰσαύρων] Isauros aedificationibus exercitatissimos fuisse colligere licet ex Procopio de Bell. Goth. l. 2. Ἐν τούτῳ δὲ Βελισάριος Ἰσαύρους πέντε, τοὺς ἐς τὰς οἰκοδομίας ἐμπείρους, ξύν τε πελέκεσι καὶ ἄλλοις ὀργάνοις εἰς λίθων ἐκτομὰς ἐπιτηδείους, εἰς τὴν δεξαμένην ἀσπίδων πλήθει κρυπτομένους ἐσήγαγε.

Pag. 490. 6. ἐπανέστησαν οἱ Οὖννοι, καὶ οἱ Σκλᾶβοι τῇ Θρᾴκῃ] Cedrenus habet, οἱ Οὖννοι, οἱ καὶ Σκλάβινοι etc. ac si eadem gens esset. Eos tamen distinguit Procopius de Bell. Goth. l. 1. καὶ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι Οὖννοί τε ἦσαν, καὶ Σκλαβηνοί, καὶ Ἄνται, οἳ ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον οὐ μακρὰν τῆς ἐκείνης ὄχθης ἵδρυνται. De hac Barbarorum in Thraciam irruptione vide quae Agathias literis prodidit lib. 5.

Pag. 490. 10. εὗρον δὲ τοῦ τείχους Κωνσταντινουπόλεως τόπους] Cedrenus habet, τοῦ Ἀναστασιακοῦ τείχους; rectius: per muri longi enim, ab Anastasio Imp. extructi, ruinas vetustate, negligentiaque factas, viam invenerunt.

Pag. 490. 13. ἀπεζώσθη Ζήμαρχος] Ζιμαρχὸς hic Procopio dictus est; Hist. Arcan. Fuit autem Justini senioris commilito.

Pag. 491. 5. συνέβαλον καὶ ἐν τῇ Μέσῃ] Μέση, *Forum* est ut ex Glossis Graeco-barbaris notat Jo. Meursius. ἀγορά, ἡ μέση. et deinde, εἰς τὴν μέσην, ἤ ἀγοράν, ἤ φόρον. Ita autem dictum vult ille, quia plerumque in medio urbium situm erat. Verum cum plura Constantinopoli Fora fuerint, quodnam ex illis hic intelligit Auctor? Anne Theodosii, sive Tauri Forum? Huic enim vicinum erat Aereum Tetrapylum. De his vide Pet. Gyllium, de Topogr. Constantinop. lib. 3. cap. 6.

Pag. 491. 11. τοῦ ἐνδοξοτάτου] Κουροπαλάτης erat, qui Palatii curam sibi commissam habuit. A Latinis, *Curo Palatii*, dictus est: unde factum, Κουροπαλάτης. Justinus vero iste Curopalata, Justiniani Imp. a Sorore nepos erat; qui etiam eidem in Imperio successit.

Pag. 491. 18. συσχεθέντες Ἕλληνες περιεβομβήθησαν] Lego, περιεπομπεύθησαν. Vide quae de hac voce supra notavimus, haud procul hujus libri 18. initio.

Pag. 491. 20. εἰκόνες τῶν μυσερῶν θεῶν] Scr. μυσαρῶν.

Pag. 491. 21. τὰ συνοδικὰ τοῦ Πάπα Ῥώμης] De Synodi-

Digitized by Google

cis, sive Synodalibus Epistolis, vide Bernardum Ferrarium de antiquo Ecclesiasticar. Epistolar. genere.

Pag. 492. 4. *πλησίον τῆς γεφύρας*] Scr. *γεφύρας*.

Pag. 492. 5. *καὶ πρόβλησις ἐκ τῶν ἀργυροπρατῶν, καὶ φῶτα πάμπολλα ἐγένετο*] Hujus rei occasionem narrat Cedrenus ad annum Justiniani Imp. XXXIV, his verbis *ἐφημίσθη ἐν τῇ πόλει, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησε, διὰ τὸ κεφαλαλγεῖν, καὶ μηδένα θεωρεῖν· καὶ ἦν ταραχὴ, καὶ ἁρπαγαὶ εἰς τὰς προβολὰς, καὶ τὰ μαγκιπεῖα. καὶ περὶ ὥραν θ', προσέταξε τῷ ἐπάρχῳ, καὶ ἀνῆψε φῶτα εἰς ὅλην τὴν πόλιν, ὅτι ὑγίανεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνεστάλη τὰ τῆς ταραχῆς.*

Pag. 492. 8. *ἐν τοῖς ἐπίκλην Πιττακίοις*] Locus quidam erat Constantinopoleos, cujus semel atque iterum meminit etiam Cedrenus: ita fortassis dictus, quod Tabulae Scriptoriae ibi vaenum expositae fuerint. *Πιττάκιον* enim Tabula est, e fusili pice ad exarandum confecta. Pro Tabula etiam simpliciter quandoque sumitur. Auctor Lexici Graecolat. vet. *Brevem* interpretatur. *Πιττάκιον Pittacium, Brevis.*

Pag. 492. 14. *καὶ ὁ τρίτος δὲ στόλος τῶν πλοίων οὐκ εἰσῆλθεν*] *τὸν σιταγωγὸν στόλον*, Classem hanc vocat Procopius quae Frumenti ab Alexandria importandi causa quotannis emissa est; quaeque nisi a contrariis ventis impediretur, secundum, aut etiam tertium per aestatem reditum perficere consueverat. Vide Procopium de Aedific. Justin. lib. 5. haud procul ab initio.

Pag. 492. 19. *Βεροΐαν, καὶ Βρίγκας*] Cedrenus etiam habet *Βιρίαν καὶ Βρίγκας*. Corrupte uterque: nec enim urbes tales Italia habuit ullas. Caeterum pro his Anastasius Bibliothecarius habet, *Veronam* et *Brixiam. Tricesimo sexto imperii Justiniani anno trophaea venerunt a Roma Narsis patricii: significantia comprehendisse illum urbes munitas Gothorum duas, Veronam scilicet, et Brixiam.* Atque hanc genuinam hujus loci lectionem esse facile crediderim.

Pag. 498. 19. *φορῶν βούγλιν*] Et deinde, *σύρας τὸ βούγλιν ὃ ἐφόρει*, etc. Vocabulum hoc nullibi mihi occurrit. *Pugionem* tamen verto; unde etiam forte corrupta vox est, Anastasius Bibliothec. reddit, *Gladium. Et Marcellus quidem argenti venditor spe frustratus, et exempto gladio quem portabat, dedit sibi tres ictus, in triclinio comprehensus, et moritur.*

Pag. 494. 6. *ὁ ὑποπτίων Βελισσαρίου*] *Οπτίωνες* dicti quibus annonae militibus erogandae cura commissa erat. Procopius de Bel. Vandal. lib. 1. *τῶν δ' ὑπασπιστῶν τριακοσίους ἐπιλέξας ἄνδρας, ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, Ἰωάννῃ παρέδωκεν, ὃς ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν ἀπλαν* (ita legendum contendit Jo. Meursius, non *οἰκίαν*) *δαπάνης· ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Curatorem Belisarii, eum vocat Anastasius Bibliothecar.

Pag. 494. 8. *καὶ Ζηνοδώρου ἀσεκρῆτις*, etc.] *Ἀσεκρῆτις*,

Digitized by Google

sive ἀσηκρῆτις, et ἀσηκρήτης, a Latino *A secretis* facta sunt. Pro quo Latini recentiores etiam Asecreta, unico vocabulo, quandoque dixerunt. Carolus M. de cultu Imag. lib. 4. cap. 9. *Mox ut Leontius Asecreta conspexit, magnum se sui erroris emolumentum invenisse putavit.*

Pag. 495. 7. ὅτι, *Οὐ χρὴ μέτα τὴν ἕνωσιν* etc.] Haec Justiniani Confessio fidei, De Naturarum in Christo distinctione, non hoc tempore, sed sub Synodo V. Constantinopolitano Edicto Imperatorio promulgata est. Scilicet sub extrema vitae suae tempora in Aphthartodocitarum Haeresin delapsus est Justinianus: uti testantur Evagrius lib. 4. cap. 38. Nicephorus Call. lib. 17. cap. 29. Glycas Annal. part. 4. et Cedrenus; qui etiam eodem anno, de quo Auctor noster hic loquitur, Imperatorem Edictum suum *De Corruptibili et Incorruptibili*, proposuisse asserit: cui astipulatur Glycas, loco citato.

Pag. 495. 11. *πόδες λ',*] *πόδας εἴκοσι*, dicit supra; sicut et Cedrenus habet.

Ibid. *τὰς δύο καμάρας*] *κάμαρα*, sive *κάμερα*, *Camera* est Recentioribus; et *καμεράριος*, *Camerarius*, Praefectus Cubiculi.

Digitized by Google

HUMFREDI HODII

AD

ANNOTATIONES

APPENDIX.

Pag. ed. Bonn. 3. 3. *Θεῷ* minus recte legit Transcriptor, quisquis is fuerit; in MS. nos legimus *θεοῦ* (*θῦ*)*).

Pag. 3. 6. *Ασουὰμ.* in MS. hic loci *Ασουὰμ*; inferius *Ασουὰμ.* in Eclogis aliis MSS. ex Hamartolo, quae in eadem Bibliotheca Bodl. servantur, ubique *Σουάμ.*

Pag. 9. 10. *κολάζηται. κολάζεται* corrigit Chilmeadus; neque aliter legitur in MS. sic alia sunt complura a Chilmeado correcta, quae non MS. Codici, licet minime bono, sed ipsi exscriptori non satis attento sunt imputanda. Quod semel monendum duxi.

Pag. 12. 1. *ὑστέρησε τὴν ἀρχαίαν φωνήν.* verbum *ὑστερέω* hoc sensu, quamvis alibi haud temere invenies, uti monet *Chilmeadus*, reperitur tamen postea apud eundem Scriptorem, in MS. ubi de Aristotele providentiam negante, *οὗτος* (inquit) *τὴν γῆν τῆς θείας κηδεμονίας ὑστέρησε.*

Pag. 12. 15. *Ὠριγένης, ἑρμηνεύων ἐκ τῆς Συριακῆς Βίβλου*, suspecta hujus loci interpretatio Chilmeadiana: videtur Autor non designasse *commentarios* ullos *Origenis super Biblia Syriaca*, sed tantum voluisse Origenem Hebraeam linguam Syriacam etiam appellatam fuisse attestari in loco quodam Commentariorum ubi textum Hebraeum citarit et ex eo S. Scripturae locum interpretatus sit.

Pag. 24. 12. *τιμωρησάμενος.* Chron. addit *αὐτήν.*

*) Quas praeterea codicis iterum inspecti scripturas hinc usque ad p. 20. ed. Ox attulerat Hodius, in annotationes nostras recepimus.

Digitized by Google

Pag. 24. 20. *Σῶσις.* Chron. *Σώσεις*, alii *Σώσης.*

Pag. 24. 22. *Θούλις.* sic Chr. alii *Θούλης* alii *Θουάχης.*

Pag. 26. 3. *μετανάστας.* Chron. *μεναντασεὺς*, pro quo Dufresnius in sua editione reposuit *μεναναστάσεα.*

Pag. 26. 6. *Πάρθοι.* Chron. corrupte *παρθίσιος*, in Dufresnii versione *Parthidis.*

Pag. 26. 7. *Σκύθαι.* Chron. mendose *Σκύθες.*

Pag. 27. 17. *Φαραώ, ὁ καὶ Μαραχὼ καλούμενος.* Chron. *ὁ καὶ Νάχωρ καλ.* Jo. Antiochenus MS. (annotante Dufresnio) *ὁ καὶ Καραχὼ καλ.* Eusebius Scaligeranus Chr. l. 1. et Cedrenus *ὁ καὶ Ναρεχὼ καλ.* Georgius Hamartolus MS. *ὁ καὶ Ναραχώ.* Theophilus Antioch. ad Autolycum lib. 2. *Φαραὼ, ὃς καὶ Νεχαὼθ κατ' Αἰγυπτίους ὠνομάσθη.* Difficile dictu quaenam verior sit lectio; utrum *Ναραχὼ* seu *Ναρεχὼ* vel *Νάχωρ* seu *Νεχαώθ.* Maleliana enim *Ναραχὼ* et Joannis Antiocheni *Καραχὼ* procul dubio falsa est. Magis placet *Νάχωρ* seu *Νεχαώθ.* sic enim apud Josephum de bell. Jud. l. 6. c. 26. Pharaonem illum qui Abrahami uxorem Saram surripuit et idem omnino videtur cum illo quem designant Autores citati, cognominatum fuisse *Νεχαὼς* perhibetur. In Graeco Codice quo usus est Josephi Interpres scribebatur *Νεχίας* vel *Νεχείας*; in aliis exemplaribus legitur *Νεχώθ.* Sic in serie Aegypt. Regum occurrunt alia nomina, quae propius *τῷ Νάχωρ* seu *Νεχαώθ*, quam nomini *Ναραχὼ* seu *Ναρεχὼ* accedunt, *Φαραὼ Νεχαὼ* in S. Script. Apud Manethonem (in Syncello p. 75, 26ae. et Eusebii Chronico) Dynastiae 2ae. Reges duo occurrunt, nominati *Νεχαώ.* In serie Regum Aegypt. apud Syncellum p. 210. Reges iidem dicuntur *Νεχαάβ.* Apud Manethonem juxta Editionem Africani (in Sync. p. 56.) primus Rex Dynastiae tertiae nuncupatur *Νεχερόφης*, juxta Editionem Eusebii (ibid. p. 57.) *Ναχέρωφις.* In praedicta Serie Rex 5us. appellatur *Ναεψωὼς*, 8us. *Νεκεψώς.* Paulinus

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Pag. 28. 5. *ἣν ἐκάλεσεν Ἰόπολιν.* Chron. *Ἰώπολιν.* G. Hamartolus MS. qui lineas 7. praecedentes ad verbum habet: *ἐν ᾗ πόλιν εἰς ὄνομα τοῦ ἡλίου κτίσας, ἐκάλεσεν Ἡλιούπολιν.*

Pag. 28. 8. *μάκερα λαμπαδηφόρε.* Chr. *μάχαιρα λαμπαδήφορος.*

Pag. 29. 16. *Σίλπιον.* Chron. *Σήλπιον.* sic inferius.

Pag. 29. 17. *Ἰόπολιν.* Chron. *Ἰώπολιν.*

Pag. 30. 2. *Κρόνου.* Chron. *Κρονίωνος.*

Pag. 30. 5. *Ποσειδῶνι.* Hamart. MS. *Σιδήνῃ.*

Pag. 30. 6. *Βῆλος.* Hamart. MS. *Βήλ.*

Ibid. Ἐνυάλιος, ab Hamartolo omittitur.

Pag. 30. 7. *τῆς Ἰοῦς.* Chron. *τῆς Ἰῶ.*

Pag. 30. 10. *Σίδα.* Hamart. MS. *Σίδαν.*

Pag. 30. 11. *δύο.* de Aegypto tantum meminit Hamartolus.

Digitized by Google

Pag. 30. 12. *Τυρῶ.* sic Hamart.

Pag. 30. 14. *τὸν Κάδμον.* hunc omittit *Hamart.* tres tantum Agenoris filios recensens.

Pag. 30. 23. *λίμιτον.* Chron. *λίμητον.*

Pag. 31. 3. *καιὴν ὀψινήν.* Chron. *Καὶεῖ ὀψινῇ. Et ibi sero sapit*, vertente Dufresnio, qui monet legendum *ὀψινοῖ.*

Pag. 31. 6. *Εὐρώπια.* C. *Εὐρώπεια.*

Ibid. *τὸν Μίνω.* C. *τὸν Μῆνον.*

Pag. 31. 18. *ἐνορίαν.* C. *συνορίαν.*

Ibid. *αὐτὸν.* C. *αὐτῶν.*

Pag. 31. 20. *Συρίαν.* sic Hamart. qui addit: *ἀφ' οὗ Σύροι μετωνομάσθησαν οἱ πρώην Ἰουδαῖοι καὶ Παλαιστηνοὶ καλούμενοι, καὶ Συρία ἡ Ἰουδαία κέκληται.*

Pag. 31. 21. *Κίλιξ.* C. *Κῆλιξ.*

Pag. 32. 1. *Ηρακλῆς.* haec omnia de Hercule verbatim habet, quam paucissimis immutatis, *Hamartolus* MS. usque ad pag. seq. lin. 28.

Pag. 32. 3. *ἐωριζόμενος.* Hamart. cum Cedreno *μετεωριζόμενος.*

Pag. 32. 7. *πόματος.* Hamart. *στόματος.*

Pag. 32. 13. *χρόας.* C. *χροιάς.*

Pag. 33. 1. *χρόας.* C. *χρωὰς.*

Pag. 33. 7. *φίβλας χρυσᾶς. Dufresnius* vertit *fibulatas vestes.*

Pag. 33. 16. *ζούσεα.* C. *ζούσαια.*

Pag. 34. 4. *Τράγκυλλος.* C. *Σουετώνιος Στραγκύαλος* mendose. Intelligi videtur illius Liber *de Re vestiaria*, cujus meminit Suidas.

Pag. 34. 16. *κατὰ.* C. *μετὰ post.*

Pag. 35. 7. *σκύφους. σκύτους* reponit *Chilmeadus. σκύφου* habet C. ubi Dufresnius: *videtur σκύφος hoc loco scutum seu clypeum sonare. Σκύφου* non *σκύτους* habent *Symeon Logotheta*, eodem citante, et *Cedrenus.* Sic et infra p. 43. *τὴν τελετὴν τὴν μυσαροῦ καὶ ἀθέου σκύφους.*

Pag. 36. 3. *Γοργόνα.* C. *Γοργόνην.*

Pag. 36. 4. *ὑπεναντίους.* C. *ἐναντίους.*

Pag. 36. 8. *Ανδρομέδαν.* C. *Ανδρομήδαν.*

Pag. 36. 12. *Λυκαονίας.* C. *Λυκαωνίας.*

Ibid. *γνόντες.* adde, *οἱ Λυκάωνες*, quae in C. habentur.

Pag. 36. 14. *Λυκάονας.* C. *Λυκάωνας.*

Pag. 36. 16. *Γοργόνος.* C. *Γοργονίας* pro *Γοργόνης.*

Pag. 36. 19. *Ικόνιον.* C. *Εἰκώνιον.*

Ibid. *διότι πρώτης νίκης εἰκόνα σὺν τῇ Γοργόνῃ ἐκεῖ ἔλαβε.* C. ex edit. Dufres. *διότι πρὸ τῆς νίκης εἰκόνα τὴν τῆς Γοργόνης ἐκεῖ ἔλαβεν*, quae reddit Dufresnius: *quod per Gorgonis imaginem ac figuram victoriam ibi esset adeptus;*

Digitized by Google

Pag. 87. 3. *Γυργόνος.* C. *Γοργόνης.*

Pag. 87. 5. *ἀδάην.* C. *ἀδαῆ.*

Pag. 87. 8. *τὸν ἐκ τοῦ* etc. locum hunc sic scribunt Symeon Logotheta MS. et Cedrenus annotante Dufresnio: *καὶ τὸν Σαρδανάπαλον, καὶ τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἀπεκτονώς.* etc.

Pag. 87. 15. *Μήδων.* sic C. pro quo ex Cedreno Dufresnius reposuit *Μηδίαν*· quo modo habet etiam Hamartolus.

Pag. 87. 21. *γνόντες αὐτὸν* etc. Minus accurate haec redduntur: verte; *Argivi quippe Jopolitae eum ex Argivis genus ducere certiores facti summa cum laetitia eum celebrarunt.*

Pag. 88. 1. C. *πλημμυρίσαντος.*

Pag. 88. 4. *Ὀρόντου.* Cedreno *Ὀρόντου*, Logothetae *Ὀροντος*, Chronico *Ὀρισεν.* ubi Dufresnius *Quod addit Autor Chronici Orontem nunc Orisen appellari spectare videtur eorum sententiam, qui* Orientem *etiam dictum volunt, in quibus est Hegesippus l.* 3. *et Isidorus l.* 13. *c.* 21. *unde facilis hic emendatio, si ex Ὀρισεν conficiatur Ὀριενς, quomodo appellatur a Lactantio lib. de mort. Perseq. p.* 50. Non audio. ex nostro repone *Ὀρόντου.*

Pag. 88. 7. *εὐθέως ἀνῆψε πῦρ.* germana habet G. Hamart. MS.

Pag. 88. 9. *εἰς τὰ ἴδια βασίλεια.* haec male vertit Dufresnius: *in Palatium.*

Pag. 88. 12. *Ἰωνίταις.* C. *Ἰωπολίταις.*

Pag. 88. 18. C. *Ἀνδρομήδας.*

Pag. 89. 3. C. *Γοργόνης* ut et infra.

Pag. 65. 17. *Εστι κατ'* etc. Oraculum hoc mendosissimum sic corrigit *Galaeus* noster eruditis. Notis ad *Iambl. de Myst.* sect. 8. c. 12.

Ἐστὶ κατ' οὐρανίοιο Θεοῦ μεγάλοιο βεβηκὸς
Φέγγος ὑπερβάλλον, καὶ ἄϊνναον, ἀθάνατον πῦρ·
Ὁ τρομέει πᾶν, γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
Ταρτάρεοί τε βυθοὶ, καὶ δαίμονες ἐξόπιγησαν
Αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ τε, πατὴρ, υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ,
Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφυλάκτος
Οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων
Τουτὶ Θεὸς, μικρὸν δὲ Θεοῦ μέρος Ἄγγελοι ἡμεῖς.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν, ἐκ βωμῶν ἡμετερείων.

Pag. 93. 10. *μηνὶ ξανθικῷ.* praecise! si superis placet. sic alius Nugator Jo. Tzetzes in allegorica Homericarum Fabularum Expos. MS. ait Paridem postquam in Pario exul egerat, in Trojam receptum fuisse 22° Apr. et in Graeciam missum a Patre Junii 18°. quod et scribit infra Noster.

Pag. 96. 6. *τὸν πλοῦτον ὅλον*] *σὺν χρήμασι ποσότητι τριῶν κεντηναρίων*, ait Jo. Tzetzes in MS. cit.

Pag. 97. 20. *Μυρμιδόνων· τότε, νυνὶ δὲ λεγομένων Βουλ-*

Digitized by Google

γάρων. Sic Jo. Tzetzes in Opere MS. cit. ait Achillem in Trojam duxisse Οὔννων Βουλγάρων στράτευμα τῶν Μυρμηδόνων. ita legitur in Codd. 2. MSS. Bibl. Oxon. obscurius vero in Cod. quodam tertio: Tzetzes ipse fortasse scripsit τῶν νῦν. Idem postea in eodem Opere.

Πυραίχμης τῶν Παιόνων δὲ τουτέστι τῶν Βουλγάρων
Τῶν ἐξ Ἀσίου ποταμοῦ, τουτέστι τοῦ Βαρδάρη.

Pag. 103. 11. ρεν ἐκ τῆς κινήσεως. hic desiderantur quorundam descriptiones, ut Agamemnonis, Menelai, Achillis, Diomedis, Ajacis, etc. de quibus, si placeant nugae, videre possit, praeter alios, Jo. Tzetzes in Opere MS. supra cit. qui a reliquis multum discrepat. De Achille inter alia sic habet: λευκὸς, ξανθόθριξ, καὶ σγουρὸς, δασύθριξ, καὶ μακρόῤῥιν· ubi vox σγουρὸς, quae non occurrit apud Cedrenum, Malelam, aut Is. Porphyrogennetum notatu digna. Apud Tzetzem occurrit ista saepius in illis descriptionibus. Ait Merionem fuisse εὔθριξα, σγουρὸν, εὐπώγωνα etc. Thoantem λεπτὸν, σγουρὸν, ὑπόγλαυκον etc. Protesilaum εὐσύνθετον, σγουρόθριξα, ξανθόθριξα etc. Ajacem Locrensem σγουρομελάνθριξα καὶ στραβὸν καὶ τῶν μακροπροσώπων. Diomedem dicit respectu reliquorum Heroum brevis staturae fuisse; deinde subnectit.

Επεὶ τούτων χωρίκιον ὕστερον ἐφευρέθη
Εσωθεν λάρνακός τινος ἐν τῇ Λογγιβαρδίᾳ
Ανδρὸς μεγάλου μέγεθος, οὗ τῶν κομῶν το πάχος·
Εἰς ὄγκον ἦν ἰσόμερον κοκκύλῳ μεσαιτάτῳ
Ο ἱερῷ τῆς Αθηνᾶς ἐκρέμασαν ὡς θαῦμα.

Pag. 105. 5. μάντις, καὶ οἰωνοσκόπος ἄριστος. De Calchante, quod magus fuerit et astrologus, et de ejus Virga prophetica audi sis Tzetzem ex eodem libro.

Τὴν μίαν ῥάβδον μαντικὴν, χρυσῆ γὰρ οὐχ' ὑπῆρχεν
Αλλὰ ξυλίνη καὶ κυρτὴ, χρήσιμος δὲ μαντείαις
Κατὰ τῆς γῆς γὰρ κλίοντες τέφραν ἐκ τῆς ἑστίας
Τῇ ῥάβδῳ ταύτῃ τεχνικῶς ἔγραφον τὰς μαντείας
Βλέποντες πρὸς τὸν ἥλιον καὶ λέγοντες τὸ μέλλον.
Ταύτην τὴν ῥάβδον Πλούταρχος λύτιον ὀνομάζει,
Λιτούους δὲ Κοκκειανὸς Κάσσιος Λίος (l. Δίων) λέγει.

Pag. 105. 20. Πάρις etc. De Paridis forma, ut qui sub Venere Planeta natus fuerat, nescio quid Astrologicum nugatur Jo. Tzetzes op. cit.

Pag. 106. 4. ἀναφάλας. C. de Justiniano αναφαλάς.

Pag. 107. 13. νῆας λ. de numero navium adi si libet Jo. Tzetzem in op. cit.

Pag. 127. 18. σφενδόβολα. aliis σφενδοβόλα.

Pag. 154. 13. ἰδιάζει εἰς τὴν Μαραβίτιδα χώραν. Habetur haec fabula apud Hamart. MS. qui in hoc loco scribit εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἰδιάζει χώραν.

Digitized by Google

Pag. 156. 15. *Ηεαῖου.* sic quoque Hamartolus.

Pag. 157. 19. *καὶ μετ' αὐτοὺς Ηρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος.* Chilmeadus corrigit *μετ' αὐτοῖς.* Verum nihil mutandum, floruit enim longe post Polybium *Herodotus* quidam ab antiquo alius Historicus.

Pag. 171. 5. *Βαλεντία.* Dufresn. in C. reponit *Βαλεντζία.*

Pag. 171. 7. *Παλαντίον. παλάτιον* apud Hamartolum qui et fabulas sequentes fere omnes, sed contractius, habet.

Pag. 171. 11. *Σίλβης.* Ita C^{cl}. editio Rader. et Codex MS. Vat. Dufresnius tamen substituit *Αλβης.*

Pag. 172. 5. *συγκαθεσθῆ.* C. *συγκαθήσῃ.*

Pag. 172. 6. *σταθῆ.* C. *στῇ.*

Pag. 172. 22. *Αρηΐ.* lege *Αρεΐ.*

Pag. 172. 23. *λεγ. Ηρῖμον.* Hamart. *Ηρῖμνον, ὅ ἐστιν Αρεος.*

Pag. 173. 1. *Αρεως.* C. *Αρεος.*

Pag. 173. 3. *Μάρτιος.* Hamart. *Μάρτιον.*

Pag. 173. 11. *ὁ γὰρ τῆς Πισαίων.* Haec et quae sequuntur de Oenomao et Erichthonio apud Hamartolum non leguntur.

Pag. 173. 12. *μητὶ Δύστρῳ.* C. *Σύστρῳ*, et in Dufresnii Vers. *Systro*; quod mirum eum non correxisse.

Pag. 173. 13. *ὡς ὑψουμένῳ* hunc locum non intellexit Dufresnius, sic vertens: *in solis Titanis, vel excelsi, honorem.*

Pag. 173. 14. *Δημήτρας.* C. *Δήμητρος.*

Pag. 175. 14. *τῆς ἀστρονομίας.* C. *τῆς ἀστρώας*, pro quo Dufresnius reposuit *τῆς ἀστρωθεσίας* ex Anonymo MS. et ex Chronico MS. ab Adamo ad Anastasium.

Pag. 176 3. *πραισεντεύειν.* Ecloge MS. citante Dufresnio, *ὅ ἐστι ἐμπαφάμονον ἐκ τοῦ παρανσίντονιν, ὃ λέγεται τὸ παραμένειν.* Sic quoque Chron. MS. ab Adamo ad Anast.

Pag. 176. 6. *Βενετζίαν.* C. *Βενεττίαν.*

Pag. 176. 7. *Ακυλήΐα.* C. *Ακυλεία.*

Pag. 178. 20. *Ιλία.* C^{cl}. Editio Rader. et Codex Vat. *Σιλβία*, ubi tamen *Ηλία* corrigendum duxit Dufresnius.

Pag. 183. 21. *Φεβρουαρίου.* eandem fabulam legere est apud Hamart.

Pag. 188. 2. *Βροῦτος ὁ μέγας. Brutus magnus* ut vertit Interpres: malim *senior.*

Pag. 189. 9. *Ωχος* G. Hamart. *χόος*, ut et Autor infra p. 243.

Pag. 189. 11. *Νεκταναβὼ* eandem fabulam Hamartolus MS. et alii multi.

Pag. 190. 14. *Θεσσαλονίκην* G. Hamart. *Καὶ ἐν τῷ Ιλλυρικῷ πόλιν κτίσας (Φίλιππος) ἐκάλεσεν αὐτὴν Θεσσαλονίκην· καὶ τὴν Θετταλίαν ὑποτάξας, κατεκράτησε.*

Pag. 193. 1. *στρατήγιον.* G. Hamart. *στρατήγην.*

Digitized by Google

Pag. 193. 6. *Χρυσόπολίν.* Hamart. *Χρυσούπολιν.*

Pag. 194. 17. *τῶν Ενδοτέρων Ινδῶν.* sic Hamart.

Pag. 194. 19. *Εθος εἶχεν.* Haec integra periocha apud Hamart. ad verbum legitur.

Pag. 194. 23. *σύσσημον.* Hamart. *σύσημον*· sic infra *συσήμων*, pro eo quod habet Noster, *συσσημάτων.*

Pag. 195. 15. *λς'.* Hamart. *λβ'* 32.

Pag. 195. 17. *ιγ'.* Hamart. *ιβ'* 12.

Pag. 196. 13. *Πτολεμαῖον τὸν Λάγου, τὸν Αστρονόμον.* confusum cum Claudio Ptolemaeo Astronomo: sic Arabes et alii eos solent confundere.

Pag. 201. 7. *τετρακιόνιν.* apud Epiphanium Hagiopol. de locis SS. *τετρακίονιν.*

Pag. 201. 8. *τῆς τύχης.* de Tycheo, delubro *Fortunae* seu Genii publici Civitatis Antioch. in Ecclesiam S. Ignatii ab Imp. Theodosio mutato, meminit *Evagrius* Hist. Eccles. l. 1. c. 16.

Pag. 218. 7. *πεντεκαιδεκάτῳ.* C. *δωδεκάτῳ.*

Ibid. Τριομβυρίας. C. *Τριουμβιρατορίας.*

Pag. 218. 8. *τυραννησάντων.* C. *τυραννισάντων.*

Pag. 218. 10. *Καίουσαν.* C. *Πρωτέως.*

Pag. 218. 11. *ἀπὸ μιλίων δύο.*] ex eo quod in C. legatur *ἀπὸ μιλίων δ'* et a Jo. *Tzetze* spatium illud appellatur *τετραστάδιον*, conficit *Dufresnius* per *μίλιον* hoc loco designari non *miliare* sed *stadium.* At hoc significatu nusquam alibi legitur vox ista: nisi forsan in quodam MS°. cui titulus; *Οδοιπορίαι ἀπὸ Εδέμ τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ρωμαίαν*, his verbis: *Ἀπὸ Αντιοχείας εἰς Κωνσταντινούπολιν μοναὶ λβ'. Ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἕως Ρώμης μοναὶ πε'. ἀπὸ Ρώμης εἰς Γαλλίαν μοναὶ κζ'. ἡ μονὴ ἔχει μίλια ξ'.* Apud *Strabonem* lib. 6. p. 277. ubi dicitur *Gaudum* a *Melite* distare *π' καὶ η' μίλια*, *Xylander* in Latina Versione ponit 88 *Stadiis;* interpretationem approbante doctiss. *Casaubono.* Male; ut liquet testimonio *Juliani Architecti* nondum editi, qui de ipso *Strabone* hoc scribit: *κατὰ δὲ τὸν Ερατοσθένην καὶ Στράβωνα γεωγράφους τὸ μίλιον ἔχει σταδίους η', γ'* sive $8\frac{1}{3}$ *ἤτοι ὀργυιὰς ωλγ'.* Apud *Malelam* nostrum p. 300. l. 11. per *μίλιον stadium* designari quis facile crediderit: sed p. 257. l. 10. et 24. *στάδιον* et *μίλιον* aperte distinguuntur. Scriptorum quamplurimorum testimonia, de eo quod *μίλιον milliare* seu multorum stadiorum mensuram significat, vide apud Dufresnii Gloss. Graeco-barb. et clariss. Bernardi nostri Opus pereruditum *de Mens. et Pond. Μήλιον habet stadia ζ ∾ pedes* 4500. *pes digitos* 16. ait incertus quidam Graecus in Cod. MS. Oxon.

Pag. 218. 17. *Αντώνιος.* sic C. ubi male *Dufresnius* ex *Scaligeri* autoritate substituit *Αὔγουστος.* vide Praef. §. 33.

Pag. 221. 6. *ἔτη πολλά.* peccat Malela in excessu, in defectu *Chilmeadus;* qui *uno praelio Actiaco et coeptum et finitum*

Digitized by Google

fuisse bellum inter Augustum et Antonium affirmat. Flagrare coepit hoc bellum *Domitio Aenobarbo* et *C. Sossio* Coss. Anno seq. Coss. *Augusto. et Messala*, IV. Nonas Sept. ad Actium pugnatum est, et anno proximo in Aegypto ab illis duo praelia commissa fuere.

Pag. 224. 22. *Σωσίβιός τις.* C. omisso autoris nomine, quicunque is fuerit, *Λέγει Σωσίβιόν τινα* etc. Ubi vidit *Raderus* deesse Auctoris citati Nomen, *Dufresnius* perperam corrigit *Σωσίβιος*, id nomen Auctoris fuisse existimans.

Pag. 227. 11. *βφλγ'.* corruptissime se habent et hic et in sequentibus hac pagina numeri. Si recte se habent, quomodo a nostro Auctore discreparunt *Eusebii* (supposititii) calculi, quem dicit annos ad Christum natum numerasse 5500? non enim audiendus *Chilmeadus* qui in *Eusebiano* esse mendum putavit. Nam constat aliunde, *Eusebium* istum quem designat *Autor* (supposititium) ad Christum natum posuisse annos 5500. Deinde si ad *Phalecum* numerentur anni 2533 et ab eo ad Christum natum supputentur anni 2967. qui fuerit *Phalecus*, quod hic asseritur, *temporis Christi futuri adventus dimidium?* Conferatur hic locus cum *Hesychii* fragmento quod producitur cum variis lectionibus in *Prolegomenis* sect. 24.

Pag. 236. 12. *Ἀπὸ τότε.* ab hisce verbis incipit frag. productum in *Orat.* 3. *pro Imag.* Jo. Damasceno ascripta. De quo adisis *Is. Casaubonum* Exercit. ad Annal. Baronii XIII, cap. 38.

Pag. 236. 13. *Ηρώδης ὁ βασιλεὺς.* etc. frag. Damasc. *Ηρώδης ὁ τοπάρχης εἰς τὸ βασίλειον τῆς Τραχων.* etc.

Pag. 236. 16. *διὰ Ηρωδιάδα.* Damasc. intermediis omissis: *διὰ τοῦτο λυπούμενος ὁ Ηρώδης ὁ βασιλεὺς ὁ Φιλίππου ἀνῆλθεν ἀπὸ τῆς Ιουδαίας, καὶ προσῆλθεν αὐτῷ* etc.

Pag. 237. 9. *Θεσμοδότη.* Dam. *Θεσμοθέτη.*

Pag. 237. 10. *τῆς Τραχωνίτιδος χώρας* etc. Dam. *Τραχωνίτιδος, δέησις καὶ ἱκεσία παρὰ.*

Pag. 237. 13. *ταῦτα* etc. Dam. *τοῦτο εἰδυῖα, σὺν ἀγαθαῖς ταῖς ἐλπίσι πάντως τευξομένη σοι γράφω ἥτις ἡ τοῦ.*

Pag. 237. 16. *πάθει.* Dam. *πάθη.*

Ibid. *κατανάλωσα.* Dam. *ἀναλώσασα.*

Pag. 238. 2. *καὶ τυφλούς.* Dam perperam desunt.

Pag. 238. 4. *θεραπεύει.* rectius Dam. *θεραπεύων.*

Pag. 238. 5. *δειλιάσασα.* etc. Dam. *δειλ. μὴ τὸν ἐκ τοῦ πάθους μολυσμὸν ἀποστρ.*

Pag. 238. 8. *πλέον.* Dam. *πλείων.*

Pag. 238. 10. *πάντως ἰαθ. et.* Dam. *σωθήσωμαι. οὗ καὶ ἁψαμένη καὶ σταθήσης μου.*

Pag. 238. 14. *ὠχριῶσα.* Dam. *ὠχριάσασα.*

Pag. 239. 1. *ὀξείαν.* Dam. *ἀξίαν.*

Pag. 239. 4. *διὰ* Dam. deest.

Digitized by Google.

Pag. 239. 7. *προθέσει* Dam. deest.

Pag. 239. 8. *αἱμόῤῥους.* Dam. *αἱμοῤῥοῦσα.*

Pag. 239. 10. *θερμελάτου* etc. *θερμηλάτου, μίξασα χρυσὸν καὶ ἀργ.*

Pag. 239. 13. *πόλεως.* etc. Dam. *πόλεως Πανεάδος εἰς ἅγιον τόπον, εἰς οἶκον εὐκτήριον.*

Pag. 239. 14. *ηὗρον.* Dam. quod notatu dignum, *εὑρέθη inventum est.*

Pag. 239. 16. *ἐν οἷς.* Dam. *ἐν ᾧ.*

Ibid. *ὁ βίος.* etc. Dam. *ὁ βίος τῶν βασιλευσάντων πάντων τῆς Ιουδ.*

Pag. 258. 10. *γρυπόρυγχος.* nihil mutandum; licet voluit; *Chilmeadus*, *γρυπώνυχος ungues habens aduncos*, vel *γρυπόῤῥινος aduncum habens nasum* scribendum esse. Isto enim vocabulo denotatur *γρυπόῤῥινος*, a voce *ῥύγχος*, quae proprie *rostrum porci* significat, uti tradit Schol. Aristoph. *Acharn.* p. 407. et *Avibus* p. 558. ad vultum seu nasum hominis translata: id quod etiam fit in *Graeco Epigr.*

Pag. 260. 9. *ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ ὅτε.* C. rectius: *ἦν δὲ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς ὅτε.*

Pag. 261. 1. *τῆς πύλης.* Ita C. ubi tamen *Dufresnius ταῖς πύλαις* sive *τῇ πύλῃ* reponendum censet.

Pag. 262. 5. *πάραιτος.* lege *πάφητος mente captus*, non ut *Chilmeadus* et alii interpretantur, *membrorum vi soluta.*

Pag. 273. 8. *Αὐτοκράτορι.* etc. Epistola spuria, uti probat doctiss. *Dodwellus* Dissert. Cyprian. XI §. 23, 24.

Pag. 279. 18. *σχοῖνα.* *σχοινία* scribendum monet *Annotator.* Dubito: nam et *σχοινὴ* apud alios occurrit.

Pag. 286. 20. *ἐβελλίνην.* sic cum duplici *λ.* apud alios scribitur: nihil itaque temere mutandum, quamvis *Annotatori* placuit *ἐβελίνην* esse scribendum.

Pag. 291. 15. *ἐωρακὼς τὴν τοποθεσίαν τῆς πόλεως καλὴν.* de urbis Byzantii situs praestantia et amoenitate audi sis Scriptorem anonymum nondum editum cujus extant Epistolae non inelegantes num. 24. in Cod. MS. Baroc. 131. Epistola 7. sic se habet. *Ὀφθαλμὸς ἄρα τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ Βυζάντιον, καὶ οὐκ ἂν τις οὕτω τοῦτο γνοίη, εἰ μὴ πέριξ διαδράμοι τὴν οἰκουμένην· παραλλάττει γὰρ εὐθὺς τούτῳ ἑκάστη τῶν ὥρων· ἀὴρ, ἐπειδὰν βραχύ τι τῶν ὁρίων προέλθοι τῆς μητροπόλεως, οὐκ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβαλλόμενος. ὥσπερ γάρ ἐστί τις μεσαίτατος τόπος τῆς γῆς, (τοῦτο δὲ οὐδεὶς τῶν πάντων ἠκρίβωσεν, ἀλλὰ ψεύδονται οἱ τοῦ Διὸς ἀετοὶ, καὶ οἱ Δελφοὶ μάτην αὐχοῦσιν ἐπὶ τῷ πλάσματι) οὕτως ἐστί τις καὶ κάλλιστος οἷον ἐξηρμένος τέρενος τῷ θεῷ· ἐσπείσαντο γοῦν τῇ πόλει, καὶ αἱ τῶν ἀνέμων φοραὶ, αἰγιαλοί τε, καὶ θάλαττα· καὶ ὁ ἀὴρ ταῖς ἀλθμοις τῶν ὥρων ποιότησι συγκραθεὶς προσηνῶς αὐτῇ περικέχυται. ἔστι δὲ καὶ μίμημα τοῦ*

Digitized by Google

παντὸς, ἀνατολαί τε γὰρ καὶ δύσεις, καὶ ἔρποι καὶ νότοι, οἱ ἀφ' ἑκάστων κλιμάτων, θαυμασίως ἐν ταύτῃ συνδεδραμήκασι, ἢ μᾶλλον ἕκαστον τῶν μερῶν τῷ οἰκείῳ καὶ ἀκριβεῖ πρὸ ταύτην συμπερεσβεύκασιν. ἡ δὲ βασιλὶς οἷα τὴν δορυφορίαν ἦρερ μαπροσίεται, (lege ἡρέμα πρ.) καὶ ἡ μὲν θάλασσα δεχομένη τὸν Αλφειὸν οὐ νοθεύει τῷ ἁλμυρῷ κύματι τὴν τούτου κράσιν. ἡ δὲ καλλίους τοὺς Αποστόλους τῶν πρεσβειῶν παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἐργάζεται.

Pag. 292. 7. *τῇ Αρτέμιδι σὺν τῇ ἐλάφῳ.* C. *Αρτεμιδίου ἐλάφῳ*, ubi *Αρτέμιδος Ελαφιαίας* substitui placet *Dufresnio*. Vide ejus CP. *Christ.* sect 14.

Pag. 310. 18. *Δομετιανὸς.* Scriptor hactenus ignotus, sed eundem citatum legimus in alio quodam MS. Oxon. non itaque corrigendum *Δομνῖνος*, quod arrisit *Chilmeado*.

Ad Partem II.

Pag. 319. 23. *τὸ πρώην τεῖχος.* de muro hoc et omnibus aliis seu partibus seu Antiquitatibus Urbis Constantinopolis, quae in sequentibus commemorantur, vide omnino Dufresnium in CP. *Christ. lib.* 2. et 2. ubi multa de singulis legenda.

Pag. 322. 7. *Καὶ τὴν κεχρυσωμένην ἐκάλεσεν Ανθουσαν.* haec videntur elidenda, cum antea idem referatur, nec apud C. hoc in loco compareant.

Pag. 325. 10. *ἐξακιονίτης.* Sic alii, et ipse *Autor* alibi: rectius vero *Εξωκιονίτης*, quod et *Chronicon Pas.* et alii complures habent. Minus recte hariolatur *Meursius*, consentiente *Chilmeado*, *ἐξωκιόνιον* fuisse Monasterium *Arrianorum* et inde postea pro quibusvis Arrianis vocabulum hoc positum fuisse. Sic enim appellati sunt Arriani, quod in *Exocionium*, locum ita appellatum extra muros Constantinopolis, una cum Demophilo Patr. a Theodosio Seniore exacti sese recepissent. Consulendus Dufresnius in *Constantinopoli Christ.* lib. 2. sect. 16. n. 38. et in *Gloss. mediae et infimae Graec.*

Pag. 328. 6. *Κηρυστικῶν.* Scr. *Κυρεστικῶν* uti habet C.

Pag. 330. 2. *προσκουλκάτορας* a *σκούλκαι Excubiae*, unde et *σκουλκεύειν Excubias agere*; et naves *Sculcatoriae*; ut et Anglicum fortasse **to skulk** *velociter se abscondere, aufugere.*

Pag. 332. 21. *Ασίᾳ.* C. *Ραδίᾳ.* Ita hoc loco praefert Cod. Vat. at infra *Ρασσίᾳ*, ad quam lectionem propius accedit Noster. *Zonaras* habet *Φρυγίᾳ.*

Pag. 333. 13. *τῇ κζ' τοῦ Δεσίου.* C. *πρὸ ς' Καλανδῶν Ιουλίων.*

Pag. 334. 15. *ὑπό.* C. *εἰς.*

Pag. 337. 18. *Σαλαβρίαν.* C. *Ολυμβρίαν*· ubi *Dufres. Σηλυμβρίαν* reponit. dicitur ab aliis *Σηλυβρία.*

Pag. 340. 3. *σφενδόνην.* C. *σφενδόνα.*

Pag. 340. 16. *πέμπτῳ βαΐῳ πρωΐας.* in C. ubi legitur *τῷ βαΐῳ πρωΐ*, Dufresnius ex conjectura pro *πρωΐ* reposuit *πρώτῳ*,

Digitized by Google

et vertit *circa tempus primi Bravii*. Vide ejus Gloss. Graecobarb.

Pag. 341. 13. *Βιργιτονων*. C. *Βεργιτινῶν*.

Pag. 341. 14. *Βαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου*. *Val. Magno* ponit Interpres. Ego potius vertissem *Seniore*. Neque placet sane vulgaris consuetudo, qua *Theodosius*, *Leo*, *Justinianus* etc. *Seniores*, *Magnorum* titulo solent donari: cum enim a Graecis antiquioribus *μεγάλοι* appellantur, designatur tantum illorum *seniorilas*, respectu habito ad illorum Nominum *Juniores* Impp. *τοὺς μικρούς*. Neque aliter quidem quam ex hujusmodi errore videtur apud Latinos et Graecos recentiores invaluisse mos iste *Constantinum Seniorem* cognomine *Magni* honorandi. Quod et monitum alicubi a clariss. *Dodwello*.

Pag. 347. 18. *μίτατα*. nonnullis *μετάτα*.

Pag. 349. 10. *ἔκλεισε τὸ ἱερὸν τοῦ Σεράπιδος Ηλίου*. fallitur omnino *Chilmeadus*, cum aliis, qui ex *Socratis*, *Sozomeni*, et aliorum autoritate, templum hoc a Theodosio seniore *funditus eversum* fuisse contendit. Lege Evag. hist. Eccles. l. 2. c. 6. cui adjungi et alii complures possint. Sed id erit alterius loci.

Pag. 351. 8. *τοὺς τῆς πεδατούρας στρατ.* vim vocis *pedaturae* non intellexit Interpres. Sunt vero *Pedaturae milites*, cohortes illae quibus assignabatur castrum aut alius locus, ubi considerent; et sunt *pedaturae* certa quaedam loca seu locorum spatia, quae ad custodiam militibus assignari solebant.

Pag. 351. 11. *μεσόστυλα*. sic alii scribunt: non itaque reponendum *μεσοστύλια*, quod placet *Chilmeado*.

Pag. 362. 5. *παπᾶς*. *Clericus*. sic Graeci hodierni et *Russi* Clericum quemvis *papam* appellant.

Pag. 369. 19. *Αἰγεώτης*. male corrigit *Annotator Αἰγιάτης*. Quamvis enim apud Stephanum et alios *Αἰγιάτης* scribatur, apud alios tamen, praeter *Malelam*, legitur *Αἰγεώτης*.

Ibid. *πτήτωρ*. sic C. ubi male *Holstenius κοιάστωρ* reposuit.

Pag. 370. 11. *ἐξαιτασθῆναι*. C. recte *ἐξετασθῆναι*.

Pag. 370. 21. *ἀλλὰ δίκῃ*. sic scribendum in C. ubi deest vox *δίκῃ*.

Pag. 371. 18. *πολλοὶ ἐκόπησαν*. sic C. ubi Dufresnius *ἐκοπήσαντο* mavult.

Pag. 372. 2. *Οστρυς*. In C. ubique *Οστρος*. Theophani *Οστρις*.

Pag. 372. 14. *Μάμαντα*. C. *Μαμᾶν*.

Pag. 372. 18. *Σινζηρίχου*. C. *Δινζίριχος*.

Pag. 375. 14. *βασιλέως*. *Regis* in Lat. Vers. Magis apposite, *Imperatoris*.

Pag. 376. 13. *Κοδισσέος*. sic paulo ante *p.* 375. 15. C. *Κοδιοσεὺς*, ubi *Κουκουσεὺς* corrigit *Holstenius*, quemodo ab aliis appellatur.

Digitized by Google

Pag. 377. 7. *Βερίνης.* C. *Βηρίνης.*

Pag. 377. 12. *ὡς ἔστι βασιλεὺς.* C. *ὡς ἦν βασ.* ubi *Dufresnio* videtur legendum *ἀφ' ἧς*, ut est apud *Procopium* l. 1. Vandal. c. 7. *εἰς Ἰσαυρίαν ἀφ' ἧς δὴ ὥρμᾶτο διαφυγόντος.* i. e. unde ortus fuerat, ut scribit *Victor Tun.*

Pag. 380. 12. *Λίμνας.* sic C. Ubi vide Dufres.

Pag. 380. 13. *ἀνεχρίσθη.* C. *ἀνῳκοδομήθη.*

Pag. 382. 6. *Δέκιμον.* de decimo vide Dufresn. in CP. Christi. lib. 2. sect. 1. n. 5.

Pag. 382. 11. *Ἰουστασὰν.* C. *Ἰουστουσὰν* Editio Scal. *Ἰουστασὰν* semel ac iterum praefert. Mox in C. *Οὐστασᾶ* corrupte, et statim *Ἰουστασᾶν.*

Pag. 382. 14. *τὸν ἅγιον Προκόπιον.* C. *τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου Πρόβου*, mendose ut patet ex seq. ubi Nostro convenienter *ἀνανεώσας καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου Προκοπίου.*

Pag. 382. 16. *ὁ Λησοδιώκτης.* C. *ὡς Ληστ.* ubi legi placet Dufresnio *καὶ Ληστ.* vel *ὡς καὶ Ληστ.* de hoc Magistratu vide eundem in Gloss. Med. Graecit.

Pag. 382. 17. *Ἀρκαδιακῶν.* C. *Ἀρκαδιανῶν.* Sed Cod. Vat. cum nostro concinit.

Pag. 384. 9. *δικολόγους. Causidicos* vertit Interpres noster: haeret Dufresnius, nam si Advocati, inquit, seu Causidici sive Patroni, quae vis est vocabuli, intelligantur, ii non judicant; si judices ipsi, numerus videtur obsistere, tametsi ii satis indicantur voce *καθίσαντες.* Eum vide.

Pag. 384. 13. *κηρούς.* cum cereis accensis Theodoricum convenit Senatrix illa, quo ampliorem ei honorem exhiberet. De quo more videatur Dufres. ad locum.

Pag. 385. 1. *Ἀλάριχος.* C. *Ἀταλλάριχος.*

Pag. 385. 2. *Ἐξακιονίτης.* C. hoc loco *Ἐξακιονίτης.*

Pag. 394. 15. *ἅρμα.* sic. C. ubi *Holstenius αὐτὸν* perperam substituit, *Dufresnius* mavult *ἁρμάτους·* nihil mutandum.

Pag. 394. 21. *χαλκῆν.* Vide Dufres. CP. Christi. l. 2. sect. 4. n. 2.

Pag. 394. 22. *Ἔμβολος.* V. ibid. sect. 3. n. 2.

Pag. 395. 1. *Ἐξαΐππιον.* V. ib. sect. 16. n. 46.

Pag. 395. 2. *φόρου K.*] V. ib. sect. 24. n. 1. etc.

Pag. 398. 7. *ταῖς θείαις λαργιτιῶσι.* MS. quoddam *Oxon. Πρίβατά ἐστι, τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδιαζόντως διαφέροντα. ἄλλα δή ἐστι τὰ δημόσια, οἷα τελῇ ὑπὸ τὸν Κόμητα τῶν λαργιτιώνων ταῖς δημοσίαις ὑπουργοῦντα χρείαις. Αἱ λαργιτίονές* (sic hoc in loco MS.) *εἰσι δύο· τὰ σάκρα καὶ τὰ πρίβατα. δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ, ὁ ἰδιάζων αὐτῆς βασιλείας οἷον ὁ τῶν λαργιτιώνων· καὶ δημόσιος, ὁ τοῦ φίσκου.*

Pag. 399. 13. *Δόρας χωρίον ὄντα.* sic C. nisi quod *Δωρὰς*

Digitized by Google

scribatur ut et infra. Cod. Vat. *Δωρεχώριον*· Scalig. *Δωρεχωόντα*.

Pag. 407. 19. *Ιουλιανῆς*. cum hac voce incipit Narratio apud C. p. 330. in princip. mutila.

Pag. 410. 2. *ἀπὸ Βενδεριάνας ὁ Θράξ*. C. *ὁ Βενδαρίτης ὁ Θράξ*. Erat urbs *Bederina* seu *Bederiana* in limitaneis Illyriae Thraciaeque agris sita, hinc dicitur *Justinus* ab aliis *Thrax*, ab aliis ex *Illyria* fuisse.

Pag. 410. 10. *Θεόκριτον* etc. Apud C. mutilate habetur hic locus: *ἀνεῖλεν Ἀμάντιον τὸν Πραιπόσιτον αὐτοῦ καὶ Ἀνδρέαν τὸν Κουβικουλάριον, τὸν τοῦ ῥηθέντος Ἀμαντίου δομεστικόν· ὃν ἠβούλετον* (Cod. Vat. *ἐβούλετο*) *ποιῆσαι βασιλέα ὁ αὐτὸς Ἀμάντιος*. Ubi non pro *ὃν* substituendum *ὅτι*, quod *Dufresnio* placitum, sed post vocem *κουβικουλάριον*, inserenda sunt haec verba, *καὶ Θεόκριτον τὸν κόμητα*.

Pag. 411. 6. *Αππίονα*. C. *Απίωνα*.

Pag. 411. 7. *Διογενιανὸν στρατηλάτην ἀνακολῆς*. Ita apud Theophanem: et sic legendum apud C. pro eo quod inibi habetur *ἀπὸ στρατηλατῶν ἀνατολῆς*· vel locus saltem sic interpungendus: *καὶ ἐποίησεν Απίωνα μὲν ἔπαρχον πραιτωρίων, Διογενιανὸν δὲ ἀπὸ Στρατηλατῶν ἀνατολῆς*· atque ita reddendus: *et fecit quidem Apionem Praefectum Praetorio; Diogenianum vero Ex-Magistrum militum*, (sive *qui fuerat Magister militum*) *Praefectum Orientis*, non ut vertit Dufresnius: *Diogenianum Ex-magistrum militum per orientem dixit*. Non enim ab Imperatore dicitur seu creatur aliquis *Ex-Magister militum*, sed ita is appellatur qui *Magister Militum aliquando fuerat*. Sic antea sane de eo in exilium misso, et a Justino revocato, loquens, *Ex-magistrum Militum* eum appellat. *Ανεκαλέσατο τὸν Πατρίκιον Απίωνα, καὶ Διογενιανὸν ἀπὸ Στρατηλατῶν, καὶ φιλόξενον, καὶ αὐτὸν ἀπὸ Στρατηλατῶν*.

Pag. 413. 3. *Κωάδου*. sic C. p. 333. quamvis p. 332. *Καvάδης*. *Procopio*, *Theophani*, aliis, *Καβάδης*.

Pag. 413. 6. *Λαμνάζης*. C^{ci}. Cod. Vat. et Editio Scalig. *Ζαμνάξης*.

Pag. 413. 9. *Νόμου*. *Theoph. Ομοῦ*· C^{ci}. Editio *Rader.* *Ονίνου*, Cod. Vat. *Νομοῦ*. Symeon *Logotheta*, citante *Dufresnio*, *Ρώμου*.

Pag. 413. 12. *χλαμύδα*. C. *χλαμύδην* vel *χλαμύδιν*· Editio Scal. *χλανίδιν*· *Theophani χλανύδιν*.

Pag. 413. 16. *πλουμία*. C. *πλουμμία*.

Pag. 414. 18. *Ζιλγιβὶ*. C. *Ζίλγβι*. Edit. Scal. *Ζιλγβί*. Infra apud C. *Ζιάγβιρος*. ubi eadem Editio Scal. *Τζιάγβιρος*. *Theophan.* et alii *Ζιλίγδης*.

Pag. 415. 9. *κυνῶν*. sic *Theoph.* at C. *κοινῶν*· quod correxit ex Theophane *Dufresnius*. *Holstenius Οὔννων* substitui vo-

Digitized by Google

luit. Sed nihil mutandum: notum enim militare convicium, *Canis.* Adi Dufres. p. 591.

Pag. 415. 11. *εἰρηνικώς.* C. *εἰρηκὼς dicens.*

Pag. 415. 20. *Λαβρολου.* C. *Βρολου.*

Pag. 422. 17. *ὥστε.* C. *εἴστε,* sed Edit. Scal. *ὥστε.*

Pag. 425. 5. *Μαβορτίου.* sic C. ubi perperam delevit *Holstenius.*

Pag. 427. 2. *προσφυέντι.* C. *προσφυέντι.*

Pag. 428. 6. *δίχα τῶν* etc. Constitutio fortasse, quae habetur *Cod.* l. 1. tit. v. num. 12. qua Gothi, qui secta fuere Arriani, excipiuntur.

Pag. 430. 18. *Συκῶν.* V. Dufres. CP. Christ. I. 1. sect. 22.

Pag. 433. 4. *Ἀξουμῖται, καὶ οἱ Ομηρῖται.* de illis videndus omnino Gothofredus ad Cod. Theod. to. 4. p. 582 etc.

Pag. 435. 20. *Λαγισθέου.* C. *Λαγισθαίου.* De eo vide Dufresn. CP. Christ. l. sect. 27. n. 13.

Ibid. μεσίαυλον. sic C. ubi perperam *μεσίκωλον* Edit. Scalig. Infra p. 31. *μέσαυλον.*

Pag. 436. 1. *βασιλικῆς κιγστέρνης.* V. Dufresn. CP. Christ. l. 1. sect. 28. n. 11. et lib. 2. sect. 9. n. 14.

Pag. 436. 2. *τὸν ἀγωγόν.* Vid. ibid. l. 1. sect. 25. n. 2.

Pag. 437. 15. *περὶ δὲ τῶν μαρτ.* Extat hoc decretum Cod. tit. 20. et in Basilicis lib. 21. tit. 1. L. 39.

Pag. 449. 10. *θεῖος τύπος.* Decretum, ni fallor, deperditum.

Pag. 470. 22. *Θεσπίσας·* forte designatur *Novella* 82. c. 7. quae data est aliquot annis post tempus ab Autore designatum viz. Apione Cos. Caeterum et alia fuit ante super re eadem Constitutio, quae ibid. et in *Institut.* l. 4. Tit. 6. §. 24. memoratur, sed quae jam deperdita.

Pag. 478. 13. *Θείας προστάξεις.* Edictum 6. Libri 1^mi^. *Codicis,* quod sub ipso *tertio* Justiniani Consulatu emissum est, non paulo ante, quod Autor videtur innuere. Promulgarat antea Justinianus Edictum aliud ejusdem tenoris, quod in Codice proxime praecedit, sed editum id erat sub ipsis imperii primordiis, uti ipse in Edicto praedicto testatur.

Pag. 495. 6. *περὶ τῶν διακρινομένων.* haec omisit Interpres, nec videtur intellexisse, verte; *De Diacrinomenis* sive *Eutychianis:* sic enim appellari solebant Sectarii Eutychiani, tanquam ab Ecclesiae communione *segregati,* vel, ut alii volunt, tanquam *haesitantes* cum Ecclesia communicare.

Digitized by Google

Non incommodum erit subjungere hic Synopsin Chronographiae Malelianae de Vita et rebus gestis Justiniani, ut dignoscat Lector ad quem annum illius imperii quae in singulis paginis conscribuntur pertineant.

An.			Pag. ed. Ox.
—	2	Indict. 6. mens. Oct.	152
—	—	— — Jan.	153
—		Indictionis sub exitu	174
		Indict. 7. mens. Jun.	180
—	8	— — Jul.	182
		Decio Cos.	186
—	4	Lampadio et Oreste Coss.	188
—	—	Mens. Sept.	190
—	—	— Apr.	199
—	5	Mensis Sept.	211
—	6	Indictio 10. mensis Jan.	213
—	7	Justin. 3. Cos.	220
—	8	Indict. 12.	ibid.
—	—	Post Consul. Belisarii	221
—	—	Jo. Cappadoce Cos.	ibid.
—	14	Indict. 3. mens. Jun.	222
—	—	— — Aug.	ibid.
—	16	Ind. 5.	223
—	18	Ind. 7. mens. Sept.	225
—	—	— — Nov.	ibid.
—	21	Ind. 10. mens. Feb.	226
—	—	— mens. Jun.	227
—	—	— — Jul.	228
—	24	Ind. 13. mens. Apr.	ibid.
—	—	— — Jun.	ibid.
—	25	Ind. 14.	229
—	26	Ind. 15. mens. Sept.	230
—	—	— — Aug.	ibid.
—	27	Ind. 1. mens. Mart.	ibid.
—	28	Ind. 2. mens. Aug.	231
—	30	Ind. 4. mens. Jul.	232
—	—	— — Dec.	233
—	31	Ind. 5. mens Nov.	ibid.
—	—	— — Apr.	ibid.
—	32	Ind. 6. mens. Dec.	ibid.
—	—	— — Feb.	234
—	33	Ind. 7. mens. Mart.	235
—	—	— — Mai.	236
—	—	— — Jun.	238
—	36	Ind. 10. mens. Aug.	ibid.
—	37	Ind. 11. mens. Oct.	ibid.
—	—	— — Nov.	239
—	—	— — Jan.	243

Digitized by Google

RICHARDI BENTLEII

EPISTOLA

AD CL. V.

JOANNEM MILLIUM S. T. P.

INDEX RERUM MEMORABILIUM,

ET SCRIPTORUM,

QUI IN EA EMENDANTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

CL. VIRO

JOANNI MILLIO, S. T. P.

RICHARDUS BENTLEIUS S.

Memini equidem, Milli doctissime, cum abhinc dies complusculos deambularemus una, strenueque de literulis nostris sermones caederemus; ibi forte fortuna de Joanne Antiochensi mentionem fuisse injectam: cumque me desiderium cepisset librum adhuc musteum videndi, priusquam in lucem publicam, te curante, exiret; ea me lege id abs te impetravisse, ut siqua in tam depravato scriptore emendationem nostram accipere possent, ea in schedulas conjecta ad te mitterem. Duram profecto conditionem, quamque adeo multis de causis nollem acceptam. Nam ut omittam, quod ex illo fere tempore a meliori librorum et chartularum mearum parte, et (quod acerbius mihi accidit) a jucundissima tua consuetudine longe disjunctus sim; quodque semel duntaxat hunc Malelam properans percurrerim, nec ut secundas, quas sapientiores esse aiunt, curas et cogitationes adhiberem, ullo adhuc pacto potuerim animum inducere: ut illa, inquam, atque alia praeteream; pudet hercle, ut verum fatear, pigetque bonas horas, quae haud paulo melius collocari possent, in tam ingrato et ignobili labore consumere. Sed quid faciam? data est fides; promissa flagitantur. Video, quod mihi egomet intrivi, exedendum esse. Liceat modo, siquando in hac ἀναγνοφαγίᾳ fastidium mihi saborietur, aliunde petere quod fluentem nauseam coerceat. Dabitur itaque potestas et venia evagandi identidem longiuscule; dummodo ne plane ἔξω τῶν ἐλαιῶν, neque levibus de causis. Hoc autem scias velim in primis; non mihi consilium esse de Joanne isto qui cujusve fuerit, quando vixerit, aut a quibus laudatus sit, omnino verbum facere: cum diu sit quod omnem istam controversiam suscepit amicissimus noster atque eruditissimus Hodius. Quippe aliud est, inquam, Scriptionis

Digitized by Google

hujus institutum: quae vereor equidem ut satis ex voto et feliciter mihi vertat. Ita sane praesagit animus, ita in ipso limine conspicio, quod etiam fortissimo terrorem incutiat. Siquidem recte narrat Malelas pag. 90. edixisse nimirum atque interminatum esse Orphea, ne quisquam mortalium palam fecerit *τὰ Ἐρικεπεώ. οὗ*, ait, *ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε, Μήτινα φάναι τὰ Ἐρικεπεὼ, ὅπερ ἑρμηνεύεται τῇ κοινῇ γλώσσῃ, βουλὴ, φῶς, ζωοδοτήρ.* Ego vero cum haud sim nescius, quam acerbos olim vindices Deos hominesque habuerit, qui *μυστήρια ἐξορχήσασθαι* et Eleusinae Matris occulta proferre ausus sit; qui sciam, annon ipse similem in me noxam admittam, si Mysterium hoc Orphicum sacro hactenus silentio celatum evulgavero? Neque adeo clam me est, O Milli suavissime, quam audax impulsu tuo in me meosque facinus conscisscam:

> Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas
> Suavis amicitiae quodvis discrimen adire
> Suadet, et inducit dias in luminis oras

horribile illud arcanum protrahere. Bono vero animo eris, capitique et aetati meae parces metuere; ubi *μορμολυκείῳ* isto detracto, putidisque illis *μή τινα φάναι τὰ Ἐρικεπεὼ* in malam rem ablegatis aliquo, veterem illuc et veram lectionem quasi postliminio reduxero. Ea haec est: *Οὗ* (*Θεοῦ*) *ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε Μῆτιν, Φάνητα, Ηριεπαῖον.* Orpheus, ait, per oraculum edoctus est Dei nomina *Μῆτιν* esse et *Φάνητα*, et *Ηριεπαῖον*, quae communi sermone interpretata hanc habent vim et sententiam, *Βουλὴ, Φῶς, Ζωοδοτήρ.*

Porro hisce nominibus Deum Orphicum vocari non desunt mihi locupletes certissimique sane autores. Damascius *περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν* MS. in Bibliotheca Coll. Corporis Christi Oxonii p. 156. *Ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις βαψῳδίαις Ὀρφικαῖς ἡ Θεολογία δή τις ἐστιν ἡ περὶ τὸν νοητὸν* (*διάκοσμον*) *ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μιᾶς τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν χρόνον τιθέντες, ἀντὶ δὲ ταῖν δυοῖν Αἰθέρα καὶ χάος, ἀντὶ δὲ τοῦ ὄντος ἁπλῶς τὸ Ὠὸν ἀπολογιζόμενοι, καὶ τριάδα ταύ-*
O 3 *την πρώτην ποιοῦντες. εἰς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν ἤτοι τὸ κυούμε-*
V 4 *νον καὶ τὸ κύον Ὠὸν τὸν Θεὸν, ἢ τὸν ἀρχῆτα χπῶνα ἢ τὴν Νεφέλην, ὅτι ἐκ τούτων ἐκθρώσκει ὁ ΦΑΝΗΣ. ἀλλότε γὰρ ἄλλα περὶ τοῦ μέσου φιλοσοφοῦσι, τοῦτο μὲν ὁποῖον ἂν ᾖ, ὡς τὸν νοῦν, ὡς δὲ πατέρα καὶ δύναμιν ἄλλα τινὰ προσεπινοοῦντες οὐδὲν τῇ Ὀρφεῖ προσήκοντα· τὴν δὲ τρίτην τὸν ΜΗΤΙΝ τὸν ΗΡΙΚΕΠΑΙΟΝ ὡς δύναμιν, τὸν ΦΑΝΗΤΑ αὐτὸν ὡς πατέρα.* Idem ibidem p. 106. *ὅθεν πηγὴν μὲν πηγῶν αὐτὸ* (*τὸ Ἕν*) *Χαλδαίων παῖδες ἀνευφημοῦσιν, Ὀρφεὺς δὲ μικτὴν σπέρμα φέροντα θεῶν, Φαίνικες δὲ αἰῶνα κοσμικὸν, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ συμπεπλεγμένα.* Locus corruptus. Lego: *Ὀρφεὺς δὲ ΜΗΤΙΝ σπέρμα φέροντα θεῶν — —*

Digitized by Google

Et pag. 125. *Οὐχὶ δὲ καὶ Ορφεὺς ἀπὸ τοῦ Ωεῦ παφάγει. καὶ τῆς Νεφέλης ραγείσης* (hac modo occasione cogita, an in loco superiore pro *ἀργῆτα* reponi placeat *τὸν ραγέντα μιτῶνα ἢ νεφέλην*) *τὸν πολυτίμητον φάνηται, πρόοδον. καὶ ἐκεῖνος ἐν τῷ νῷ ὑποστησάμενος. ἢ ῥητέον πρὸς ταῦτα*, et quae sequuntur. Lege et distingue: *τὸν πολυτίμητον ΦΑΝΗΤΑ, πρόοδον καὶ ἐκεῖνος* etc. Et praeterea p. 124.

Ενθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυπιδάκου ὕλης,
Καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τῆς τάξεως ἐκείνης οἱ Θεοὶ χρησμῳδοῦσιν· ἀλλὰ καὶ Ορφεὺς τὸν πολυτίμητον τοῦτον Θεὸν ἀνευφήσαιμι τὸν σπέρμα φέροντα θεῶν κ' αὐτὸν ἠρικεπαῖον, καὶ ἐξ αὐτοῦ ποιεῖ προϊοῦσαν ἅπασαν τὴν τῶν Θεῶν γενεάν. Enimvero non leviter mendis aspersa est haec *ῥῆσις*, quam ita constitues: *καὶ Ορφεὺς τὸν πολυτίμητον τοῦτον Θεὸν ἀνευφημεῖ*

ΜΗΤΙΝ σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν ΗΡΙΚΕΠΑΙΟΝ.

Pagina denique 164. *Τοῖον ἀπέστιλβε χρόνος ἀθανάτοιο ΦΑΝΗΤΟΣ*, ubi legendum *χροὸς*, ut quidem extat apud Proclum:

Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον,
Τοῖον ἀπέστιλβε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Idem Proclus in Parmenidem MS. haec habet: *ὁ μὲν γὰρ Ορφεὺς μετὰ τὴν κατάποσιν τοῦ ΦΑΝΗΤΟΣ ἐν τῷ Διΐ τὰ πάντα γεγονέναι φησίν. ἐπειδὴ πρότερον μὲν καὶ ἡνωμένως ἐν ἐκείνῳ, δευτέρως δὲ καὶ διακεκριμένως ἐν τῷ δημιουργῷ τὰ πάντα ἀνεφάνη τὰ τῶν ἐγκοσμημάτων αἴτια.* et in Alcibiadem priorem MS. sic scribit: *Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εὑρὼν παρ' Ορφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ Ερωτα καὶ Δαίμονα μέγαν ἀποκαλούμενον, ἀγαπῆσαι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ Ερωτος τὸν τοιοῦτον ὕμνον· περὶ μὲν γὰρ νοητοῦ νοῦ λέγων ὁ Θεολόγος,*

Αβρος Ερως καὶ ΜΗΤΙΣ ἀνάσθαλος — — καὶ πάλιν· O 4
Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς Δαίμων μέγας αἶψ' ἐπ' ἴχνη.

περὶ δὲ τοῦ νοεροῦ νοῦ καὶ ἀμεθέκτου,

Καὶ ΜΗΤΙΣ πρῶτος γενέτωρ καὶ Ερως πολυτερπής·
Καὶ πάλιν·
Εν κρατος, εἷς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων.

Multa prudens et sciens praetereo, quae ex Athenagora, Macrobio, Orphicis Hymnis, tum autem praecipue e Proclo in Platonis Timaeum adferre possem: ne forte qui me minus norunt, Pauli me Leopardi scrinia compilare existiment. Inde petere possunt, vel a Theodoro Cantero, qui plura de his rebus scire desiderent. Nam quid ego censeam de illorum sententia, qui significationem mendosi verbi *Ερικεπεῶ* ex anilibus Cabbalistarum nugis conantur exsculpere? sed nolo aliquid inclementer dicere. Non nostrum est *κειμένοις ἐπεμβαίνειν*. Veniam etiam libenter dedero, si minus ea perspexerint, quae a multis saeculis homines latuerunt, caligine et tenebris circumfusa. Nam ut concedam haec, quomodo a me emendata sunt, ita a Joanne

Digitized by Google

fuisse concepta; quod equidem haud facile crediderim; Suidae tamen et Cedreni temporibus depravatum esse hunc Malelae locum illud argumento est, quod hi interpretamenta duntaxat ex nostro afferant, de verbis Orphei οὐδὲ γρύ. Illud autem mihi videor satis certo scire, non Te expectare, ut vim verbi Ἡριπαῖος et naturam explicem: Tune ut ineptas plerumque et cassas Etymologias consectari me velis? Dabitur jusjurandum, ne ab Orpheo quidem ipso hoc fieri potuisse. Scire prius aveo, unde illa vulgaria, Διόννυσος, Ἥφαιστος, Ποσειδῶν. Διόννυσος, ait Orpheus apud Macrobium, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι originem ducit:

Πρῶτος δ' εἰς φάος ἦλθε, Διώννυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.

Ride, et ad hoc exemplum crede alia fuisse dicturum. Nec quidem de significatione τοῦ Ἡριπεπαίου belle convenit scriptoribus. Secundum Malelam, Suidam et Cedrenum est ζωοδοτήρ. Nosti
O 5 hos tres, quam ad unum redeant denique. At Nonno in συναγωγῇ ἱστοριῶν Phanes est ζωοδοτήρ. Ericepaeus aliam vim habet nescio quam: Λέγουσι δὲ αὐτὸν τὸν Φάνητα ἔφορον, εἶναι τῆς ζωογόνου δυνάμεως, ὁμοίως καὶ τὸν Ἡριπεπαῖον λέγουσιν ἑτέρας
V 5 ἔφορον εἶναι δυνάμεως. Quamobrem, si sapiam, non operam perdam in Etymologia hac inquirenda: magis ex usu fuerit, in quibus primum institi vestigiis pergere; et siqua restent Orphica apud Malelam, quae correctione opus habeant, pro virili restituere.

Sic igitur refingo locum, quem habes p. 89.

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱ', ἑκατηβόλε Φοῖβε κραταιὲ,
Πανδερκὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
Ἠέλιε, χρυσέαισιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν,
Δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σεο ἕκλυον ὀμφὴν,
Σεῦ φαμένου, σὲ δέ γ' αὐτὸν, ἑκηβόλε, μάρτυρα θείην.

Tertio autem versui simillimus et maxime geminus ejusdem scriptoris est alius in Hymno ad Protogonum:

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ μέγαν αἰθερόπλαγκτον,
Ῥογενῆ, χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν.

At vir bonus Ioannes, atque item Cedrenus, ne in librarios culpam hanc transferas, τὴν πτέρυγα arbitrabantur esse generis virilis. *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!*

Multo vero gravius affectus est locus pag. 92. ita poëtae verba non modo cum interpretamentis Malelae confusa sunt atque commixta; sed et insuper mendis obsita et cooperta. Illa quidem certe μὴ διὰ μηδὲν veritus est Cedrenus describere, quippe quae nullo prorsus modo intellexerit. At memini vidisse Excerpta quaedam manu Patricii Junii ex Chronico quodam penes Cl. Seldenum manuscripto: ubi inter alia ejusdem farinae haec Orphica habebantur, corrupta ea quidem et mutila; nihilominus in quibus extarent vestigia verae lectionis: siquidem ibi scriptum

Digitized by Google

erat μὴ διὰ μὰ μηδέν. Proinde de hoc loco mihi nulla dubitatio est, quin in versiculos reponi debeat ad hoc exemplum:

Θῆρές τ' οἰωνοί τε βροτῶν τ' ἀλιπήρια φῦλα
Ἀχθεα γῆς ἄϊδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
Εἰδότες, οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι O 6
Φράδμονες, οὔτ' ἄποθεν μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος,
Οὔτε ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἕρξαι
Ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

Ad hunc Orphicorum numerum non dubito adscribere quae extant p. 30. etsi ea Mercurio Trismegisto attribuant Malelas, Suidas, Cedrenus, Autor Chronici Paschalis et de quo postmodum plura MS. Baroccianus. Scilicet ab autoribus multo plus idoneis, S. Justino in Paraenetica ad Graecos, et S. Cyrillo adversus Julianum ad Orphea ἐν τοῖς ὅρκοις referuntur: ubi etiam veram hujus λέξεως scripturam offendes. Malelas enim cum suo grege antiquam adeo hic consuetudinem obtinent, ut nihil sentiant. Proxime autem ad Joannis verba accedes, si ita legeris:

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
Ὁρκίζω σ' αὐδὴν πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρῶτον,
Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἐῇ στηρίξατο βουλῇ.

Ficta illa et commentitia oracula quae habes p. 42. 79. et 172. adeo misere ac foede accepta sunt, ita verba poëtica in quotidianum sermonem immutata, ut vix invenias disjecti membra poetae. Quamobrem in iis recolligendis redintegrandisque frustra operam conterere non libet; praesertim cum Joannes ipse satis aperte fateatur, se quae διὰ στίχων scripta fuerant, εἰς τὴν κοινὴν διάλεκτον immutasse. Verum, ut boem aliquos tam optabili nuncio, est liber Oxonii annos abhinc puto DC. calamo exaratus; in quo non pauca extant Oracula Malelanis his germanissima: quae si omnia hic in lucem proferam, quando bella occasio est, sane (quod in Graecorum proverbio est) patella videatur operculum invenisse. Spero etiam me gratiae aliquantulum inturum ab hominibus illis perelegantis judicii, qui Oracula quae vulgo feruntur Sibyllina tanquam ab anu fatidica Noachi filia fusa venerantur. Adeste igitur O vere σιβυλλιῶντες, lotisque manibus sacra haec tangite.

Χρησμοὶ καὶ Θεολογίαι Ἑλλήνων Φιλοσόφων. V 6 O 9

I.

Ἑρμοῦ μεγίστου περὶ Παντοκράτορος.

Ἀκοιμήτου πυρὸς ὄμματι γρήγορε, δρόμον αἰθέρος ζωογονῶν, ἡλίου θέρμην κρατύνων, λαίλαπι μεθιστῶν νέφη, τοὔνομα μὴ χωρῶν ἐν πόσμῳ, ἄφθιτον ἀένναον πανεπίσκοπον ὄμμα πατέρα τῶν ὅλων θεὸν ὄντα μόνον, ἀπ' οὐδενὸς ἔχοντα ἀρχὴν ἔγνωκα· ἕνα μετὰ σε ὄντα μόνον ἐκ σοῦ γεραίρω υἱὸν, ὃν ῥώμῃ ἀποῤῥήτῳ καὶ ὀξυτέρᾳ φωνῇ ἴδιον εὐθὺς ἀφθόνως καὶ ἀπαθῶς ἀπογεννήτως λόγον

Digitized by Google

ἐγέννησεν (leg. ἐγέννησας) θεὸν ὄντα, τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς οὐσίας, ὅς σου τοῦ πατρὸς τὴν εἰκόνα καὶ (leg. κατὰ) πᾶν ὁμοίαν φέρει, ὥστε ἐκεῖνος ἔν σοι, σὺ δὲ ἐν ἐκείνῳ, πάλλος ἔσοπτρον· ἀλληλεύφροντον πρόσωπον. (leg. ἀλληλευφράντων προσώπων.)

II.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ Τριάδος.

Ην φῶς νοερὸν ἐκ φωτὸς, ut apud Malelam habentur p. 29.

III.

Τοῦ αὐτοῦ Προσευχή.

Ορκίζω σε, Οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλου etc. Vide Mal. p. 30.

IV.

Αριστοτέλους.

Ακάματος φύσις θεοῦ, γενέσεως οὐκ ἔχουσα ἀρχήν, ἐξ αὐτῆς δ' ὁ πανσθενὴς οὐσίωται λόγος.

V.

Σόλωνος Αθηναίου.

Οὐκ ἐφικτόν μοί ἐστι ταῦτα πρὸς ἀμυήτους εἰπεῖν, οὔτε δὲ φανερῶς παραθέσθαι· πλὴν τοῦ νοεῖν ἀκούεται (leg. τῷ νοεῖν ἀκούετε) *ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ πατ' οὐρανὸν μεγάλου * φλογὸς ὑπερβάλλων, ὃν τρέμουσιν οὐρανοὶ γαῖά τε καὶ θάλαττα, αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ, τρισόλβιος.* Confer haec cum Malelanis p. 79.

VI.

Θεοκτιδίου.

Τὸ ἓν τρία καὶ τὰ τρία ἕν, ἄσαρκον προσωπικόν. Γῆ τέτοκε τὸν οὐρανοῦ γεννήτορα.

O 8

VII.

Χίλωνος.

Γόνος ἐκ γόνου κατελθὼν γόνιμον ὕδωρ ἐποίησε. Τὸ ὑπέρτατον τῶν ὅλων αἴτιον ἐπινοεῖται οὐ φωτὶ καὶ πνεύματι, ἀλλ' ὡς πάντων θεὸς καὶ κύριος καὶ πατήρ.

VIII.

Πλουτάρχου.

Ο παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος, ὁ πατὴρ γόνος, καὶ ὁ γόνος πατήρ.

V 7

IX.

Αντιόχου Κολοφῶνος περὶ Τριάδος.

*Ην νοῦς εἷς πάντων νοερώτερος * εἰ δέ γε ἔστιν*
Ταῦ ἄπο παγγενέτης νοερὸς λόγος ἔφθιτος αἰεὶ
Υἱὸς ἀπαυγασμὸς νοεροῦ πατρός· εἷς ἅμα πατρὶ,
*Εν μὲν ἐπωνυμίῃ * εἰ δέ γε ἔστιν ὡς ἀπὸ πατρὸς,*
Εἷς δὲ πέλων σὺν πατρὶ καὶ ἐξ ἑνὸς εἷς, μία τάξις,

Digitized by Google

Πατρὸς ..... ὁμοούσιος ἄφθιτος αἰεὶ
Πνεύματι σὺν πρώτῳ ἁγίῳ καὶ σπέρματος ἀρχῇ.

Uno verbo, ne nescias, te monitum velim in libro MS. sic legi: *τοῦ ἀποπαγγενέτης νοερώτερος λόγος ἄφθιτος υἱὸς ἀπαύγασμα.* Sed nihil erat facilius, quam in versus concinnare. Quivis etiam emendare possit *Κολοφωνίου* vel *ἐκ Κολοφῶνος.* Illud fortasse plusculum habet difficultatis, quisnam sit ille Antiochus conjectura assequi. Et profecto nimis velim extaret Nicandri Colophonii liber *περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν*· mirum enim, ni ex animi sententia hoc negotium conficeremus. Nunc vero, quandoquidem iste liber, ut alia omnia *καλὰ*, vel flammis, vel humore, vel inertibus tineis consumtus est; eum optimum vatem arbitremur, qui illud in re tam ancipiti protulerit, quod sit veri simillimum. Opportune autem venit in mentem Xenophani illi Colophonio filium fuisse nomine Antiochum, quem res Siculas et Italicas scripsisse multi commemorant. Verum accidit perincommode, quod is etsi patre natus Colophonio, tamen nescio qui Syracusius vocetur. Alius proinde quatiendus est funis. Placetne ut pro Antiocho reponatur Antiphanes? Athenaeus lib. 7. O 9 *Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι λέγων οὕτως,*

Ἡ ὕκκην, ἢ ἵππον, ἢ ὃν κίχλην καλέουσιν.

Sed mihi crede, nusquam fuit gentium Antiphanes ille Colophonius: Quippe, quod a doctissimo Casaubono non animadversum esse demiror, pro commentitio isto Antiphane reponendus est Antimachus, notissimus autor Thebaidos et Lydes, uti memorant ipse Athenaeus alibi, Etymologicon, Hesychius, Suidas, Quintilianus, aliique bene multi. Huic autem Antimacho vix equidem dubito quin putidos hos versus affingere voluerint. Quo quidem consilio nihil inconsultius esse potuit aut dementius. Proclus in Commentario Timaei distinguens poeticam *ἔνθουν ἀπὸ τῆς τεχνικῆς*, illius exemplum *τοὺς χρησμούς*, hujus *τὸ Ἀντιμάχειον* ponit. Adeo ut Antimachum *χρησμῳδοῦντα* fingere, sit prorsus *ἄνω ποταμῶν*. Totus erat Antimachus in arte et opera: nihil habuit *ἐξ ἐνθουσιασμοῦ*, nihil ex afflatu furoris, et coelesti illo mentis instinctu, sine quo nullum poema sani coloris, nedum Oracula nasci possint.

X.

Ἐρώτησις Ἰάσονος βασιλέως τῶν Ἀργοναυτῶν εἰς τὸ Πύθιον τοῦ Ἀπόλλωνος.

Προφήτευσον ἡμῖν, Προφῆτα Τιτὰν et quae sequuntur; ut habet Malelas p. 94.

XI.

Πλάτωνος.

Γενετὸς οὐδεὶς ἱκανὸς γνώμης ἀφανοῦς ἰδεῖν αἰσθητήριον.

Digitized by Google

φύσις γὰρ μόνου Θεοῦ ὡς αἰτίου τοῦ παντὸς γυμνὴν ψυχὴν δυναμένου (leg. δυναμένη) ἰδεῖν· εἷς γὰρ αἴτιος τοῦ παντός, εἷς καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀλλ' οἷος (leg. ἄλλος) ὁ εἷς, καί ποτε οὗτος ὁ εἷς οὐκ ἦν χρόνῳ, ἀΐδιος γὰρ ὁ εἷς καὶ συναΐδιος.

O 10

XII.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ Χριστοῦ.

Οψέ ποτέ τις ἐπὶ τὴν πολυσχιδῆ *) ταύτην ἐλάσει γῆν, καὶ δίχα σφάλματος σαρξ γενήσεται, ἀκαμάτοις θεότητος ὅροις ἀνιάτων παθῶν λύσει φθορὰν, καὶ τοῦτο φθόνος γενήσεται ἐξ ἀπίστου λαοῦ καὶ πρὸς ὕψος κρεμασθήσεται ὡς θανάτοι καταδίκως (leg. θανάτῳ κατάδικος) πάντα πράσας (leg. πράξας sive δράσας) πείσεται.

V 8

XIII.

Χρησμὸς τοῦ Απόλλωνος δοθεὶς ἐν Δελφοῖς περὶ Χριστοῦ.

Εἷς με βιάζεται οὐράνιον φῶς, καὶ ὁ παθὼν Θεός ἐστιν, καὶ οὐ θεότης ἔπαθεν αὐτή, ἄμφω γὰρ βροτόσωμος καὶ ἄβροτος αὐτὸς θεὸς ἦδη καὶ ἀνὴρ, πάντα φέρων παρὰ πατρὸς ἔχων τε τῆς μητρὸς ἅπαντα, πατρὸς μὲν ἔχων ζώων ἅλκει, μητρὸς δὲ θνητῆς σταυρὸν, τάφον, ὕβριν ἀνιήτου καὶ ἀπὸ βλεφάρων ποτεχευᾶ τὰ δάκρυα θερμὰ ὁ πέντε χιλιάδας ἐκ πέντε πυρῶν κορέσαι (l. σας) τὸ γὰρ θέλεν ἄβροτος ἅλκει. Χριστὸς ὁ ἐμὸς θεός ἐστιν ἐν ξύλῳ τανυθῇ ὃς (leg. τανυσθεὶς) θάνεν. ὃς ἐκ ταφῆς εἰς πολλῶν ὅλκων.

Miris modis haec perturbata sunt; magnam tamen partem in versus suos nullo negotio redigi possunt in hunc modum.

Εἷς με βιάζεται οὐράνιον φῶς — — —
Καὶ ὁ παθὼν Θεός ἐστι, καὶ οὐ θεότης πάθεν αὐτή.
Ἄμφω γὰρ βροτόσωμος ἦην ἠδ' ἄβροτος αὐτὸς
— — — — Θεὸς ἦδὲ καὶ ἀνὴρ,
Πάντα φέρων παρὰ πατρὸς, ἔχων τῆς μητρὸς ἅπαντα
Ἐκ πατρὸς μὲν ἔχων ζώην ἅλκει — — —
Μητρὸς δὲ θνητῆς σταυρὸν, τάφον, ὕβριν, ἀνίην.
Τοῦ καὶ ἀπὸ βλεφάρων ποτε χεύατο δάκρυα θερμά.

XIV.

Αστάνου περὶ τῆς Θεοτόκου.

Τιμήσωμεν τὴν Μαριὰμ, ὡς καλῶς κρύψασαν τὸ μυστήριον.

Sine dubio loco *Αστάνου* emendandum est *Οστάνου*. Ostanes magus et Zoroastres etiam indoctis cognitissimi. Theodoro Meliteniotae Praefatione in Astronomiam non Ostanes dicitur,
O 11 sed *Οτάνης*. Quae fortasse vera scriptura est: nam et apud Herodotum non unus est Otanes Persa: et vero Magus ille ma-

*) πολυσχιδῆ Toupius Emend. vol. III. p. 431.

Digitized by Google

tione fuit Chaldaeus. Theodori locum describam, quod ibi plurimorum Magorum nomina videas, quos alibi frustra quaesieris. *Ἐν οἷς (Χαλδαίοις) ἄλλοι τε πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀτάνης, ὅ τε Κιδηνᾶς, καὶ Ναβουριανός, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ἀπὸ Σελευκίας Χαλδαῖος καὶ οὗτός ἐστιν.*

XV.

Θοῦλις ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἐπαρθεὶς τοῖς κατορθώμασιν ἠρώτησεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Εὐριπίδου περὶ αὑτοῦ οὕτως.

Φράσον μοι πυρισθενὲς etc. ut Malelas p. 26.

Hominem sane festivum, qui Euripidem *χρησμολογοῦντα* nobis exhibuit. Quidni autem, inquies? cujus ex *μαντείῳ* hoc editum est,

Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς,

oraculum quidem, quo nihil verius ac sapientius; quale nunquam aut Bacis fudit, aut Comicus iste Glanis, aut

Pythia quae tripode ex Phoebi lauroque profata est.

Sed extra jocum: sine controversia corrigendum est *τοῦ Σαράπιδος*· cui Canobi templa dicata sunt; etiam Alexandriae et Memphi. Narrat Strabo miris quosdam laudibus efferre *τὰς ἀρετὰς τῶν τοῦ Σαράπιδος ἐν Κανώβῳ λογίων.* Haec scripseram, cum sero animadverti apud Suidam in voce *Θοῦλις* ita legi *αὐτολεξεὶ*, uti prius ex conjectura emendaveram.

Dubitantem me et quo proxime me vertam circumspectantem ad se vocat Sophocles, indignis sane modis a Joanne acceptus p. 47. *Ὁ γὰρ σοφώτατος Σοφοκλῆς δρᾶμα ἐξέθετο καὶ ποιητικῶς εἶπεν ὅτι ὁ Τειρεσίας τὴν Παλλάδα εἶδε λουομένην καὶ γυνὴ ἐγένετο.* Ego vero quovis pignore contenderim nihil usquam de fabella ista profectum a Sophocle, quanquam ab aliis passim memoretur. Cum enim omnes fere titulos Sophocleorum Dramatum beneficio Grammaticorum veterum habeamus, nullum est ubi Tiresiae persona locum habere possit, praeterquam una Trilogia, Oedipus Tyrannus, Antigone, et Oedipus in Colono: sic enim sentio: sive Tetralogiam malis, accedo; ut fabula Satyrica, sicut omnes omnium praeter Cyclopem Euripidis, periisse videatur. Quanquam enim affirmet Suidas, *ὅτι ὁ Σοφοκλῆς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν*· scimus tamen ex Didascaliis non ex omni parte verum hoc esse. Vide modo Aristophanem Grammaticum in Argumento Medeae Euripidis. Atqui haud commemini fabellam istam de Tiresia in trinis illis narrari, neque ibi reperiri posse arbitror. Prima haec est. erga Sophoclem contumelia. Deinceps, *Οθεν*, ait, *ἐξέθετο Σοφοκλῆς ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι ταῦτα ἀληθείας εἶναι. Εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὃς τὸν οὐρανὸν* etc. O hominis stuporem, et *ἰδιωτείαν* meram! Apud autorem, unde haec habuit Antiochensis,

O 12

V 9

Digitized by Google

sine dubio scriptum erat ad hoc exemplum: *Καθὼς ὁ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστι θεός.* Homo stolidus interpunctione falsa jugulavit versum, misereque disperdidit. Nimirum ab *ἀληθείαισι* distinctionem posuit, cum oratio post *εἶπε* sustineri debuerit. Sed efficiam ut posthac hi versiculi sano saltem pede possint incedere. Sic igitur emendo:

Εν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστιν θεὸς
Ος οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας.
Θνητοί τε πολλὸν καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπους.
Θυσίας τε τούτοις καὶ κενὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ita fere leguntur apud Justinum, Clementem, Eusebium, Theodoritum, et partim Athenagoram; adeo ut demirer interpretem Chilmeadum, hominem sane pereruditum, in luce tam clara minus solito perspexisse. Sed non te celabo, quod pace sanctorum virorum dictum velim, vehementer me suspicari non esse haec a Sophocle. Id adeo cur in animum inducam, si me interroges; dico, permirum mihi praeter alia videri, tam illustrem locum Ecclesiasticis solis incurrisse in oculos, aliorum omnium aciem
O 13 effugisse. Qui factum, uti dormitaret hic Plutarchi diligentia? Qui Porphyrium praeterire potuit *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων* tam insigne testimonium adversus *τῶν θυσιῶν τὰς παρανόμους σφαγὰς*, ut ad hunc locum ait Theodoritus? Ubi tu, Stobaee, cessasti, literarum oblivio? tu, qui tot forulos Bibliothecarum excussisti, Sophoclis autem et Euripidis monumenta studiose praeter caetera lectitasti. Adeone paucos e Patribus, quid Patres autem dico? unumne aliquem tenebrionem, qui supposita persona librum ediderit (ut et olim et hodie nonnullorum opinio est, neque adeo injuria) caeteris omnibus perspicaciorem et diligentiorem fuisse? Clemens enim aperte et ingenue fatetur Hecataei se fidem secutum, apud ipsum Sophoclem omnino non legisse. *Ο μὲν Σοφοκλῆς*, ait Strom. V. *ὥς φησιν Ἑκαταῖος ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος ἐν τῷ κατ' Ἀβραμον καὶ τοὺς Αἰγυπτίους.* Illud autem exploratum habeo tam a Justino et Clemente Patres alios accepisse, quam Justinum et Clementem commentitii ejus Hecataei autoritate tradidisse. Quem ad hominem demum, et quam nulla fide res redierit, vides. Ille ne ut Sophocli versiculos aliquot vereretur affingere, qui illum ipsum, quo eos adduxit, librum ediderit simulata persona Hecataei? Ipsa praeterea oratio de se facit indicium. Non agnosco illud *χαλκέων*, et *πολλὸν* sumptum, ut aiunt, adverbialiter, esse hominis Attici, aut in Tragoedia ferri posse. Qualis enim haec foret confusio dialectorum, et ut ait

Digitized by Google

ille, sartago loquendi? Oportuit enim πολὺ et χαλκῶν. *Χαλκέων* quidem a χαλκεὺς Attice dixeris; minime gentium a χαλκοῦς, non magis mehercule quam ἀγαπάει vel *Ἀριστοτέλεος*. *Χρύσεα*, ait Phrynichus, ἀργύρεα, κυάνεα, χάλκεα ταῦτα Ἰακὰ διαιρούμενα· χρὴ οὖν λέγειν χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, κυανᾶ τὸν Ἀττικίζοντα. *Χρυσοῦς λέγε*, τὸ γὰρ χρύσεος Ἰακόν, ὡσαύτως καὶ ἀργυροῦς, χαλκοῦς, κυανοῦς, καὶ τὰ ὅμοια. Rogo denique, cui personae haec oratio conveniat? Quave Sophocles fiducia die festo Ludorum (non alias enim in scena quam Panathenaeis ac trinis Liberalibus Tragoediae docebantur) illos ipsos dies festos et Ludos solennes in contemptionem adduceret? Istuccine se impune laturum speraret? Nonne Aeschyli periculum cautiorem eum faceret, qui, quod in Sisypho opinor πετροκυλιστῇ ad Cereris mysteria curio- O 14
sius videretur alludere, nisi ad aram Bacchi confugisset, illico trucidatus esset in Scena: postea etiam in Areopago de capite suo causam dixit? Habes, amice, suspiciones nostras: tu tuique similes rem cognoscite, et sententiam ferte; non *Βεκκεσήληνος* quidam, πολυμαθεῖς sine pectore et mente,

ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ
Παλῶ σέσακται καὶ δυσεκνίπτω τρυγός.

Praeclare vero actum est cum Sophocle, quod a χρονοῤῥάφῳ nostro non nisi semel ad falsum testimonium dicendum citatus sit: Euripides autem, qui Malelae erat paulo familiarior, gravissimas istius consuetudinis poenas sustinuit; adeo quidem ut non minus incommodo hospite hoc Antiochensi, quam olim Promeri canibus usus esse videatur. Non erit, opinor, ab instituto nostro alienum, si locos omnes accuratius aliquantum examinem, in quibus Euripidis mentio fit: et quoad ejus facere potero, V 10
fabularum titulos, quo singuli quique loci referuntur, ostendam. Dabitur fortasse occasio ex interioribus literis aspergendi aliquid: memores tamen erimus, ut spondeo, verbi veteris, quo admonemur

Τῇ χειρὶ σπείρειν, μηδ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

Quae igitur habes pag. 89. *Περὶ ἧς* (*Δανάης*) *ἐμυθολόγησεν Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συντάξει τοῦ αὐτοῦ δράματος* et quae sequuntur, e fabula *Danae* desumpta sunt. Laudat hanc Pollux lib. 4. cap. 16. Stobaeus autem non semel, ut et aliam Sophoclis similiter inscriptam. Harum alterutram, magis tamen Euripideam, latine convertit Naevius, cujus Danae Nonio Marcello citatur. Plutarchus Consolatoria ad Apollonium: *Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησι*

Δοκεῖς τὸν ᾅδην σῶν τι φροντίζειν γόων
Καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σόν, εἰ θέλοις στένειν;
Παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
Ῥᾴων γένοι' ἄν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις
Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκπεμόχθηνται βροτῶν O 15

Digitized by Google

Οσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων
Τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας. ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

Erravit eruditissimus Grotius in Excerptis, cum in versu quarto reposuit, *Ῥᾷον φέροις ἄν.* Nihil enim magis usu tritum, quam *ῥᾴων εἶναι*, melius habere, hilariore animo esse, convalescere. Etiam pueri hoc sciunt. Erravit, cum in versiculo quinto emendare conatus est *ἐμμεμόχθηνται.* Non enim magis *μοχθοῦμαι* dixeris, cum *μοχθῶ* sit verbum neutrum, quam *πάσχομαι* aut *κάμνομαι.* Sine dubio scriptum oportuit,

Οσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμόχλευνται βροτῶν.

vel *Οσοι τε δεσμοῖσι μεμόχλευνται βροτῶν.*

Erravit denique, cum locum hunc ad hanc, de qua agimus, Danaen referendum putavit, qui ommino ex Euripidis Dictye accersitus est. de quo consule Stobaeum, et alios. Aristophanes Grammaticus in argumento Medeae. *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθιοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυρος οὐ σώζεται.* Scribe *Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι οὐ σώζονται.* i. e. *Θερισταὶ δρᾶμα σατυρικόν.* Ita loqui solent. Cave enim credas *τὸ σάτυροι* esse partem inscriptionis. Ita Sophoclis fabula *Κωφοὶ σάτυροι.* Scholiastes Nicandri simpliciter *Σοφοκλῆς ἐν Κωφοῖς.* Sic ejusdem *Ἰχνευταὶ σάτυροι*, quemadmodum apud Pollucem est legendum pro *Ἰχνευταὶ Σατύρων.* Athenaeus non apposito fabulae discrimine, *Σοφ. ἐν Ἰχνευταῖς.* Sic *Ἰοφῶν ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις* apud Clementem: sic Aeschylus *ἐν Κήρυξι σατύροις* apud Pollucem: ita enim emendo pro *κήρυξι σατυρικοῖς.* Photius in Lexico manu scripto: *Πυρσοκόρσου λέοντος, Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι σατύροις.* Ex quo restituendus Hesychii locus: *Πυρσοκουρσολέοντος πυῤῥοκεφάλου, ξανθοτρίχου*, lege, ut apud Photium. Cum autem nomen fabulae cujuspiam sit numero singulari; tunc *σατυρικὴ* dicunt et *σατυρικός.* Potuit autem Grotius erratum suum resciscere ex Fragmento illo Danaae, quod primus in lucem edidit de literis optime meritus Hieronymus Commelinus. Ibi dramatis personae sunt
O 16 Mercurius, Danae, Nutrix, Acrisius, Minerva, Nuncius, Chorus: Dictys autem minime comparet. In *ἀποσπασματίῳ* illo sic vulgo legitur non longe a principio.

— — — κἄτά πως κείνη ποτε
Εννὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ
Τπόπετρον λέοντα τέξεται πατρί.

Cum metri ratio, tum res ipsa flagitat, ut *ὑπόπτερον* scribamus, non *ὑπόπετρον.* Quis non alatum Perseum et in libris legit, et in pictis tabulis vidit? At interpres homo sane festivus ita convertit: sub saxo natum leonem. Nempe huic committas, siquid recte curatum velis. Et tamen is ipse est ni fallor, qui

Digitized by Google

bonam aetatis partem contrivit, ut Suidam foras extruderet mendis maculisque usquequaque obsitum, ut aliquando fortasse ostendemus.

Pag. 51. *Διὰ τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης τῶν Βακχῶν ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ἀπὸ Πενθέως εἰπὼν ταῦτα. Σεμέλη δὲ λοχευθεῖσα ἐκ βροτοῦ τινος, εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἁμαρτίαν λέγει.* *Bacchas* Euripidis etiam nunc supersunt. Illud autem mentitur Maletas, *ὡς ἀπὸ Πενθέως.* non Pentheus enim, verum Semelae sorores *Ινὼ κ' Αὐτονόα, χ' ἁ μαλοπάρῃος Ἀγαύα* contumelias has ei dixerunt. Bacchus in prologo.

Επεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν V 11
Διόνυσον οὐκ ἔφασκον εἶναι τοῦ Διὸς,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος
Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους.

Pag. 58. *Ο γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ὅτι ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον ἔφθειρε τὴν Αντιόπην.* Censeo supplendum esse, *εἰς σάτυρον τρεφθεὶς ἔφθειρε.* Propter similitudinem duorum verborum accidit, ut fieri solet, ut librarius unum omitteret. Porro fabula *Antiopa* memoratur ab Hesychio, Stobaeo, aliis. Photius Patriarcha in Lexico MS. *Εὔκρας εὔκρατος εὐρυβροτοῖσιν.* *Εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως, ἐν Αντιόπῃ.* Lege. *Εὔκρας εὔκρατος· Εὐριπ. ἐν Αντιόπῃ· Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως.* Suidas: *εὐκρανῆς, ἀντὶ τοῦ εὔκρατος.* Scribe *Εὐκρὰς,* uti recte apud Etymologicon magnum. Antiopam latine docuit Pacuvius, de Graeco Euripidis conversam: citantibus Charisio, Diomede, Servio et Marcello. In quo O 17 admiror, ait Cicero de Finibus, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expressas non inviti legant. Quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat? qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas oderit? Nosti illud Persii,

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

Pag. 63. *Ο γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα περὶ τοῦ Οἰδίποδος καὶ τῆς Ιοκάστης καὶ τῆς Σφιγγός.* Oedipus et Jocasta in Phoenissis ad partes vocantur: quin et ibidem de Sphinge mentio fit non semel. Potuit igitur Antiochensis ad Phoenissas respicere, potuit ad fabulam Oedipum, quae laudatur ab Hesychio, a Stobaeo aliquoties, ab Erotiano.

Pag. 88. *Καὶ μετὰ Αἰσχύλον ἐβασίλευσεν αὐτῶν (τῶν Αθηναίων) Ακμαίων ἔτη δύο, περὶ οὗ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος δρᾶμα ἐξέθετο· καὶ μετὰ Ακμαίοντα ἐβασίλευσαν αὐτῶν ἄλλοι ΙΗ'.* Amabo te, Syrisce, serione haec an joco? quae te enim larvae atque intemperiae agitabant, cum haec scriberes? *ποῦ τοι φρένες ἐκπεπόταντας; Ακμαίων* et *Ακμαίοντα* pro *Αλκμαίων* et *Αλκμαίωνα?*

Digitized by Google

Muli sunt illa, non hominis. Simile peccatum est, quod de Alcmaeone Atheniensi tragoediam factam existimes. Siquidem ille est Alcmaeo Argivus, Amphiarai filius, qui, quod Eriphylen matrem occidisset, furiis agitatus est. Inde scenae argumentum est accersitum. Timocles Comicus:

Τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
Ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης
Πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
Πενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει·
Ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.

Antiphanes — — *Μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία*
Ποίημα κατὰ πάντ' — — ἂν πάλιν
Εἴπῃ τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία
Πάντ' εὐθὺς εἴρηχ' ὅτι μανεὶς ἀπέκτονε
Τὴν μητέρα.

O 18 Cicero Academ. 2. Quid? ipse Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore; *Unde haec flamma oritur?* et illa deinceps, *Incede, incede; adsunt, adsunt; me, me expetunt.* Quid, cum virginis fidem implorat? *Fer mi auxilium; pestem abige a me; flammiferam hanc vim quae me excruciat. Caeruleo incinctae angui incedunt; Circumstant cum ardentibus taedis.* Sed piget profecto in re certissima testibus usum esse non necessariis. Illud opinor auribus tuis, Milli, novum accedet; integram hujus dramatis inscriptionem esse *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.* Nisi fortasse geminum Alcmaeonem Euripides ediderit, aut iterum eundem, correctum scilicet et *διεσκευασμένον.* Quicquid est hujus, solus adeo me docuit Hesychius noster, et fortasse solum: alios, qui depravata ejus verba non poterant intelligere, non item. *Ἀργαίνειν, λευκαίνειν. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι, διὰ ψηφῖδος ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιτῶσα.* Censeo corrigendum esse: *Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος·* tum notam distinctionis ponendam † *Ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιβῶσα. Παρὰ δὲ τὸ ἀργὸν*, ait Eustathius ad Odysseae secundum, *καὶ ἀργάντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι.* Sive haec Eustathius ab Hesychio, sive ab alio quopiam uterque transtulit, apparet hunc locum a multis jam saeculis fuisse depravatum. Qui factum alioquin, ut Eustathius tragoediae nomen mutilum protulerit, nisi quod in verbis sequentibus cerneret *οὐδὲν ὑγιές.* Idem Hesychius: *Ατενής. Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ ψοφίδος συντείνασα.* Corrige sedes in hunc modum: *Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, συντείνασα. Ατενὴς*, ait, est *συντείνασα*, festinans summa cum virium contentione. Cujus significationis exempla quod haud temere reperiantur, propterea verbi sedes a Grammaticis indicata est *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.* Rationem porro hujus inscriptionis non diu neque frustra

Digitized by Google

quaesiverit, qui in memoria habuerit Alcmaeonem, quem antea contortorum anguium et ardentium taedarum verbera nusquam consistere paterentur, aliquando tandem ad sanam mentem in V 12
Psophide Arcadiae rediisse. Videatur in Arcadicis Pausanias. Apollodorus lib. III. *Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μη-* O 19
τρώου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰ-
κλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Ψωφῖδα πρὸς Φηγέα· παθαρ-
θεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα. Jam monui emendandum esse *Ψωφῖδα* syllaba secunda producta. Ovidius:

Usque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque.

Percommode autem hic locus Apollodori in memoriam mihi alium redigit, in libro primo; qui viros doctos in errorem hactenus induxit: deinceps tamen, uti spero, non faciet. *Τυδεὺς δὲ ὥς φησιν ὁ τὴν Ἀλκμαιονίδα γεγραφὼς κτείνας τοὺς Μέλανος παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Φηνέα* etc. Quae sic latine expressit interpres: Is qui Alcmaeonidem tragoediam scripsit. Hominem sane liberalem, qui vocem illam Tragoediam benigne nobis de suo largitus est. Atqui, O bone, *Ἀλκμαίων* ea Tragoedia, non *Ἀλκμαιονὶς* inscribitur, ut Erotianus, Stobaeus, Priscianus, aliique testantur. Sicuti autem Philoclis Tragici tetralogia de Pandione *Πανδιονὶς*, atque Aeschyli de Oreste *Ὀρεστεία* nominata est; Ita fieri potest ut Euripides tria dramata de Alcmaeone publicaverit, una cum quarto Satyrico argumenti omnino alieni: quam integram tetralogiam *Ἀλκμαιονίδα* vocarent. Sed oportet Epicharmi illud semper habeas in promptu,

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Quicunque enim humaniores has Musas colit, saepenumero solet usu venire ut

Ἰσχῃ ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια.

Siquidem hae de Alcmaeonide suspiciones, aegri sunt somnia; cum is Scriptor, quicunque tandem fuerit, (neque enim de aetate, neque de patria viri, aut nomine quicquam habeo compertum) historicus sit, non tragicus. *Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας* (verba sunt Strabonis lib. 10.) *Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρὸς υἱοὺς γενέσθαι δύο Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον. δυναστεῦσαι δ' ἐν Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός.* Et quidem Euripide vetustior. Scholiastes ad Orestem v. 1000. *Ἀκολουθεῖν δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης τῷ τὴν Ἀλκμαιονίδα* (ω scribe etiam apud Apollodorum, non o.) *πεποιηκότι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησί. Φερεκύδης δὲ οὐ καθ' Ἑρμοῦ μῆνίν φησι τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι. ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας τὸν* O 20
ποιμένα προσαγαγόντα τὸ ποιμνίον τῷ Ἀτρεῖ ἀνταποκαλεῖ. Quid tibi dicam depravatum mihi videri verbum illud postremum? *χροΐ* enim *δῆλον, τὸ τοῦ Φερεκύδου.* leg. *Ἀνταῖον ἀποκαλεῖ* vel *Ἀντανδρον καλεῖ* vel *Ἀντιφον*, vel simile quippiam; cum sine

Digitized by Google

controversia desit nomen Pastoris. Haec habui, Milli jucundissime, quae de Alcmaeone et Alcmaeonide ore, ut opinor, alio indicta dicerem: non enim placet eorum ratio, qui cum merae corniculae sint, emendicatis hinc inde plumis germanos pavones se pollicentur.

Pag. 104. Multa narrat Malelas de Proeto, Stheneboea et Bellerophonte, *καθὼς συνεγράψατο Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ποιητὴς πληρώσας τὸ δρᾶμα.* Intellige de fabula *Stheneboea*, cujus mentio fit apud Athenaeum, Stobaeum, alios. Julius Pollux lib. 3. cap. 4. *Εἴρηται δὲ ξεναπάτη παρ' Εὐριπίδῃ.* Nomen tragoediae non commemorat; aliunde tamen scimus hanc esse de qua agimus, Stheneboeam. *Ξεναπάτας*, ait Photius MS. *ἰδίως ἐπὶ τῶν ..... ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν. Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ. Τίς ἄνδρα τινὰ ξεναπάταν.* Scribe autem in Polluce ξεναπάτης. Apparet ita corrigendum esse, cum ex hoc loco Photii; tum ex Euripidis Medea, quae in extrema fabula sic Jasoni convitium facit, *Τίς δὲ κλύει σου Θεὸς ἢ δαίμων τοῦ ψευδόρκου καὶ ξεναπάτα;* Aristophanes Vespis:

Εἴτις ὑμῶν, ὦ θεαταὶ, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν
Εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον,
Ητις ἡμῶν ἡ 'πίνοια τῇσδε τῆς ἐγκεντρίδος,
Ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Scholiastes annotat ad versum novissimum: *ὁ στίχος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου.* Bene pol factum, quod nos docuerit, unde tralatus sit hic *στίχος*, quod quidem alias nesciremus. Atque ea gratia non leve peccatum ei condonabitur. Enimvero non totus versus, ut ille existimavit, sed pars tantummodo posterior ex Euripide est. Nam in his rebus verba mihi dari haud facile patior, qui, ut scis, fragmenta omnium Poetarum Graecorum
O 21 cum emendationibus et notis grande opus edere constitueram: nunc, ut aiunt, *Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.* Plutarchus *Συμποσιακῶν* 1. 5.

Πῶς εἴρηται τὸ — — — Μουσικὴν δ' ἄρα
Ερως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Quem ego locum admiror, cum sine dubio depravatus sit, nemini unquam in suspicionem venisse. Ita exhibent, ut vulgo
V 13 legitur, Erasmus et Jos. Scaliger in Proverbiis; ita Grotius in Excerptis. Spes tamen est, ut nunc jam dehinc tam turpe erratum ex libris et memoria hominum auferatur. Legent enim qui sapient, *μουσικὸν*, non *μουσικὴν*. *Μουσικὸν διδάσκει*, i. e. *ποιητὴν ἀποδείκνυσι, poetam reddit:* Quasi hoc senario Latine dixeris: Amor poetam vel facit, vel invenit. Ars Musica et studium musicum est poetica. Terentius: *Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus Palmam esse positam, qui artem tractant Musicam.* Ea autem significatio τοῦ *διδάσκειν* elegantior

Digitized by Google

paulo est et rarior, propterea que fraudi fuit librariis: attamen non desunt exempla. Aristoph. Ranis.

Καὶ σὺ τί δὴ δράσας αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείους ἐδίδαξας;

Sed et hic locus in vitio est; et legendum autore MS. Oxoniensi:

Καὶ σὺ τί δράσας σῦτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας;

Vulgata lectio cum propter alia minus placet, tum ob hoc praecipue; quod *τὸ τετραπόδιον* sive IV. priorum pedum mensura non debet in dimidiatum verbum desinere. Idem Plutarchus *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν. Ὁ δ' Εὐριπίδης*, ait, *εἰπὼν, ὡς διδάσκει ποιητὴν ἔρως, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, ἐνόησεν ὅτι* et quae sequuntur. Nicias Medicus apud Schol. Theocriti Idyll. XI.

Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε, οἱ γὰρ ἐρῶντες
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Sed quo me cunque recipio, omnia conspicio mendis et maculis inquinata. Ecce enim et huic medico medicina adhibenda est. Scribendum est, inquam,

— — — καὶ γὰρ Ἔρωτες O 22
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Pag. 106. *Περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Εὐριπίδης ὁ ποιητής.* Inanem, mihi crede, operam sumpserit, qui Euripidis Pasiphaen instituerit quaerere. Non temere dico atque equidem certe scio neminem ex scriptoribus vetustis hodie superesse, qui tale quidquam memoriae tradiderit. Hesychius tamen, *Σαρδὼ*, ait, *ἐν Πασιφάῃ τὸ σαρδόνιον ἡ σφραγὶς εἴρηται.* quem si ad Euripideam fabulam respexisse quispiam existimet; caveat moneo, et existimationi suae insidias parari cogitet. Alcaei quidem comoedia Pasiphae inscripta est, ut scimus ex Didascalia Pluti Aristophanis: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ.* Sed Euripidis Pasiphaen nusquam cuiquam laudari reperies. Quid igitur fiet? Num nam Antiochensis, cum haec scriberet, memoriola vacillavit *γεροντικῶς*, an mendacio conatus est fallere? Utrum libet sane fecerit, haud arbitrario vapulabit: atque adeo dudum est, quod homunculum video *σκύτη βλέπειν.* Verum hercle quanquam admodum nupera est inter nos notitia; me tamen et precatorem habebit et defensorem paratum: cum et alias soleam esse in amicitiis fidelis. Dico igitur Euripidem tragoediam quidem de Pasiphae publicasse, minime tamen Pasiphaen inscripsisse, sed *Cretenses.* Nec tu mihi de *Κρήσσαις* hoc per-

Digitized by Google

peram intelligas, quae ex Athenaeo, Stobaeo et aliunde satis in notitiam venerunt: sed de quibus hodie fortasse primum inaudivisti, *Κρησί*· quandoquidem et Joannis Meursii, qui de trium Tragicorum fabulis accurate studioseque scripsit, diligentiam effugerunt. In Aristophanis Ranis his verbis compellat Euripidem Aeschylus:

Ω Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας·
Γάμους δ' ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην.

Quo in loco haec annotat Scholiastes: *Εν γὰρ τοῖς ΚΡΗΣΙΝ Ικαρον μονῳδοῦντα ἐποίησε, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Ικάρου μονῳδίαν*
O 23 *ἐν τοῖς ΚΡΗΣΙ, θρασύτερον γὰρ δοκεῖ τὸ πρόσωπον. Απολλώνιος δὲ ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Αερόπην τὴν ἐν τοῖς Κρήταις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν· Οἶμαι δὲ διὰ τὰ ἐν τῷ Αἰόλῳ. Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς ΚΡΗΣΙ μίξιν ΠΑΣΙΦΑΗΣ πρὸς τὸν ταῦρον.* Absolvimus, opinor, Joannem ab omni suspicione peccati: nunc et huic Scholiasti patrocinari oportet. Non enim deerunt, qui pervulgata via quorundam, qui germanos se putant esse Aristarchos, extemplo pro verbo *Κρησὶ* contendent esse reponendum *Κρήσσαις*. Pedetentim tamen, et aliquantisper, oro, manum abstineant; dum Tribunos adeam qui intercedant tantae temeritati: Ecce iterum Scholiastes ad haec verba Aristophanis,

Αλλ' ὦ Κρῆτες Ἴδης τέκνα.
V 14 *Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.*

Ταῦτα, ait, *παρὰ τὰ ἐκ ΚΡΗΤΩΝ Εὐριπίδου.* Bina profecto sunt dramata *Κρῆτες* et *Κρῆσσαι*, argumento longe dissimili. Personae omnino aliae inducuntur, scenae ponuntur in locis disjunctissimis maximeque diversis. Illic Icarum cernis et Pasiphaen: in Cressis Aeropen, Atrea, Thyestem. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res aguntur. Aristophanes Vespis:

Τοῦτο δὲ
Αδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

ubi Scholiastes, *Εν Κρήσσαις*, ait, *Εὐριπίδου, ὁ Ατρεὺς πρὸς τὴν Αερόπην * κρινεῖ ταῦτα.* Unde perspicuum est, in superiore loco corrigendum esse, *Αερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις.* Porphyrius lib. 4. de abstinentia: *Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφητὰς ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων. λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς τὸν Μίνω·*

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
Τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου
Ζηνὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου·
Ηκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
Οὓς αὐθιγενὴς τιμηθεῖσα ὄρῳ
Στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει,

Digitized by Google

Καὶ ταυροδέτῳ κραθεῖ
σ' ἀτρεκοῦς ἁρμοὺς κυπαρίσσου. et quae sequuntur.
Ita locum hunc emendare conatus est Grotius in Excerptis ex co- O 24
moediis et tragoediis Graecis. Cujus autoritatem Cantabrigienses in novissima Porphyrii Editione secuti sunt. „Hoc fragmentum Euripidis (verba sunt Grotii) *ἐν Κλεισὶ* extare dicit Erotion, ut quidem nunc legitur. At ex *Cressis* esse facile intelligitur, quod verba sunt chori ad Minoa." Sed erravit in re levi gravioribus, opinor, studiis intentus vir supra comparationem atque aemulationem nostram longissime positus. Cum enim in Cressis, ut jam docui, Atreus, et Aerope loquantur; scena autem sine controversia sit Argos: vix aut nullo modo est, ut haec Porphyriana ex eodem dramate petita videantur. Quod si sint, demiror equidem cur in Creta Minos cum his sacerdotibus sermonem instituat. Quae enim hae praestigiae? quibusnam machinis haec *ἄνω καὶ κάτω*? Eademne in fabula tam alienae historiae? duplex ne scena, et geminus chorus? Modo Cretam spectemus, modo regiam Atrei? modo chorus virilis, Mystae, inquam, Idaei Jovis, modo grex foeminarum ad partes veniat? Inde enim fabula *Κρῆσσαι* nomen accepit, quod in ea chorus sit mulierum Cretensium, videlicet quae Aeropem e Creta comitatae sunt. Similem ob causam *Φοίνισσαι*, *Τρωάδες*, *Τραχίνιαι*, aliae bene multae suis vocabulis nominantur. Nec tamen, quod chorus sit Cretensium, idcirco necesse est, ut in Creta scena sit posita: quando et in Phoenissis res Thebis aguntur; chorum tamen constituunt mulieres Tyriae: *Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν Ἀκροθίνια Λοξίᾳ Φοινίσσας ἀπὸ νάσου.* Sed quid tergiversamur? Scimus Aeropen Catrei fuisse filiam, Minois neptem: et quo tempore res hae transactae sunt, jam diu liberos suscepisse. Siquidem Agamemnonem et Menelaum patri fuisse conscios commemorant, cum coenam illam feralem Thyestae apponeret. Non ergo de Minoe prorsus longa dubitatio est, quin e numero vivorum pridem ante excesserit. Imo vero a filiabus Cocali trucidatus est: si Eusebio fides, prius circiter triennio; sed secundum exactissimam rationem Gulielmi Lloidii Episcopi Asaphensis,

Ἀνδρὸς, ὃν οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις, O 25
ante annis solidis quatuor et viginti, quam Atreus regnum capesseret. Quam ob rem haud facile patior, ut corrupta illa verba Erotiani *Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ* magis magisque a Grotio depraventur: sed, quod ad vulgatam lectionem proxime accedit, auctor esse ausim, ut posthac *ἐν ΚΡΗΣΙ* corrigatur. Ita totum erit simplex et unum, omnia sibi constabunt, belleque convenient: Minos, chorus Mystarum, Pasiphae, Icarus. Non opus erit *κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα.* Restat, ut de loci hujus Porphyriani miris quidem modis mendosi lectione accurate quantum in nobis est, et exquisite disputemus:

Digitized by Google

Ηκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δρῦς [a])
Στεγανοὺς παρέχει Χαλύβῳ πελέκει,
Καὶ ταυροδέτρῳ [b]) *κραθεῖ-*
Σ' ἀτρεκοῦς [c]) *ἁρμοὺς κυπαρίσσου.*

[a]) Erotianus *δοκοὺς*, vetus Editio Porphyrii *δορός*.
[b]) Porph. *ταυροδέτῳ κρηθεῖσ'*. Erot. *τορολίνῳ κολληθείς*.
[c]) Porph. *Ἀτρεκεῖς*. Erot. *ἀτρεκεῖς ἁρμάς*.

Quae ita vertit Cl. Grotius:

V 15 Sacra advenio templa relinquens:
Quas prisca domos dedit indigena
Quercus Chalyba secta bipenni,
Taurique sibi glutine jungens
De vera tigna cupressu.

Haud ita facere debet qui interpretis munere fungitur. Nolim eum in caeteris scriptis eodem modo indiligentem. Unde enim *ἁρμοὶ* sunt *tigna*? quid ista sibi vult *vera* cupressus? Cur spreta est vulgata Porphyrii lectio *ἀτρεκεῖς*? Cur Erotiani autoritas repudiata, qui locum hunc ideo citavit, ut ostenderet *ἀτρεκεῖς ἁρμὰς* non significare *ἀληθεῖς veras*, sed *ἀκριβεῖς*, *arctas* nempe *et exactas compages*. Ejus verba sunt haec: *Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλειτοῖ* (leg. *Κρησίν*) *φησιν, Ηκω ζαθέους* etc. *κολληθεὶς ἀτρεκεῖς ἁρμάς· οὐκ εἶπεν ἀληθεῖς ἁρμὰς, ἀλλ' ἀκριβεῖς*. Sic corrigendum esse facile videbit, cui ad manum est Erotianus: vulgo enim perperam, *ἀλλ' ἀτρεκεῖς*. Apagesis autem barbarum illud et so-
O 26 locecum *ταυροδέτρῳ*, quo verbo nullus unquam scriptor est usus, aut per analogiam uti poterit. Quin etiam et versui consultum oportuit. Quis enim, qui non negligenter in his literis versatus est, illud omnino probare possit *Καὶ ταυροδέτρῳ κραθεῖ* — —, dimetrum scilicet brachycatalectum, ut proxime ante paroemiacum veniat. Affirmo tibi neminem unum Tragicum Comicumve in eo loco hoc metrum adhibere; multo etiam minus, quod Erotiani scriptura constituit *Καὶ ταυροδέτῳ κολληθείς*. Quid quod ne in Latinis quidem legitimi sunt numeri? in secundo versu *quas prisca domos dedit indigena* tribrachys est loco anapaesti vel cujuscunque pedis quatuor temporum. Quod vitium commune Grotio est cum Jos. Scaligero, Flor. Christiano, allisque, opinor omnibus qui saeculo hoc et superiore vel Tragoedias Graecas latine verterunt, vel ipsi scripserunt novas: quibus solenne est anapaestos suos passim, ubi nulla clausula est neque interpunctum, tribrachi vel trochaeo vel cretico terminare; vel etiam vocali, aut litera M finire, versu proximo ab alia vocali vel H incipiente. Scilicet etiam hic ut alibi postremam in versu syllabam communem esse arbitrabantur. Nae iati, si olim stante re Graeca vel Romana suos fabulas edidissent, sibilis et *κλαγμοῖς* e scena explosi fuissent. Non enim Graecis ea licentia permissa,

Digitized by Google

Nec data Romanis venia est indigna poetis.

Fas erat duntaxat versum illum, qui paroemiacus dicitur, trochaeo claudere. Eo usque non aliter continuari debebant anapaesti vel pares anapaesto pedes, ac si unicus esset versus. Quin et Seneca Tragicus, ut scias eum de industria temperavisse, semel tantum atque iterum trochaeo anapaestos clausit, nec nisi finita sententia: qui scilicet paroemiaci locus esset, nisi is scriptor nescio cur versum illum repudiasset. Veteres tamen Latinos minime aspernatos esse Paroemiacum. sed et hic Graecorum vestigiis institisse scire dabitur ex istis reliquiis, iisque, ni fallor, solis.

Attius Phinidis. Simul et circum magna sonantibus O 27
Excita saxis saeva sonando
Crepitu clangente cachinnant.

Locus est apud Nonium in *Cachinnare*. Sed nemo a me impetrabit, ut verba Attii sana esse concedam. Quorsum enim pertinent *magna saeva*, et *sonantibus sonando?* Peccaturus sum, uti spero, intra veniam, si parum prospere medicinam experior. Ex ipso fabulae nomine magna suspicio est de Harpyiis verba fieri. Fallor itaque an sic legendum est?

Simul et circum stagna sonantibus
Excita saxis saeva Celaeno
Crepitu clangente cachinnat.

Illud *clangente* proprie et apte dictum est de Harpyiis.

Virgilius: At subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiae, et magnis quatiunt *clangoribus* alas.

Quin et *stagna* bene reposui, approbante ibidem Virgilio:
Obscaenas *pelagi* ferro foedare volucres.

Attius Telepho: Jamjam stupido Thessala somno
Pectora languentque senentque.

Id. Eurysace: Super Oceani stagna alta patris V 16
Terrarum anfracta revisam.

Pacuvius Niptris: — — Operite, abscedite, jamjam
Mittite: nam attrectatu et quassu
Saevum amplificati' dolorem.

Attius Philocteta: Heu quis salsis fluctibu' mandet
Me ex sublimi vertice saxi?
Jamjam absumor: conficit animum
Vis volneris, ulceris aestus.

Idem apud Cic. 2. Tuscul. „Unde ignis lucet mortalibus clam divisus? eum doctus Prometheus clepsisse dolo poenasque Jovi fato expendisse supremo.“ Qui locus sic ad anapaestos suos est reducendus.

Unde igneis cluet immortalibu'

Digitized by Google

Clam divis nimi' † doctu' Prometheus
†) vel catu' doctu'
O 28 Clepsisse dolo, poenasque Jovi
Furti expendisse supremo.

Ut ad Porphyrium revertar; illud utique scire cupio, quo auctore vir Illustriss. *ταυροδέτρῳ κραθεῖσα* de conglutinatione acceperit. Nam *κραθεῖσα*, nisi omnia me fallunt, est permixta et temperata, non conjuncta et compacta: *ταυρόδετρον* autem, ut principio dixi, plane barbarum. Quin et *ταυρόδετος* non alibi reperio; neque vero intelligo, qui commode dici poterit. Ut *ἄλυσίδετος* est *ἁλύσει δεθεὶς*, *κηρόδετος κηρῷ* et siqua sunt alia: sic et *ταυρόδετος* fuerit *ταύρῳ δεδεμένος*, [tauro compactus, non glutino taurino.] Nam quis obsecro *ταῦρον* usurpavit *ἀντὶ τῆς ταυροκόλλας*? Demiror tamen unde illa in Porphyrii et Erotiani codices irrepserint. Haud sane temere id factum videtur: itaque haeret haec res; neque prompte expedire possum. Ne tamen *ἀσύμβολος* huc veniam; donec aliquid melius succurrit, censeo ut *ταυροδέτῳ* de medio auferatur: (cum sine eo plena sit sententia, *τῷ κολληθεῖσα ἅρμας*, ex Homerico isto, ut videtur, adumbrata;

Κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἁραρυίας.

Atque hoc pacto *βάσις* ista *ἀναπαιστικὴ*, versus videlicet qui paroemiacum antecedit, monometrum erit acatalectum; ut profecto plerumque est, et in hoc ipso quidem loco plus semel.) Caetera autem porro sic legantur:

Ἥκω ζαθέους νασοὺς προλιπὼν
Οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
Στεγανὰς παρέχει Χαλύβων πελέκει,
Καὶ κολληθεῖσ'
Ἀρκεῖς ἅρμας κυπάρισσος.
Adsum a sanctis templis, validas
Quibus indigena est sueta cupressus
Praebere trabes, caesa securi
Chalybum, atque arctas
Compages glutine vincta.

Alibi nimis occupatum habuit animum *δ πάνυ*, cum illud *δρῦς* comminisceretur. Cur enim quercus vocaretur *αὐθιγενής*? quid? non alibi tam frequens quam in Creta nascebatur? Ego vero, ut primum oculis verbum illud agnovi, continuo deprehendi *κυπάρισσος* a poeta scriptum esse non *κυπαρίσσου*. Eam enim illic memineram esse vere *αὐθιγενῆ*, et Creticam propterea appellari a Plutarcho: *Ἡ Ἰσθμικὴν πίτυν ἢ Κρητικὴν κυπάρισσον*· sicut
O 29 et Idaeam, a Nicandro et Virgilio:

Σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσου.
Nec salici lotoque neque Idaeis cyparissis.

Plinius XVI. 33. de cupresso loquens; *Huic*, ait, *Patria in-*

Digitized by Google

sula Creta cum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit: et in Aenaria succisa regerminat. Simili sane tralatione, quam Euripides Cretae *indigenam* vocat, ei *patriam* esse Cretam Plinius commemorat. Sed in ejus verbis macula inest foedissima, quanquam haud valde δυσέκπλυτος. Quippe pro Caria non magna mutatione legendum est Tarra. Siquidem interpretatur haec Theophrasti lib. 2. Hist. cap. 2. *Κυπάριττος δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ στελέχους, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς πουρᾶς ἐν Τάρρᾳ· παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ πουριζομένη κυπάριττος.* Mihi quidem hoc certius est, quam illa quae apud Sagram. Sed quia difficulter hoc nonnullis atque aegre persuaderi video, agedum ex Solino *πειθανάγκην* admoveamus *Θετταλικήν*, ut contra siquis sentiat, nihil sentiat. V 17
Ejus verba sunt cap. XVII. *Mira soli Cretici indulgentia: arborarii proventus abundantes: nam in hujus tantum insulae parte repullulant caesae cupressi.* Profecto aut Tarra in Plinio suo legit Solinus, aut Aenariam arbitratus est partem esse Cretae. Quamne antea cap. VII. in insulis Italicis numeravit? Oris esse ferrei oportet, qui hoc dixerit. Quis autem credat cupressos in Aenaria sponte nasci? Ecquisnam isthuc memoriae prodidit? non magis mehercule quam Batti Silphion aut auriferas malos Hesperidum. Verum ut ulterius progrediamur, etiam Solinum non ab omni parte sanum esse existimo. Valde enim suspicor ita scriptum esse antiquitus: *Nam in Tarra hujus insulae parte repullulant:* vel, *in hujus tantum insulae Tarra repullulant.* Nec enim a vulgata lectione longe nimis abscedo: nec probabilem causam repesire possum, cur abstineret eam *partem insulae* suo vocabulo nominare. Dicerem etiam, si animus esset hariolari conjectura, similitudinem verborum Catoni imposuisse, cum cupressum Tarentinam appellaret. Siquidem urbs Cretae *Τάρρα*, Tarentum autem *Τάρας* vocatur. Lanam quidem, et purpuram, mel, salem, oleam, ceram, porrum, pectunculos, ostreas, nucem, ca- O 30
stanеas, ficus Tarentinas animadverti fuisse in pretio: cupressum Tarentinam cedo mihi unum, qui supra caeteras laudaverit, praeter Catonem. Verum hoc obiter, et magis joco dictum existima, quam quod in ea sim sententia. Jam quod Euripides istam arborem dicit firmissimas trabes templis praebuisse; firmat id adeo emendationem nostram: cum cupressum omnes uno ore testentur *χρονιωτάτην* esse atque *ἀσαπεστάτην*· et quod caput est, egregie praeter caeteras in Deorum aedibus locum et honorem invenisse. Hermippus apud Athenaeum:

— — — *ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ*
Ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβάνωτον.
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάρισσον τοῖσι θεοῖσι.

Theophrastus Hist. 5. 5. *τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθη-*

Digitized by Google

σαυρισμέναι, τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. μόνα δὲ καὶ στιλβηδόνα δέχεται· Fallor, an oratio haec σολοικίζει? Quo enim illud τὸ referri possit? lego: τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ, τεθησαυρισμένα τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. Dicit materiem istam cupressinam per 4. saecula sive cccc. annos, ex quo primum caesa est, reconditam fuisse; priusquam ad valvas Ephesini templi adhiberetur: et tamen incorruptam duravisse. Ea Theophrasti sententia est. Profecto nihil hac emendatione certius et evidentius. Ausim equidem dejerare non aliter legisse Plinium, siquidem ad haec Theophrastea respexit, cum Ephesiae dicat Dianae templum *tota Asia extruente quadringentis annis peractum esse*; et, *valvas esse e Cupresso, et jam quadringentis prope annis durare materiem omnem novae similem.* Scilicet tunc fere materia caedi solet, cum aedificii fundamenta jaciuntur: valvae autem tum demum fieri, cum caetera omnia perfecta sunt atque absoluta. Hac quidem argumentatione Plinius videtur usus: rectene an perperam, nulla mihi quaestio est in praesentia. Illud adeo admiror, eruditis viris, qui tantopere locum hunc exagitaverunt, nihil hujus omnino suboluisse. Sed εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.
O 31 Porro etiam nostra aetate, ut referunt, qui ea loca viserunt, tanta cupressorum vis est in Creta, ut domorum omnium trabes contignationesque atque adeo navigia ex ea materia construantur.

Pag. 109. Περὶ ἧς Φαίδρας ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης μετὰ ταῦτα συνεγράψατο δρᾶμα ποιητικῶς. sine controversia respexit Malelas ad Euripidis Hippolytum: priorem ne an posteriorem nec possumus resciscere, nec sane multum refert. Scimus utrumque salvum extitisse per diversa tempora Erotiani, Pollucis et Stobaei. Quae Stobaeus ex Hippolyto citat, eorum ne dimidiam quidem partem hodie invenias. Frustra itidem quaeras, quae Erotianus affert et Pollux. Aristophanes Ranis:

Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον.

Ταῦτα, ait scholiastes, ἐξ Ἱππολύτου δράματος. Age quaerat hoc, qui velit in investigando operam perdere. Verum aut librarii peccatum est, aut auctoris ἁμάρτημα μνημονικόν. Aliunde enim cognoscimus tralata esse ἐκ Πολυίδου δράματος.

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν.

Hippolytus secundus qui hodie superest, Στεφανίας sive Στεφανηφόρος inscribitur: prior Καλυπτόμενος. Pollux IX. c. v. Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ· — — πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν. Nec tamen omnino diversae erant fabulae, sicut Iphigenia in Aulide et in Tauris, Oedipus Tyrannus et in Colono, Prometheus Δεσμώτης et Λυόμενος. Vix, imo ne vix quidem hoc fieri potest, cum Drama posterius rem omnem, uti gesta est,

Digitized by Google

complectatur; ab eo tempore quo primum θεήλατον privigni amorem Phaedra conceperat, usque ad Hippolyti mortem: quaedam etiam ex priore citentur, quae et in altero reperias. Quin mihi V 18
persuasissimum est eam ob causam Καλυπτόμενον esse inscriptum; quod in extrema fabula sic loquatur Hippolytus moribundus:

Κεκαρτέρηται τἄμ'· ὅλωλα γὰρ πάτερ,
Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

Proinde in utraque fabula comperiebantur hi versiculi. Similiter O 32
et alteri Στεφανηφόρου nomen est inditum, propter haec verba Hippolyti non longe a principio:

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω.

Non igitur δρᾶμα novum erat Hippolytus Στεφανίας, sed correctum duntaxat, atque interpolatum, διασκευὴ τοῦ προτέρου. Vetus Grammaticus Argumento Hippolyti. Ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. Qui nescit quid sit διασκευὴ et διεσκευασμένον δρᾶμα, consulere poterit Casaubonum ad Athenaeum: Ejus ego scrinia non compilo; sed Hesychii locum emendatum curabo, quem nec ille nec alius quisquam intellexisse videtur. Λυδίζων, χορεύων διὰ τοὺς Λυδούς, οἱ σώζονται μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν. Ita lege locum, cujus haec est sententia: Magnes veteris Comoediae scriptor drama docuit Λυδούς, qui tunc superfuerunt, quo tempore Grammaticus qui primus haec dixit, in vivis fuit; sed sub incudem revocati, novaque lima perpoliti. Photius Patriarcha: Λυδιάζων, Λυδοὶ Μάγνητος τοῦ κωμικοῦ διεσκευάσθησαν. lege ut apud Hesychium, Λυδίζων. Castigandus etiam Suidas, qui Λυδιάζων habet absque interpretatione. Idem Hesychius: Ψηνίζων, τοὺς ψῆνας λέγει τοὺς τοῦ Μάγνητος. scribe τοὺς Ψῆνας τοῦ Μάγνητος. Siquidem ille etiam fabulam Ψῆνας publicavit. Aristophanes Equitibus:

Ταῦτα μὲν εἰδὼς ἅ πάνθ' Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,
Ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τρόπαια,
Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεὶς, καὶ ψάλλων καὶ πτερυγίζων,
Καὶ Λυδίζων καὶ Ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατραχείοις.

His verbis Magnetis fabulae Βαρβιτίδες sive Βαρβιτισταὶ, Ὄρνιθες, Λυδοὶ, Ψῆνες, et Βάτραχοι indicantur. Cogita autem, qui pax inter Hesychium Photiumque et Anonymum περὶ κωμῳδίας conciliari possit: Hic enim omnia Magnetis scripta deperiisse dicit, οὐδὲν σώζεσθαι. Μάγνης Ἀθηναῖος ἀγωνισάμενος Ἀθήνησι νίκας ἔσχεν ιά. τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ οὐδὲν σώζεται· τὰ δὲ ἐπιφερόμενά ἐστιν ἀνέα.

Non nostrum inter eos tantas componere lites. O 33

Pag. 148. Ὁ γὰρ σοφὸς Εὐριπίδης δρᾶμα ἐξέθετο περὶ τοῦ

Digitized by Google

Κύκλωπος, ὅτι τρεῖς εἶχεν ὀφθάλμους σημαίνων τοὺς τρεῖς ἀδελφούς et quae deinceps sequuntur. Os hominis! Hoccine ut Euripides vel in somniis dixerit? Bene factum, quod etiam nunc Cyclops supersit. Quod si ita rem, prout narrat Joannes, se habere comperias: non recuso quin, quod gravissimae poenae loco fore putes, per omne vitae tempus noctes diesque versandi mihi sint et ediscendi adeo Annales hi Volusiani, Malelani volui dicere.

Pag. 210. *Ὡς ὁ σοφὸς Εὐριπίδης δρᾶμα περὶ τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου ἐξέθετο.* Meleagri Fabulae mentionem faciunt Macrobius, Stobaeus, Scholiastes Pindari cum aliis. Latine convertit Attius. Hesychius: *Καθωσίωσε, κατέλυσε. κατεύθυσεν. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ.* Lego, *καθωσίωσε, κατέθυσε.* Vox altera non aliter quam litura sananda est. Nempe primo mendose scriptum est *κατέλυσε·* postea librarius aliquis paulo doctior vel lector quispiam studiosus, in libri margine vel medio fortassis inter versiculos spatio veram emendationem dederat *Κατέθυσε.* Tandem evenit, ut utrumque vocabulum conjuncte in versu contexteque scriberetur. Hac sane ratione cum in aliis scriptoribus, tum in Lexicographis praecipue non raro peccatum est. Quae quidem peccata cum haud cujusvis sit odorari; profecto opus est, ut exemplis aliquot confirmemus sententiam nostram, ne temere quidquam et inconsulte loco moviisse videamur. *Ἐξελεν, ἔβαλεν, ἔλαβεν.* Ejiciendum est verbum posterius: *ξέλλειν* enim eidem Hesychio est *βάλλειν. Εὐηρότατον, εὔδιον, καλὴ γῆ; εὐήροτον, εὔγειον.* Postrema ista ab emendatore quodam profecta sunt; qui prima vitiosa non inepte quidem correxerat. Totus itaque locus sic constituendus est. *Εὐήροτον, εὔγειον, καλὴ γῆ. † Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυραμένοις. οἱ δὲ ἅλφιτα οἴνῳ δεδευμένα συμπεφυρμένοις.* Tam scio verbum ultimum a correctore quodam esse, quam me vivere. Nulla dubitatio est, quin ita scripserit Hesychius: *Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυρμένοις. οἱ δὲ ἅλφιτα οἴνῳ δεδευμένα. † Αντιδι. ἂν τινι ἐνέγμεθα, ἐναντιώμεθα.* Cum vocabulum hoc veniat pone *Αντιμίσθωτος*, scire licet ex literarum serie sic autorem scripsisse. *Αντινιενέγμεθα, ἐναντιώμεθα.* Postea quidam, qui deprehendit erratum, supra emendavit ad hoc exemplum, scriptionis compendium faciens. *ἀντιδι ἀντινιενέγμεθα* Scimus omnes ita fieri solere. Tandem autem ineptus quispiam librarius eam utriusque vocis continuationem fecit, quam hodie videmus. *Εκλύτρισιν, ἐκλύρισον, κάλυψον.* Illud *ἐκλύρισον* ex eadem est officina correctorum. Scripsit Hesychius *Εκλύτρισον, κάλυψον·* ut ipse literarum ordo testimonio est. Media enim incedunt inter *Εκλυτος* et *Εκλωπίζει.* Hoc non intelligens pusillus quidam Criticus, (qui enim id intellexerit, quod ne fando quidem unquam auditum est?) emendare conatus est

O 34

V 19

Digitized by Google

ἐκλύρισον, a verbo λυρίζω. ὄνος mehercule πρὸς λύραν. Tantum enim τὸ ἐκλυρίζειν et τὸ καλύπτειν significatione differunt,

Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Alte profecto latet ulcus tetrum et κακοηθέστατον· quod nisi lancinata prius Hesychii existimatione, negat ad sanitatem perduci posse. Siquidem erubescendo prorsus errore posuit *Εκλύτρισον* pro *Ελύτρωσον*· quod rectissime quidem interpreteris κάλυψον. Ipse Hesychius: *Ελύτροις ΚΑΛΥΜΜΑΣΙ, σκεπάσμασιν. Ελυτρα κυρίως τὰ ἐνειλήματα ἢ ΚΑΛΥΜΜΑΤΑ. Ελυτρον, δέρμα, θήκη, λέπυρον, ἐνείλημα, ΚΑΛΥΜΜΑ, σκέπασμα.* Inde ἐλυτρῶσθαι apud Hippocratem, et προσελυτροῦν apud Athenaeum, involucro tegere: similiter ἐξελυτρῶσαι, nudare, ex integumentis solvere. Hesych. *Εξελύτρωσας, ἐγύμνωσας.* Satin' hoc certum et exploratum est, *ὦ φίλη κεφαλὴ* Milli jucundissime? At enimvero exclamet hic aliquis, O Juvenem confidentem et temerarium! tune illum Hesychium, doctissimum Grammaticorum Hesychium tantae inscitiae affinem esse suspicari ausis, ut *Εκλύτρισον* scriberet; nisi verbum illud alicubi legisset, apud autores forte quos longa dies et nimia vetustas subtraxerunt notitiae nostrae? I jam et frontem nega de rebus periisse. Placide tamen amabo, O quisquis es: et reprime te tantisper, dum alia nonnulla profero, quae te quoque ipsum velis nolis in sententiam nostram cogent transire. Dum enim ex antiquis Scholiastis, Grammaticis, Lexicis, quae non contexebantur κατὰ στοιχεῖον, omni O 35
ex parte vocabula corradit, quibus hanc suam *Συναγωγὴν* locupletet et referciat: saepe usu venit ut ab imperitis librariis, qui parum accurate scripserant, vel a sui similibus *Ονοματοθήραις* in errorem inductus sit: quaeque nusquam gentium vel lecta vel audita sunt, lectoribus suis obtrudat. Illud sis vide. † *Δελεδώνη, ὁ μυλαῖος ἰχθύς.* Suo loco hoc leges in litera *Δ*. Ego vero nugas has esse meras tibi denuncio: scriptum enim oportuit *Ελεδώνη, ὀσμύλος ἰχθύς.* Piscis est de polypodum genere; quem memorant Aristoteles, Athenaeus, alii. Idem Hesychius: *Οσμύλια τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναι λεγόμεναι, καὶ ἰχθύδια ποιὰ ἄττα εὐτελῆ. Οσμύλαι βολβιτῖναι θαλάσσιοι.* Sic emendandi sunt hi loci. Videor autem mihi videre, quid errationis ansam Hesychio dederit. Nimirum in autore suo scriptum erat *ἡ δ' ἐλεδώνη* vel *μιαρὰ δ' ἐλεδώνη* vel simile quippiam: ille miser, cum sua aetate libri carerent signis accentus, *δελεδώνην* piscem effinxit, qualem neque Nereus, neque Neptunus, nec ipse pater Oceanus agnoverit. Ecce aliud huic geminum et germanum. † *Θολκάζει χαλιναγωγεῖ.* Nemo ut opinor inficias iverit, quin ita scriptum fuerit, absque tamen notis accentus: *Ιππους θ' ὁλκάζει*, vel *Νῆάς θ' ὁλκάζει.* Ipse Hesychius: *Ολκάζει, ἕλκει, χαλιναγωγεῖ.* Illud autem *θολκάζει* cedo quenquam mortalium qui legerit. † *Ενδεκάτευσα, τήνδε κώπην ἐπαρξάμην.* Recta serie hoc scriptum of-

Digitized by Google

fendes, ut et alia quae deinceps a me proferentur: quod certo indicio est non a Librario, sed ab Hesychio ipso peccatum esse. Atqui ad hunc modum edidisse debuit: *Εδεκάτευσα, τὴν δεκάτην ἐπραξάμην.* † *Διατεύονται, μερίζονται.* et *Διατεύοντο, ἐμερίζοντο.* Ea similitudo est δ\ et δι in libris calamo notatis, ut haud facile sit dignoscere. Inde est quod mendosa ea posuerit pro *Δατέονται* et *Δατέοντο*, quae legas apud Homerum. † *Σικυλλιᾶν, τὸ τοὺς κροσσοὺς ἀποσείεσθαι.* Verbum hoc reperies inter *Σίβολα* et *Σιβύνη*. Ipse literarum ordo satis argumento est ab Hesychio positum esse *Σιβυλλιᾶν*. idque errore manifesto pro *Σιλλυβιᾶν*. Hesychius *Σίλλυβα, κροσσοί. οἱ δὲ τὰ ἀνθέμια καὶ κοροκόσμια.* Pollux VII. c. XIV. *τοὺς δὲ θυσάνους καὶ σίλλυβα οἱ παλαιοὶ κα-*
O 86 *λοῦσι ποιηταί.* Sic locus iste legendus est ex codice MS. qui fuit Is. Vossii. *Θύσανοι* autem cum Polluci tum Hesychio sunt *κροσσοί*. † *Ερεθέντα, ἐν ὕδατι ἀποπνιγέντα. Εραθέντι, ληφθέντι.* Portentosi errores. Primo, oportuit scriptum *Ερχθέντα*. Ipse enim alibi: *Ερχθέντα, ἐν ὕδατι πνιγέντα.* Ita Photius Patriarcha in Lexico MS. Ita Suidas. Locus est in Φ. Iliadis:

Νῦν δέ με λευγαλέῳ πότμῳ εἵμαρτο ἁλῶναι
Ερχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβὸν,
Ον ῥά τ' ἴναυλος ἀποέρσει χειμῶνι πεφῶντα.

Iterum, illud *Εραθέντι* librarii peccatum est pro *Ερεθέντι*. Constat hoc ex elementorum ordine. Qui quidem est error auctoris, pro *Αἰρεθέντι*. *Αι* et *Ε* apud Graecos non differunt pronunciatione; de qua re postea plura dicemus. Ecce alia monstra: † *Επαλογῆς, σπουδῆς, ἀνταποδόσεως.* Quam turpiter autem hic se dedit! adeo quidem ut hominis me pudeat pigeatque. Siquidem *Ανταποδόσεως* est *ἐπαλλαγῆς*, et *Σπουδῆς* est *ἐπειγωλῆς*· putidum autem suum *ἐπαλογῆς Ipse habeat secum servetque sepulchro.* † *Αχινάων, τῶν ἀχιδάων.* Hercules, tuam fidem! enimvero non ab omnibus portentis Graeciam liberasti. Erat hominis eruditi sic edidisse: *Εχινάων, τῶν Εχινάδων.* Verbi sedes in Homeri Boeotia est;

Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Εχινάων θ' ἱεράων.

Γ 20 † *Ηθέσει, ἀνθεῖ, ἀγνοεῖ, παροῤῥᾷ.* Adeste huc conjectores et interpretes portentorum. Negant usquam quidquam monstrosius vidisse. Scilicet haec vera scriptura est, *Αηθέσσει, ἀηθεῖ* Etymologicon magnum. *Αηθέσσειν, ἀγνοεῖν, ἀπείρως ἔχειν. Αηθεῖν, λανθάνειν, ἀνεπιστημονεῖν.* Hesychius ipse: *Αήθειν, μὴ ἠθεῖσθαι, μὴ νοεῖν.* lege. *ἀηθεῖν, μὴ εἰθίσθαι. Αήθεσσον*, (lege *ἀήθεσσον*) *ἀσυνήθεις ἦσαν.* † *Ελεντὴν, ἕλαιον.* Mira vero Grammatici eruditio. Poteras haud paulo melius, *Ελεητὸν, ἔλεον*; siquidem Homerici illius meminisses:

Οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητόν.

† *Ατρεμῆ, ὑγεία.* Pace quod tua dicatur, Hesychi, in his verbis *οὐδὲν ὑγιές.* Imposuit tibi depravatus aliquis codex: epor-

Digitized by Google

tuit enim *Αρτεμῆ, ὑγιᾶ.* Te ipsum arbitrum capio, qui haec alibi: *Αρτεμῆ, σῶον, ὑγιᾶ, σώφρονα. Αρτεμέα, ὑγεία,* (lege *ὑγιᾶ*) *ὑγιῆ. Αρτελὲς,* (corrige *Αρτεμὲς*) *ὑγιές.* Necdum pec- O 37
candi finis: Ecce enim de integro: † *Αρτηνεστέραν, ὑγιεστέραν, ἐντιμοτέραν.* Duplex erratum est, hoc librarii, illud autoris. Apparet enim cum ex ordine, tum ex interpretatione, non aliter scripsisse Hesychium quam *Αρτιμεστέραν*· nempe vel scripturae mendum, vel minutae fugientesve literae, vel nimia festinatio in causa fuit, cur illud exhiberet pro *Αρτεμεστέραν.* Cum autem *ἀρτιμεστέραν* non multum absimile sit τῷ *Τιμηεστέραν*· ille secundam interpretationem liberalissime donavit de suo; prout error errorem generare solet. † *Ατισιλινοῖς, περὶ τὰ λινᾶ ἐξαμμάτων δέσεσιν.* Dic sodes, annon Aenigma tibi videntur haec? Equidem non sum Oedipus: ausim tamen pro certo polliceri, rectam scripturam esse *Αψῖσι λίνου.* Hesychius alibi: *Αψῖσι λίνου, ἅμμασιν ἀπὸ τῆς συναφῆς.* Homerus quinto Iliadis.

Μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου
Ανδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

Quid ego de istis dicam, quae pagella proxima mihi in oculos incurrunt? † *Αριστῆραι, δοῦλαι.* Deceptus est similitudine literarum *Α* et *Δ*. Siquidem oportuit *Δριστῆραι.* Ipse alio loco: *Δρηστῆναι, διάκονοι, θεράπαιναι.* lege *Δρηστῆραι.* Verbo monendum est ι, ει et η in Lexicis, praesertim apud hunc nostrum, promiscue usurpari: vera enim analogia requirit, ut *δρήστειραι* scribamus. Locus est Odyss. *Τ'*.

Τάων αἵ τοι δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασιν.

Vide tamen, ut magnifice de se loquatur ad familiarem suum Eulogium. *Οὐ γὰρ,* ait, *ὀκνήσω μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι τῶν Αριστάρχου καὶ Απίωνος καὶ Ηλιοδώρου λέξεων εὑπορήσας, καὶ τὰ βιβλία προσθεὶς Διογενιανοῦ, ὃ πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχει πλεονέκτημα, ταῦτα δ' αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράψων ἐγὼ μετὰ πάσης ὀρθότητος καὶ ἀκριβεστάτης γραφῆς κατὰ τὸν γραμματικὸν Ηρωδιανόν.* Ego vero, qui Theodosii MS^tam *ἐπιτομὴν τῆς Καθόλου* Herodiani lectitavi, testificor parum huic promisso vel nullo modo satisfactum esse. † *Αρήσθορεν, ἐπήδησεν.* Vitiosius hoc quidem, quam illud alterum *Αρέσθορεν, ἐπήδησεν.* Sed ex utraque parte ostendit, non lautissimam doctrinae supellectilem sibi domi fuisse. Quae enim haec conglutinatio verborum, quae O 38
dissolvi denuo divellique desiderant? Hom. Iliadis *Μ'*.

— — — ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Εκτωρ
Νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια.

Αρενοβοσκὸς, προβατοβοσκὸς. Mirifice quidem, ut nihil supra. Atqui *ἀρὴν ἀρῆνος,* puto, dicitur, non *ἀρένος*· unde *πολύῤῥηνες,* et *ὄϊς ὑπόῤῥηνος.* Imo, quin Jambei principium fuerit apud Sophoclem *Αρηνοβοσκὸς — —* ne dubitandum est quidem. Me-

Digitized by Google

lius ipse alibi: *Ἀρηνοβοσκὸς, προβατοβοσκὸς, Σοφοκλῆς Τυροῖ· καὶ γράφεται δὲ ἐῤῥηνοβοσκὸς διά τε τοῦ * ἕω καὶ τῶν βόρων.* Verum hic quidem locus a librario pessime acceptus est: ipse autor procul abest a noxa. Lege *Σοφοκλῆς Τυροῖ β. γράφεται δὲ καὶ ἐῤῥηνοβοσκὸς· διά τε τοῦ ε καὶ τῶν β ῥῶν.* Scribitur, ait, *ἐῤῥηνοβοσκὸς* per literam ε. et duplicem ρ. Etymologicum magnum: *Ἐῤῥηνοβοσκὸς, ὁ προβατοβοσκὸς ἐν Τυροῖ β Σοφοκλῆς.* † *Εμπήρους* et *Εμπηροι* vitium Exemplaris est pro *Εμμήρους* et *Εμμηροι*. Ipse alibi emendate: *Εμμήρους, ἐν ὁμηρείᾳ ὄντας, παρὰ τοὺς ὁμήρους τοὺς ἐπὶ συμβάσει διδομένους.* Totus autem locus ad hunc modum constituendus est: *Εμμήρους, Δημήτριος ἐν Σικελίᾳ.*

Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τὰ τείχη κατέβαλον,
Καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον Εμμήρους, ὅπως
Μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι.

Demetrius iste Comicus fuit; et illa fabulâ inscripta est Sicilia. Quare perperam hactenus judicarunt viri docti; qui scriptorem eum Historicum, orationem autem prosaicam esse censuerunt. Athenaeus lib. 3. *Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομέ-*
V 21 *νῳ δράματι Σικελίᾳ.* Etymologici autor *Σικελοὺς* inscribit, non *Σικελίαν*· eum vide in *Εμμήρους.* † *Χωρονομεῖν, ὀργίζεσθαι.* Oportet ut conniventibus oculis haec legerit Hesychius. Ego quidem meis vix fidem habeo, cum ista lego. Proculdubio sic scriptum est a prima manu: *χειρονομεῖν, ὀρχεῖσθαι.* Ipse alibi: *χειρονόμος, ὀρχηστής.* Manuum iste motus cum certa lege et numero bonam partem saltationis olim constituebat. Plena sunt exemplorum omnia. Lucretius:

O 39 Quod superest, non est mirum simulachra moveri
Brachiaque in numerum jactare et caetera membra.

Et postea:

Quid porro, in numerum procedere quum simulachra
Cernimus in somnis, et mollia membra movere,
Mollia mobiliter quum alternis brachia mittunt.

† *Κάλυψιν, κάλυκα ἀντιστρόφως.* Medium hoc verbum est inter *Καλυδώνιον* et *Κάλυκας.* Agnosco manum et ingenium Correctoris: qui videlicet, cum in Hesychio suo legerat *Κάλυψιν, κάλυκα*, idque animadverterat extra seriem et praepostere poni, adscripserat in margine e regione loci, *Αντιστρόφως.* nempe *vice versa* legi oportere *Κάλυκα, κάλυψιν.* Postea illud *ἀντιστρόφως* per inscitiam librariorum insinuavit se in versum. Quis hujus rei ante nos suspicionem habuit? Quin et alibi post vocem *Προσβάλλοιντο*, quae et ipsa vitiosa est, haec leges: *Προσελθὼν, προσβαλὼν ἐξ ἀντιστρόφως.* Dele hoc novissimum, quod nimirum ab emendatore est, qui adnotaverat legendum esse *e converso Προσβαλὼν προσελθὼν.* Quo nihil verius dici potuisse censeo: sed in altero, quicunque fuit, longissime a vero abfuit.

Digitized by Google

Profecto plus toto coelo distant *Κάλυξ* et *Κάλυψις*. Ego vero pro explorato prorsus habeo sic scriptum esse ab Hesychio; *Κάλυξιν, πάλυκα·* nempe depravate loco *Κάλυξιν· ζ* pro *ξ·* quem errorem millies erravisse eum, si hic locus esset, nunc possem ostendere. Quam recte autem *Κάλυξιν* interpretetur *πάλυκα*, melius est ut ipsum ad testimonium vocemus: *Καλύξεις, ῥόδων παλύκια. Κάλυξις, κόσμος τις ἐκ ῥόδων.* Habeo alia sexcenta, quae hac vice condonabitur. Verum hercle si unquam usus fuerit, ut nova Hesychii editio procuretur; qui, ut in pudendos errores crebro inciderit, utilissimus nihilominus et pene necessarius est omnibus, qui ad veram eruditionem viam affectant:

Id tibi de plano possum promittere, Milli,

quinque plus minus millia mendorum me correcturum esse, si libuerit; quae aliorum *εὐστοχίαν* et laboriosam diligentiam hactenus eluserunt. Ut, illuc unde abii, redeam: multos ubique Lexicorum locos contaminaverunt Correctiones illae in librorum O 40
marginibus: quod ex illo tempore verbum mendosum cum altero junctim continuaretur in versu; non uti factum oportuit, litura tolleretur. Luculentum hujus rei exemplum extat apud Julium Pollucem lib. VII. cap. XXXIII. ubi inter varia nomina jactuum in ludo talario nominantur *ἅρτια* et *ἁρματίαι, ἀντίτευχος* et *ἀντίτυπος, ἐπιῴφων* et *ἐπιφέρων*. Sed ex hisce binis non nisi singula quaeque a Polluce profecta sunt, caetera qua dixi via insinuarunt se in orationem. Cui quidem sententiae non invitus accedet, qui jam primum a me didicerit Iambicos esse trimetros ex Eubuli fabula Aleatoribus. Locus hoc exemplo constituendus est. *Ὁ μέν τοι Μίδας καὶ τῶν μέσων βόλων ἦν. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοί εἰσιν, οὓς ὀνομάζει Εὔβουλος ἐν τοῖς Κυβευταῖς·*

Κεντρωτὸς, ἱερὸς, ἅρμ' ὑπερβάλλον πόδας,
Κήρυνος, εὐδαίμων, κυνῶτος, ἅρτια,
Λάκωνες, ἀντίτευχος, ἀργεῖος, δάκνων,
Τιμόκριτος, ἐλλείπων, πυαλίτης, ἐπίθετος,
Σφάλλων, ἀγύρτης, οἶστρος, ἀνακάμπτων, δορεύς,
Λάμπων, κύκλωπες, ἐπιφέρων, σόλων, σίμων.

Horum autem versuum ignoratione tota via erravit Joannes Meursius, qui eos omnes inter jactus medios recenset. Nempe non Eubuli esse verba, sed Pollucis: et quia Midas esset *τῶν μέσων βόλων*, itidem et sequentes esse arbitratus est. Sed parum est dubitationis, quin boni fuerint *Εὐδαίμων* et *ἅρμ' ὑπερβάλλον πόδας*, qui nimirum aliis jactibus tanto anteiret, quanto qui pedibus iter faceret, a curru vinceretur; *πεζὸς*, ut aiunt, *ὀδεύων παρὰ Λύδιον ἅρμα. Λάκνων* autem et *σφάλλων* et *ἐκλείπων* merito opinor suo pro infelicibus haberi possunt. Sed ad Antiochensem redeo: nam sero sensi longe longeque declinasse me a proposito,

Singula dum capti circumvectamur amore.

Digitized by Google

V 22 Pag. 172. *Καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης ἐξέθετο δρᾶμα ποιητικῶς, ὧν μέρος ὀλίγον ἐστὶ ταῦτα.* Multa quidem transcripsit Malelas ex *Iphigenia in Tauris*; quae ex usu fuerit ad Euripidea exigere, quo de ejus doctrina et fide cognoscamus: si quis
O 41 ilia tam dura habeat, ut eam molestiam devorare possit. Mihi enim, qui jam lentus et fastidiosus esse coepi, dabis veniam; si plura rejiciens et aspernans, unumquidquid quod erit bellissimum carpsero. Velut illud p. 172. in Oraculo: *Εἰ μὴ περάσας Πόντου κύματα Σκυθίης τε γαῖαν καταλάβοις, Αὐλίδος τε χώραν.* et 173. *κατέφθασεν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα χώραν τῆς Σκυθίας.* Male vero sit vobis quantum est Geographorum. Rogo vos, an Scythicam illam Aulidem silentio praetermissam oportuit? quid? an ultra Cimmeriorum fines latitabit *ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένη*, adeo ut nemo vestrum usque eo potuerit oculis contendere? Euge vero, *ὦ Ἰωαννίδιον*· profecto aptus natus es ad omnia abdita et retrusa contemplanda: tam acri es acie et mentis et oculorum.

Sed tamen amoto quaeramus seria ludo.

Geminam Iphigeniam etiam pueri sciunt Euripidem docuisse, *τὴν ἐν Ταύροις* et *τὴν ἐν Αὐλίδι*. Joannes, cum Tauros esse Scythas ab aliquo didicisset, etiam Aulidem, quae Boeotiae oppidum est, regionem iis finitimam esse arbitratus est. P. 173. *Τούτους δὲ ἑωρακότες βουκόλοι ἔδραμον πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν λέγοντες αὐτῇ· Ἀγαμέμνονος καὶ Κλυταιμνήστρας Κόρη, ἥκασι δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν*· quae ex his Euripideis expressa sunt.

Βουκ. *Ἀγαμέμνονος, παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας κόρη,*
Ἄκουε καινῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων.
Ἰφ. *Τί δ' ἐστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;*
Βουκ. *Ἥκουσιν εἰς γῆν Κυανεᾶν συμπληγάδων*
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

Vides Antiochensem hunc ita *ἐπαριστέρως* accepisse sententiam Euripidis; tanquam si *εἰς γῆν Κυανέαν* conjunctim dixisset. Vos iterum apello de terra hac Cyanea; vos qui Geographiae magistros vos pollicemini. Quid autem mussitatis? nam Joannem ea loca convisisse Cedrenus affirmat, prorsus *οἴκοθεν ὁ μάρτυς*. Damno itaque stultitiam meam, qui *Κυανεᾶν* cum *συμπληγάδων* componebam hactenus. Atque hercle vero serio, nequid dissimulem, non placet iste locus: neque enim video cur ii bubulci
O 42 sermone Dorico uterentur. Quid, malum, an Siculos se esse somniabant, non Tauro-Scythas?

Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέσσιν.

Atqui quantumvis essent Dorienses, si *πλανειάσδοισαν* suam dialecton extra chorum adhibuissent, rus continuo vel in ultimas terras mandati essent non sine infortunio. Sciunt id qui harum literarum gustum aliquem habent. Adde Orationem soloecam esse; ut quidem nunc habetur: sed certe, si pro sano locutus est, sic scripsit Euripides:

Digitized by Google

Ηκουσιν εἰς γῆν, κυανέας συμπληγάδας
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

aut, si illud *Κυανέαν* antiquitatis causa servare velis, quandoquidem qua vixit Malelas tempestate jam in libris inveteraverat; in hunc modum:

Ηκουσιν εἰς γῆν, κυανέαν συμπληγάδων
Πέτραν φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι.

velut postea loquitur, *Κἀγώ σε σώσω κυανέας ἔξω πέτρας.* Eleganter auteur *κυανέαν πέτραν συμπληγάδων*, ut nihil supra. Sic Virgilius:

Quales Threicia cum flumina Thermodontis

et Lucretius: *Pulverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum.*
et iterum: *Ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans.*
et tertium: *Impellant ut eam Magnesia flamina saxi.*

Sic legendi sunt duo loci novissimi; in libris vulgatis minus emendati feruntur. P. 176. *τοῦ Πελοπείου γένους σήμαντρον ἔχει, ἐλαίαν ἐν τῷ ὤμῳ.* Jam hoc pro explorato habeo, *ἐλαίαν* ab hac pecude positam esse pro *ἐλέφαντα.* Cui enim fando auditum est, oleaginum humerum fuisse Pelopi?

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos V 23
Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno?

Επεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθὼ ἐλέφαντι φαίδιμον
Ὦμον κεκαδμένον.

Alia multa sunt apud Malelam ex eadem fabula tralata, quae mis- O 43
sa facio. Cur enim me mancipium faciam *παραφρονοῦντος δεσπότου?* Majoris fuerit et voluptatis et fructus cognoscere, quae *summus poeta Ennius* de priore Iphigenia convertit. Julius Rufinianus de figuris sententiarum et elocutionis: *Aganactesis indignatio, quae fit maxime pronunciatione. Ennius in Iphigenia: Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen restat.* Dormitavit hic vir summus Ger. Vossius. Nam, si unam syllabam addideris, trochaicus erit catalecticus.

Menelaus me objurgat: id meis rebu' regimen restitat

quod genus versus commodissime inservit *τῇ ἀγαναχτήσει·* ut diu est quod ipse in Tragicis Graecis observavi; priusquam id de Scholiaste Hermogenis didicissem. Idem Rufinianus postea: *Syncrisis sive antithesis comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum: ut, ego plector, quod tu peccas: tu delinquis, ego arguor pro malefactis: Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.* Hunc etiam locum ad Ennii Iphigeniam refert Italorum doctissimus Hieronymus Columna: invito tamen et repugnante Vossio, partim quia autor non laudatur, partim quia non vincta sed pedestris oratio est; ad quod mirum, ait, non attendisse Columnam. Peccet Columna, et peccat quidem, in versibus: ego vero, cum certis signis hunc Ennii

Digitized by Google

foetum cognoscam, non committam ut alium, quam quo natus est, parentem sibi inveniat. Versus enim sunt Trochaici, ex eadem puto scena petiti, qua superior est:

Ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguar
Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Non amplius, quod sciam, Euripides a Malela citatur praeterquam p. 36. *Ὁ Ταῦρος ἐκ τῆς Εὐρώπης ἔσχεν υἱὸν τὸν Μίνω, καθὼς καὶ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ποιητικῶς συνεγράψατο· ὡς φησι, Ζεὺς μεταβληθεὶς εἰς ταῦρον τὴν Εὐρώπην ἥρπασεν.* Haec quidem unde accersita sint, non certo scio: nam credibile est
O 44 eum in non una tragoedia haec obiter attigisse; ut in Cretensibus fortassis, ubi Chorus ad Minoem; *φοινικογενοῦς, παῖ, τῆς Τυρίας τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου Ζηνός.* veri tamen simile est ex Euripidis *Phrixo* tralata esse. Eratosthenes in *Καταστερισμοῖς. Ταῦρος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ Φρίξῳ.* Profecto qui *Europam* Tragoediam esse volunt, narrant nobis insomnium ex eburnea porta.

Pag. 181. *Ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας παρ' Ἕλλησιν ἐθαυμάζετο πρῶτος Ἴουβαλ ὄνομα. ἐξεῦρε γὰρ οὗτος τραγικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο αὐτὸς δράματα, καὶ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας τραγικοὺς χοροὺς δραμάτων συνεγράψατο.* Utinam vero Malelae cum praecursore suo melius conveniret! nam Jubal, si ei credimus, diu ante Trojae excidium tragoedias factitavit. Verba, ne te ludere videar, sunt p. 3. *ὁ δὲ Ἰουβὰλ κιθαρῳδίας καὶ τραγῳδίας τοῖς δαιμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενόησεν.* Quid quod ad soccum haud minus idoneus erat, si interpretem audis, quam ad Cothurnum. Nam *κιθαρῳδία* Chilmeado est *comoedia*; qui, cum ad alios ingenii cultus etiam Musicae studium adjunxerit; cur adeo ab artificio suo recederet, miror: clementer tamen, propter alia merita, suaque quasi lyra est increpandus. Vix equidem crediderim in Bibliotheca vestra Oxonii, quantacunque est, Jubaliana Dramata reperiri. Scilicet ea omnia perierunt olim;

Quando ex diluvio magno exivere rapaces
Per terras amnes, atque oppida cooperuere.

Quarum fabularum una cum ipsis etiam memoria occidisset; absque illo Hamartolo fuisset, qui omnia omnino meminit, Quae fuerunt, et quae nullo sunt tempore nata. Habeo tamen, quo desiderium meum et dolorem consoler; nam in mentem opportune venit fieri posse, ut locus iste vitiosus sit, et in hunc modum emendandus: *Ὁ δὲ Ἰουβὰλ κιθαρῳδίας καὶ λυρῳδίας τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενόησεν.* Et profecto quam magis magisque cogito, nimirum acu rem tetigi; sin autem, nolim mihi

Digitized by Google

quenquam posthac ne jurato quidem credere. Tandem igitur aliquando lite hac composita, quantulum est tamen quod profecimus, si Joannes ipse pugnantia loquatur? Non enim jam ab Ilio capto primus mortalium Themis dramata fecit: siquidem ante O 45
istam memoriam Aegypti rex Pharao, ubi a negotiis et turbis re- V 24
quiescere volebat, solitus est comoedias scriptitare. Verba sunt Joannis p. 76. *Τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἐβασίλευσε Πετισσώνιος ὁ κωμῳδὸς Φαραώ.* Quid rides? Quasi vero novum nunc proferatur, Regem ad fabulas scribendas animum appulisse. Etiam Dionysius Tyrannus poeta fuit tragicus, et Augusti Ajax in spongiam incubuit. Quanquam, si emendate loqui velimus, *κωμῳδὸς* non *comicus* est, sed comoediae actor. Histrioniam igitur fecit Pharao; Thrasonis, opinor, vel Pyrgopolinicis partes agens; ut Nero postea Oedipodis vel Creontis. Verum haec ipsius Malelae stultitiam superant; ut ea qui dixerit, non pro homine sano loqui, sed ad agnatos et gentiles deducendus esse videatur. Sine dubio vitium est exemplaris, quo tamen modo tollendum sit, minus id possum conjectura assequi. Quid si legamus, *Πετισσώνιος, ὁ τῷ Μωσεῖ Φαραώ· Petissonius, qui a Mose Pharao vocatur?* Si caput scaberem fortasse aliud melius possem exsculpere: sed indignus est Joannes, cujus causa commentari velim quidquam, nisi si quid ex facili nascatur. Itaque ut ad Themin istum propius accedamus. Eadem cum Antiochensi narrat, et in eodem doctus est ludo *Scholiastes vetus* nescio quis apud Stanleium in vita Aeschyli: *Ἐν τοῖς χρόνοις Ὀρέστου ἐθαυμάζετο παρ' Ἕλλησι Θεόμις, ὃς πρῶτος ἐξεῦρε τραγῳδικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα. Καὶ μετ' αὐτὸν Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας χοροὺς τραγικοὺς συνεστήσατο.* Haec habet doctissimus noster Stanleius ex Bullengeri Theatro. Et tamen neuter de Themide, de Minoe vel Aulea, quod quam diligentissime factum oportuit, certiores nos facit. Concurrant jam omnes, quantum est *βιβλιοτάφων*, et capita inter se conferant: nunquam se expedient, neque quidquam de tergeminis hisce tragicis resciscent. Narrat Clemens *Στρωματέων* primo *τὸ ἡρῶον τὸ ἑξάμετρον Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρηκέναι*, Minoem autem *τοὺς νόμους*· sed quod ad praesens negotium attinet, vacuum a se lectorem et hiantem dimittit. Quid enim *νόμοι* Minois ad nomos musicos? *Τί πρὸς τὸν Διόνυσον;* neque Heroes in Tragoediis heroos hexametros di- O 46
cebant. Itaque quantum video, perpetua jam Criticis sollicitudo et quasi crux constituta est: nisi Callimachi *Πίνακας* et Aristophanis Grammatici Commentarium longa nocte sepultos protrahere possunt in lucem. Verum heus vos! Ecquid erit pretii, si nodum hunc solvero? quod quidem ea lege et conditione faciam; ut deinc mihi cum vestra natione nullum omnino commercium intercedat. Enimvero ab Antiochensi et siculno illo, quicunque est, Scholiaste gravissime peccatum est, cum in nominibus tum

Digitized by Google

in rebus ipsis. Prorsus quot verba, tot errata. Neque enim agnosco commentitios istos Theomin, Minoem, Aulearn; quorum ego loco non dubia conjectura repono Thespin, Jonem, Aeschylum: neque Thespis ea, qua rentur, tempestate vixit; nam Solonis aequalis a Troicis temporibus longissime abfuit: neque Ion Aeschyle prior fuit: neque primus Aeschylus Choros tragicos instituit; quod contra chorum, qui perpetua ante orationc totam fabulam decantabat, primus diverbiis et personis distinxit. Sed operae pretium fuerit accuratius haec omnia tractare. Ac de Thespide quidem minor est dubitatio, quia in discipulorum cathedris quotidie ista jactantur:

Ignotum tragicae genus invenisse Camoenae
Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis.

Suidas: *Θέσπις ἐδίδαξεν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ* $\overline{\xi}$ *ὀλυμπιάδος. μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Ἄθλα Πελίου ἢ Φορβᾶς, Ἱερεῖς, Ἡΐθεοι, Πενθεύς.* *Penitheus* fabula a Polluce laudatur lib. VII. c. XII. *Τὸ ὔνομα ἐπενδύτης ληπτέον ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν, Πέπλους τενίσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας· καὶ Θέσπις δέ που φησὶν ἐν τῷ Πενθεῖ· Ἔργῳ νόμιζε νευρίδας ἔχειν ἐπενδύτην.* De quo versu cum nihil in praesentia succurrat, quod mihi satisfaciat; ejus emendationem in aliud tempus differam: Sophocleum illum sine mora expediam. Neque enim cum Casaubono, Meursio et Gatakero *πτενίσαι* substituerim; cujus media syllaba est brevis: versumque redderet una syllaba brevior em. Non enim diiambus est *λινοπλυνεῖς*, sed paeon quartus. Neque Gatakeri
O 47 *νεοπλύντους ἐπενδύτας* probaverim; nam sedes quarta spondaeum non admittit; poterat paullo rectius *νεοπλύτους*. Sed aliud quiddam praetulerim, de quo ausim tibi firmissime asseverare:

Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Diversa ab illis, quas Suidas recenset, fabula habetur in veteri marmore Arundeliano; quod nunc est Oxonii: *ΑΦ ΟΥ ΘΕΣΠΙΣ Ο ΠΟΙΗΤΗΣ .... ΑΧΙ ... ΟΣ ΕΠΑΑΞΕΝ ΑΑ ... ΣΤΙΝ.* Supple *ΑΛΚΗΣΤΙΝ*, *ἄλκησιν*· non *ἀλκέστιν*, ut minus recte Editores. Locus est illustris apud Clementem in *Στρωματέων* quinto; quem nefas quidem fuerit silentio praetermittere. *Θέσπις μέν τοι ὁ τραγικὸς διὰ τούτων ἄλλό τι σημαίνεσθαί φησιν ἢ δέ πως γράφων.*

Ἰδε σοι σπένδω πναξξβὶ τὸ λευκὸν
Ἀπὸ θηλαμόνων θλίψας πναπῶν·
V 25 *Ἰδε σοι χθύπτην τυρὸν μίξας*
Ἐρυθρῷ μέλιτι, πατὰ τῶν σῶν, Πὰν
δικέρως, τίθεμαι βωμῶν ἁγίων.
Ἰδε σοι Βρομίου ἄθεπα φλεγμὸν
Λείβω.

Haec narrat Clemens ex Thespide: Ex aliis alia, quae ad eandem

Digitized by Google

rem spectant. Persuasum est hactenus viris eruditis, magnam Symbolicae et aenigmaticae veterum Theologiae vim in barbaris illis vocabulis contineri. Rem igitur haud ingratam facturum me spero, si refregero haec claustra, quae a multis saeculis omnem ad haec sacra aditum praecluserunt. Quod autem Herculem ferunt dixisse, cum in delubro quodam conspexisset simulachrum Adonidis, *Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχειν*· idem mihi jam usu venit, hoc adyto recluso. Videlicet erat olim ridicula et puerilis ratio; ut ex quatuor et viginti literis, semel duntaxat positis singulis, barbara quaedam et infaceta verba conficerent, prout cuique libitum fuerit. Clemens hanc appellat *στοιχειωτικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν*. Postea certandum erat ingenio, ut sententiam istorum verborum aliquam omnibus vestigiis indagarent; non eam quidem omnino alienam et absonam; sed a propinquo si fieri potuit, et verisimili petitam. Tria profert Clemens exemplа eorum *ὑπογραμμῶν παιδικῶν*· quorum unum hoc est: O 48

Μάρπτε, σφὶγξ, κλὼψ, ζβυχθηδόν.

Ita scribi oportere res ipsa clamat; non ut in editis, *μάρπτες* et *ζυνχθηδόν*· Calculum jam pone, et omnes omnino literas Cadmi, Palamedis, Simonidis, in quatuor istis vocabulis invenies. Ecce tibi secundum:

Βέδυ, ζὰμψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφὶγξ.

Ita legendum, non ut in vulgatis, *ζὰψ* et *χθών*· nam eo pacto et M litera deesset, et N bis poneretur. Tamen ut *Λάμβδα λάβδα*, sic illud *Ζὰμψ* auctores Graeci *ζὰψ* scripsisse et pronunciasse videntur. Sic *κάψα* dicunt et *κάμψα*· sic *λήψεται* in antiquissimis MSS. *λήμψεται*, et multa similia. Tertium denique est illud Thespidis:

Κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμὼ, δρόψ.

Male apud Clementem est editum, *φλεγμὸς, δρώψ*· ut liquido constabit, si digitis computans literarum numerum velis inire. Quam mirifice autem Clemens haec omnia quantumvis inepta et ludicra, interpretetur; malim ex ipso quam ex me audias. Aliter paullo haec ultima ab Hesychio proferuntur; nam pro *κναξζβὶ χθύπτης, κνὰξ* habet et *ζβὶχ* et *θύπτης*. *Κνὰξ* autem interpretatur *γαλὰ λευκὸν, Ζβὶχ* (ita lege, non *ζαβὶχ*) *λευκὸν*, et *θύπτης ὁ τυρός*. Atque hujus autoritate inductus Salmasius verba Thespidis ad hunc modum immutare voluit:

Ἰδε σοι σπένδω κνὰξ ζβὶχ λευκόν,
et *Ἰδε σοι θύπτην τυρὸν μίξας.*

Sed profecto non ea est Hesychii autoritas; neque plus habet momenti, quam Clementis et Porphyrii hominum multis partibus illo doctiorum. Non enim librarii culpa est apud Clementem: neque ulla similitudo veri est *χ* literam a verbo *κναξζβὶ* fortuito disjunctam fuisse, et tertio post versu repositam. Porphyrii autem hoc *ἀποσπασμάτιον* est ex libro MS^to^ Oxonii.

Digitized by Google

O 49 ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Περὶ τοῦ Κναξξβὶ, χθύπτης, φλεγμὼ, δρὸψ ἑρμηνεία.

Ἐν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται τράγος ἰχθὺϊ ἐπὶ δελφῖνος ἐπικείμενος. Κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατὰ ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ κως (lege κων) *καὶ πάλιν ἀφαίρεσιν* (imo πρόσθεσιν) *τοῦ ξ. κνάκον γὰρ καλεῖται, ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν βουκόλοις λέγει. οἷον τράγος καὶ ἰχθὺς, ὁ μὲν φλεγόμενος, ὁ δὲ δρὸψ ὄψον. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενός ἐστι πάντοτε ὑπὸ λαγνίας, ὅτι ἐάν τις τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἀποσφαλίσει* (leg. ἀπασφαλίσῃ)*, διὰ τῶν κεράτων ἀναπνεῖ. Ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν οὕτως· Τὸ κναξξβὶ γάλα ἐστὶν, τὸ δὲ χθύπτης τυρὸς, δρὸψ δὲ ἄνθρωπος· δρῶπες γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα τοιαῦτα διὰ τῶν κδ στοιχείων ἀπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν εὕρομεν, οἷον· Βέδυ, ζὰψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφίγξ. ὅ ἐστιν οὕτως· Βέδυ ἐστιν ἡ ὑγρὰ οὐσία, ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθὼ ἡ γῆ, πλῆκτρον δὲ ὁ ἀὴρ, σφὶγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγχθαι. Κλώδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἡρμήνευσε τὸ προκείμενον· ἀὴρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. Καὶ ἕτεροί τινες φιλόσοφοί τε καὶ ποιηταὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν ἡρμήνευσαν.*

Non longe a principio sic scribe: *κνάκων γὰρ καλεῖται, ὡς ὁ Θεόκριτος ἐν Βουκολικοῖς λέγει.* Locus est Idyllio tertio:

V 26 *— — — καὶ τὸν ἐνόρχαν*
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὺ κορύψῃ.

Illud autem nimis festivum est, quod aliquanto post sequitur: Capras scilicet, siquis iis nares obturet, cornibus spirare. Sed pro *κεράτων* certissime emendandum est *οὐάτων* vel *ὤτων*. Varro de Re Rustica: *De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit; Capras non, ut reliqua animalia, naribus, sed auribus spiritum ducere solere.* Idem narrant Plinius et Aelianus. Clodius iste Neapolitanus librum composuit adversus eos, qui carne abstinerent; ut testis est ipse Porphyrius *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*. neque alius quisquam illius meminit, quod sciam. Fidem id facit, minime *ψευδεπίγραφα* haec esse, sed ex Porphyrio bona fide excerpta.

P. 181. *Καὶ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας.* Dixi meam sententiam: nimirum aut vitio codicis aut memoriae falsum esse Joannem; et ad hunc modum a prima manu scriptum videri, *Καὶ μετὰ τοῦτον Ἰων, καὶ μετὰ Ἴωνα Αἰσχύλος.* Porro
O 50 iste Jon poeta fuit Tragicus, natione Chius: de quo ideo plura dicemus, quia Thespide et Aeschylo aliquanto est ignotior; tum autem ut quasi specimen demus istius operis, cujus antea fecimus mentionem, quo *Relliquias omnis Graecae Poeseos*, Philosophicae, Epicae, Elegiacae, Dramaticae, Lyricaeque colligere voluimus. Sed haec fuerunt. Principio autem non injuria Chius

Digitized by Google

noster una cum Aeschylo memoratur, cui olim amicitia et familiaritate conjunctus fuit; ut ex Plutarcho constat in libro qui inscribitur *Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ. Αἰσχύλος*, ait, *Ισθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ιωνα τὸν Χῖον, Ορᾷς, ἔφη οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν· ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, σὶ δὲ θεώμενοι βοῶσι.* Juvenis tamen cum sene versatus est; et in eo quidem non leviter peccatum est a Joanne, quod Jonem Aeschylo vetustiorem faciat. Utinam vero superesset hodie Batonis Sinopensis liber: Plura de Ionis aetate, et evidentiora dici possent, nunc soli in obscuro lubricoque tramite magis reptamus, quam pedetentim ingredimur. Platonis est Dialogus, quo Socrates sermonem instituit cum Jone quodam Ephesio; quem a Chio non esse diversum opinio est Lilii Gyraldi, Julii Scaligeri, Delrii, et Menagii: quae si vera est sententia, non opus est ut multa dicamus. Statim enim constabit Jonem Aeschylo fuisse natu minorem. Quippe Socrates natus Olymp. LXXVII. anno IV. tantummodo XIII. aetatis annum agebat, cum Aeschylus ex vita excessit, videlicet Olymp. LXXXI. an. I. Callia Athenis Archonte. Sed de Ephesio isto pugnant adversus Gyraldum et Scaligerum eruditissimi quidem homines Leo Allatius et Joannes Jonsius: ille contumeliis fretus, et eo quod nullo autore primus id dixerit Gyraldus, quodque Ephesius Rhapsodus fuerit, non Tragicus; hic autem acerrimo telo armatus, quia ratio temporum reclamat: scilicet Jonem Chium Olymp. LXXII. tragoedias docuisse non minus annos viginti priusquam Socrates nasceretur, Olymp. demum LXXVII. IV. Mihi quidem idem est animus, non unum et eundem fuisse Chium et Ephesium: Chius enim et genere et opibus fuit clarus: qui cum Athenis quondam tragoedia simul et dithyrambo vicisset, Chii O 51
vini cadum viritim cuique civium dedit; ut memorant Athenaeus et Comici enarrator ad Pacem. Luculentae vero divitiae, quae tam eximiae liberalitati sufficere potuerunt. Ephesius homo mendicus et circumforaneus cantitando et gesticulando victum inopem quaeritans, ut mos erat Rhapsodis, quos Homerus suus misella stipe et esuritione pascebat. Ipse de se loquitur apud Platonem: *Δεῖ γάρ με καὶ σφόδρ' αὐτοῖς (τοῖς θεαταῖς) τὸν νοῦν προσέχειν, ὡς ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίζω, αὐτὸς γελάσομαι ἀργυρίον λαμβάνων· ἐὰν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι ἀργύριον ἀπολλύς.* Chius in omni literarum genere magnum nomen est consecutus: Ephesius praeter Homerum nihil doctus cantare: sicut de se fatetur; cum a Socrate interrogatus, utrum Homerum solum calleret, an etiam Hesiodum et Archilochum; respondit, minime quidem istos; sed Homerum solum: atque hoc satis esse. Et aliquanto post, *Οταν μέν τις*, ait, *περὶ τοῦ ἄλλου ποιητοῦ διαλέγεται, οὐδὲ προσέχω νοῦν, ἀδυνατῶ τε καὶ ὀκνῶ συμβαλέσθαι λόγον ἄξιον, ἀλλ' ἀτεχνῶς νυστάζω*, et alia pluria in hanc senten-

Digitized by Google

tiam. Sic igitur persuasum habeo, Chio illi et Ephesio patriam, genus fortunas, ingenium, studia, mores, omnia denique praeter nomen et aetatem disparia fuisse. Et aetatem quidem eum dico, cave cum Jonsio et Gerardo Vossio et Menagio ad Olymp. LXXII. Jonem Chium rejicias, qui in erubescendum errorem inciderunt inscii,

Et graviter magni magno cecidere ibi casu:

ab hominum futilissimo Aemilio Porto decepti, qui Suidae verba, *Ἠρξατο τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς* $\overline{\pi\beta}$ *Ὀλυμπιάδος*, ita Latina fecit, tanquam si Ion Olymp. LXXII. scribere coepisset. Atqui, o bone, $\overline{\pi\beta}$ sunt LXXXII: et Scholiastes Comici non numerorum notas, verum integra verba exhibet, *ἐπὶ ὑγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ολυμπιάδος*. Facile igitur per aetatem licitum est, usum et consuetudinem Joni Chio cum Socrate fuisse. Quin ipse in suis scriptis Socratis mentionem fecit. Diogenes Laert. *Ιων δὲ ὁ Χῖος καὶ νέον ὄντα τὸν Σωκράτην εἰς Σάμον σὺν Αρχελάῳ*
V 26 *ἐπιδημῆσαί φησι*. Quid Allatius, malevolentia et livor, non homo? quam falsus est animi, cum Gyraldum credidit primum in
O 52 ea opinione fuisse? Ecce tibi e transverso Suidas: jampridem is in *Διθυραμβοδιδάσκαλοι* idem cum Gyraldo senserat. *Καὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἐστὶ λόγος εἰς αὐτόν*. Portus haud praeter solitum perverse; ut nihil magis: *Extat Socratis Philosophi oratio in ipsum scripta*. Sed de dialogo Platonis intellexit Lilius; et recte quidem: eo solum nomine culpandus, quod errantem ducem secutus est. Jam vero, cum illud exploratum sit de Olympiade LXXXII, quis dubitet quin Jonem Aeschylus anteierit aetate? siquidem obiit fere septuagenarius, triennio prius ad minimum quam Jon ad studium Tragicum se applicaret. Praeterea, narrat Jon (apud Athenaeum) convenisse se in insula Chio Sophoclem poetam, cum Praetor factus navigaret in Lesbum: et (apud Plutarchum) memorat solitum esse Periclem jactare se magnificentissime, quod Samios vicisset. Ea vero gesta sunt Olymp. LXXXIV. IV. a morte Aeschyli annis quindecim. Didascaliae veteres in Argumento Hippolyti: *Η σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις* (imo *Τροιζῆνι*) *ἐπὶ Αμείνονος ἄρχοντος Ολυμπιάδι* $\overline{\pi\zeta}$ *ἔτει* $\overline{\delta}$. *Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἰων*. Itaque Olymp. LXXXVII. IV. Jon fabula certavit annis septem et viginti posteaquam Aeschylus mortuus est. Denique haec sodes vide ex Aristophanis Pace:

Θε. Οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι περὶ τὸν ἄέρα,
Ὡς ἀστέρες γινόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;
Τρ. Μάλιστα. Θε. Καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;
Τρ. Ἰων ὁ Χῖος.

Scholiastes notat Jonem jam mortem obiisse: *ὅτι ὁ μὲν Ἰων ἤδη τέθνηκε δῆλον*. addo, etiam eodem anno quo acta est ea fabula,

Digitized by Google

XIII. videlicet belli Peloponnesiaci, Olymp. XC. II. uti constat ex ipsa Comoedia, ubi Trygaeus sic Pacem alloquitur:

Μὰ Δί', ἀλλ' ἀπόφηνον ὅλην σαυτὴν
Γενναιοπρεπῶς τοῖσιν ἐρασταῖς
Ἡμῖν, οἵ σου τρυχόμεθ' ἤδη
Τρία καὶ δέκ' ἔτη.

Jam nusquam habet Malelas, quo abdat illud putidum et inhonestum caput. Tantum abest ut Ion Aeschylo natu fuerit grandior; O 53
ut superstes ei fuerit annos solidos XXXVII. Nunc tempus est ut de Ionis scriptis fidem liberemus. Et profecto non immerito propter multiplicem doctrinam a Callimacho laudatus est Ion. *Καὶ Καλλίμαχος*, ait Suidas, *ἐν χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγραψεν*· Nam ut Poemata prius recenseamus; deinde quae oratione prosa composuit: *Melica* Ionis laudantur et *Dithyrambica*. Schol. Aristophanis, et Suidas: *Ἰων διθυράμβων καὶ μελῶν ποιητής*. Harpocration: *ἔγραψε δὲ μέλη πολλά*. Et dithyrambo quidem vicit, cum Atheniensibus viritim Chii cadum distribuit: ex Melicis carminibus extat Odae principium, *Δοῖον ἀμεροφοίταν. Ἀστέρα μείναμεν, ἀελίου Λευκοπτέρυγα πρόδρομον*. Sic lege apud Scholiastem et Suidam: male in utroque *ἀεροφοίταν*, et in altero *λευκῇ πτέρυγι*. *Paeanes*. *Hymni*, *Scolia* sive carmina convivalia. Schol. Aristoph. *Elegiaca*. Idem et Suidas. Ex Elegis non paucos versus adducit Athenaeus: ut lib. XI. c. 3. *Καὶ Ἰων δ' ὁ Χίος φησι,*

Χαιρέτω ἠμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες
Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις· ὁ δὲ χρυσὸς
Οἶνον ἔχων χειρῶν νιζέτω εἰς ἔδαφος·

et quae sequuntur: ubi Casaubonum nequicquam aestuantem videas, ut eliciat ex istis sententiam commodam; nam prius correctionis indigent, quam a quoquam intelligi possint. Non longe aberrabimus a scopo, si sic legerimus:

— — — ὁ δ' ἕκαστος
Οἶνον ἔχων χειροῖν νίζέτω εἰς ἔδαφος.

Comoediae ut Comici Schol. *Comoedia* ut Suidas. *Epigrammata* Idem Schol. et Anthologia Epigram. lib. 3. c. 26.

Ἰωνος εἰς Εὐριπίδην.

Χαῖρε μελαμπέπλοις, Εὐριπίδη, ἐν γυάλοισι
Πιερίας τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον.
Ἰσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι πλέος ἄφθιτον ἔσται,
Ἰσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

Sed omnino falsa est et ementita inscriptio: quem ratio tempo- O 54
rum refutat et rejicit. Mirificum vero poetam Ionem, qui Euri- V 28
pidem mortuum Epigrammate celebraverit, ipse jam annos tredecim extinctus. Decessit Ion Olymp. XC. II. anno belli Peloponne-

Digitized by Google

siaci XIII. Euripides autem et Sophocles ejus belli XXVI anno, Olymp. XCIII. III. uti constat ex Aristophanis Ranis, quae actae sunt eo anno Dionysiis τοῖς κατ' ἀγρούς· ut alia argumenta mittam ab eruditis viris occupata. Itaque loco *Ιωνος* scribendum est fortassis *Ιωάννου*, vel *Βίωνος* vel *Δίωνος*, ut cuique libitum fuerit. *Tragoediae* numero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XL. σχολ. et Suidas. Tituli quidem undecim a veteribus Grammaticis adhuc servantur. *ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ*, Idem σχολ. et Athenaeus. Hesychius: *Πεδανῷ ὕπνῳ, ἢ πεδανῷ κούφῳ, Ιων Αγαμέμνονι, τινὲς δὲ οὐ βεβαίῳ.* leg. ἠπεδανῷ, κούφῳ. *ΑΛΚΜΗΝΗ.* Hesych. Pollux x. 23. *Εν δὲ τῇ Ιωνος Αλκμήνῃ, ὃ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν ἦν, θυλακίσκη ὠνόμασται.* Repone ex Cod. Vossiano, *ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος ὠνόμασται. ΑΡΓΕΙΟΙ* Hesych. *ΜΕΓΑ ΔΡΑΜΑ.* Pollux x. 45. Hesych. in *Ονοταζομένη*, et *Μελάγγετον, μεγάλῳ δράματι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, οἷον ἀκμάζουσαν.* Lego: *Μελαγχαίταν, Ιων Μεγάλῳ δράματι.* Homines *ἀκμάζοντες* aetate florentes capillitio fere nigro sunt, provecti canescunt. Sed verbum id inversum est ab Ione, et ad alia tralatum, quae sunt annis et viribus integris: quasi diceretur exempli gratia *ἵππος μελαγχαίτας equus florenti aetate juvencus. ΦΡΟΥΡΟΙ.* Schol. Aristoph. Hesych. Athenaeus: *ΦΟΙΝΙΞΙ.* Julius Pollux: *Ιων δὲ ἐν Φοίνικι σαφέστερον· Αλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί.* Enarrator Comici ad Ranas: *Τοῦτο τοῦ Ιωνός ἐστιν ἐκ Φοινίκης ἢ καὶ Οἰνέως· Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, πολιῆται.* Ropone ex certissima conjectura *ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως·* et versus iste Heroicus est, non alienus a Tragoedia.

Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὃν πολιῆται.

sic Athenaeus lib. III. et IV. *Ιων ἐν Φοίνικι, ἢ Καινεῖ.* Itaque est *ΦΟΙΝΙΞΙ Η ΚΑΙΝΕΥΣΙ* et *ΦΟΙΝΙΞΙ ΔΕΥΤΕΡΟΣΙ.* vide Hesychium in *Τιμαλφής.* Athenaeus fine lib. IV. *Εν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ Ιων φησίν. Εκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι*
O 55 *ῥυθμῷ, οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ.* Non de nihilo est quod Codd. MSS. constanter exhibent *τρέχοντα·* ad quorum indicium sic legerim:

— — ἐκτύπουν, ἄγων βαρὺν
Αὐλὸν, τρέχοντα ῥυθμόν. — —

ut in Euripidis Rheso.

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

ΤΕΤΚΡΟΣ. Hesychius: *Αἴδροι, ἀΐδριες, Ιων Τεύκρῳ † Αἴδροφῶντι, αἴδριων ἀναιρετικῷ.* scribe *Ιων*, et illud alterum Hesychii peccatum est scutica dignum. Quicunque fuerit *interfector* iste *stultorum*, homo sane metuendus, sine dubio trucidasset Hesychium si occasionem hanc nactus fuisset. Vera scriptura est *Ανδρειφόντῃ, ἀνδρῶν ἀναιρετικῷ*, ex Homerico isto:

Μηριόνης ἀτάλαντος Ενυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Αμφιβώσης, περιβόητος· Ιων Τεύκρῳ. lego *περιβοήτου. Βώσας,*

Digitized by Google

βεβωμένος Herodot. inde *ἀμφίβωτος*. Idem alibi, *Ἀμφιρῶτις, περιβόητος*. Iterum tibi, mi Hesychi, a stulticida illo cavendum est; nam cur non ego par pari referam, et barbariam tuam ulciscar nunc demum nato vocabulo? *ΟΜΦΑΛΗ*. Schol. Aristoph. Harpocration. Hesychius: *Ἐῤῥωπίζομεν, Ἰων Ομφάλη. τινὲς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνεύεσθαι, καὶ ἀμαθεύεσθαι*, (pro *ἀμαθαίνειν*) *κακῶς. Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανᾶ καὶ σεῖστρα κυρίως*. Lego: *ἀτεχνιτεύεσθαι*· Et: *Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ γέλγαι, καὶ τὰ ἐκ τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανᾶ καὶ σῆστρα κυρίως*. Quanto haec meliora quam illa Palmerii! Hesychius alibi. *Ἐριωπιζόμην, ἢ τεχνητεύόμην, ἢ σύμμικτα σχήματα εἶχον*. Iterum a librariis deceptus est. Sana lectio est: *Ἐῤῥωπίζομεν, ἠτεχνιτεύομεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἴχομεν*. Etymolog. magnum: *Ἐῤῥωπίζομεν, εὔμικτα καὶ συμπεφορημένα ἐποιοῦμεν*· quod ferri quidem potest; sed emendatius fortasse profertur ab Eustathio: *Φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπίζειν, ὃ δηλοῖ τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφυρμένα ποιεῖν*. Quod ad *βέβαιος* attinet, terminatio *ΟΣ* in libris MSS. minuto apice signatur: illa vero non oppido dissimilia *γέλγαι* vel *γέλγια* et *βέβαι*. Aliis est potius *γέλγη* numero singulari. Eustathius: *Ῥῶπος, λεπτὸς καὶ ἀτελὴς* (leg. *εὐτελὴς*) *φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος· γέλγην δὲ, φησὶν, αὐτὴν ἔλεγον οἱ παλαιοί*. Hesych. *Γέλγη, ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἄτρακτοι καὶ κτένες*. Photius Patriarcha: *Ῥῶπος, μηδενὸς ἄξιον, Ῥῶπος καὶ γέλγη, ὁ ποικίλος, λεπτὸς φόρτος*. Jam *σῆστρα* certissima emendatio: ea sunt Canistra virgultis aut juncis contexta. Hesychius: *Σῆστρα κόσκινα ἢ κύμβαλα*. duo verba confundit *σῆστρα* et *σεῖστρα*, quorum hoc *ἀπὸ τοῦ σείειν* formatur, illud *ἀπὸ τοῦ σήθειν*. Achaeus vetustus tragicus docuit Omphalen Satyricam: quo de genere persuasum prorsus habeo etiam hanc Ionis fuisse. Hercules servivit Omphalae, Genio et Veneri assidue litavit: jussus et inter ancillarum greges pensa carpere, sicubi duro et indocto pollice fila rumpebat, e vestigio hominis caput Sandalium commitigabat. Nihil hic triste neque tragicum: ludus jocusque omnia. Favent huic sententiae fragmenta, quotquot supersunt; quae nihil nisi convivia, comessationes, et symphonias pollicentur. Hesych. *Μεσόμφαλοι, φιάλαι*. Etym. *Πίθι Πακτωλοῦ ῥοάς*. Pollux: *Καὶ τὴν μίλαιναν σίμμιν ὀμματογράφον*. Athenaeus:

O 56

V 29

— — — *Οἶνος οὐκ ἔνι*
Ἐν τῷ σκύφει — —
et *Ενιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν.*
et *Αυδός τε μαγάδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.*
et lib. x. *Αλλ' εἶα Λυδαὶ ψάλτριαι, παλαιθέτων*
Τμνων ἀοιδοὶ, τὸν ξένον κοσμήσατε.

Ita lege, non *Αλλ' αἱ Λυδαὶ*, quod versus recusat. Et eodem li-

Digitized by Google

bro: *Ιων δ' ἐν Ομφάλῃ ἐμφανίσας τὴν Ηρακλέους ἀδδηφαγίαν ἐκφέρει·*
Τπὸ δὲ τῆς Εὐφημίας
Κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας.
Casaubonus corrigere conatus est, *τῆς εὐφαγίας*. Nollem factum. Neque enim quisquam ita locutus est; neque, si fuerit locutus, eo magis conveniret huic loco; quia syllaba secunda foret brevis. Nihil aptius excogitari potest *τῆς βουλιμίας*: adeo quadrant omnia, similitudo, mensura, sententia. Libet illud afferre cum probationis tum boni ominis causa,
Ἐξω τὰν βούλιμον, ἔσω τὰν πλουθυγίειαν.
Atque haec quidem de Omphale scripseram; cum Strabo mihi ad manum non esset. Posteaquam copia facta est eum adeundi, delectatus sum ejus suffragio confirmari sententiam meam. Verba
O 57 sunt lib. 1. de Insulis, quae continenti quondam adhaerentes, postea interfuso mari avulsae sunt. *Ιων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησὶν ἐν Ομφάλῃ Σατυρεῖς.*
Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου πλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
Πρὸς Κρῆτα πορθμόν.
Locum hunc, ait Casaubonus, *depravatum esse monere possum: emendare non possum sine ope codicum.* Ego vero nullis adjutus codicibus, nisi tamen in integrum restituero; nihil deprecor, ne dentatis Criticorum chartis et canina eloquentia conscindar. Lego autem sic:
Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου πλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν
Προβλῆτα πορθμῷ·
Homerus Od. ε.
Αλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε, πάγοι τε.
et hymno in Bacchum:
— — Ὡς ἐφάνη παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Ακτῇ ἐπὶ προβλῆτι.
Nec minus recte illud *πορθμῷ*. Pomp. Mela: Sicilia aliquando continens, et agro Brutio adnexa, post *freto* maris Siculi *abscissa* est. Idem Casaubonus legit *Ομφάλῃ Σατυρικῇ*, vel *Σατυρικῷ* videlicet *δράματι*· nam Ionis Omphalam, ut Achaei, Satyricam fuisse putat. Postea tamen oblitus est hujus loci, cum aureolum illum libellum de Satyrica composuit. Sic enim narrat p. 186. *Scripserat et Ion Chius poeta tragicus Omphalam: sed id drama fuisse Satyricum nusquam lego.* Tu revoca in memoriam quae scripsimus supra paullo in hac Epistola, et sine cunctatione lege *ἐν Ομφάλῃ Σατύροις*. Illud etiam notandum, cum numero singulari conjungi *Σατύρους*· cujus rei exemplum tunc non habuimus. Sic Lycophronis *Μενέδημον Σατύρους* laudant Athenaeus et Laertius. Jamque etiam in memoriam redeo luculenti loci apud Galenum Comm. 1. ad VI. *Επιδημιῶν*, ubi Sophocles citatur in

Digitized by Google

Σαλαμῖνι Σατύροις. Is ita se habet. *Νυνὶ δὲ ἀρκέσει τοῖς γραμματικοῖς ἀκολουθήσαντα, κατὰ τὴν ἐκείνων διάταξιν εἰπεῖν τι περὶ τῶν κατὰ τὴν πέμφιγα σημαινομένων. Δοκεῖ μὲν γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς λέγειν. Ἀπῆξε πέμφιξιν οὐ πέλας φόρου.* (lege

Ἀπῆξε πέμφιξ Ἰονίου πέλας πόρου. O 58

Sic Aeschylus Prometheo:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς. V 30

Apollonius Rhodius lib. IV. loquens de Colchis:

Τῷ καὶ ὑπέφθη τούς γε βαλὼν ὕπερ αὐχένα γαίης
Κόλπον ἔσω πόντοιο πανέσχατον Ἰονίοιο.

Vel ad hunc modum, si id minus placet, aeque commoda mutatione;

Ἀπῆξε πέμφιξ ἐξ ἕω σελασφόρου.)

Καὶ αὐτὸς ἐν Σαλαμίνῃ Σατύροις· καὶ τάχ' ἂν κεραύνια πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας λάβοι. (lege — *καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια Πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας βάλοι.*) *Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ* (imo vero *Λυομένῳ.*)

Εὐθεῖαν ἔρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἧξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιγι ξυστρέψας ἄφνω.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς κατὰ τάδε τὰ ἔπη· κἂν ἐθαύμασα τῆδε σκοπῶν πέμφιγα χρυσέαν ἰδών. (lege — *Κἀπεθαύμασα Τηλέσκοπον πέμφιγα χρυσείαν ἰδών.*) *οὕτω καὶ Αἰσχύλος. Ἐξαντιαίας οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται, οὔτ' ἄστερον στόμα λῃτώας κόρης* (lege *Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις.*

Ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται,
Οὔτ' ἀστεροπὸν ὄμμα Λητώας κόρης.

Ea fabula citatur in Catalogo Dramatum et Scholiis Eumenidum. Pollux 10. c. 26. *τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ Κάμακας εἴρηκεν ἐξαντρίας Αἰσχύλος.* MS. codex Is. Vossii habet *ἐν ξαντρίαις·* ut et antea viri docti ex conjectura emendarunt. Porro Aeschylus in his versibus se ipse imitatus est: nam haec habet in Prometheo vincto de Graeis sive Phorcidibus:

Μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
Ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.)

Ἐπὶ δὲ τῆς ῥαγίτιδος (lege *ῥανίδος*) *ὁ αὐτός φησιν ἐν Προμηθεῖ·* O 59

Ἐξευλαβοῦ δὲ, μή σε προσβάλλῃ στόμα
Πέμφιξ· πικρὰ γὰρ κοὐ διὰ ζωῆς ἁτμοί.

Καὶ ἐν Πενθεῖ. Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς. Ἐπὶ δὲ τοῦ νέφους δοκεῖ τετάχθαι κατὰ τόδε τὸ ἔπος ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ· Πέμφιγι πᾶσαν ὀψιαγέλων πυρός. (scrib.

Digitized by Google

Πέμφιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.) καὶ παρ' *Ιβύκῳ· Πυκινὰς πέμφιγας πιόμενοι. λέλεκται δὲ οὗτος ὁ λόγος αὐτῷ κατά τινα παραβολὴν ἐπιχειμαζομένων* (lege *ἐπὶ χειμ.*) *εἰρημένην, διὸ καὶ τῶν προγνωστικῶν οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς ὄμβρους σταγόνων εἰρῆσθαί φασι τὰς πέμφιγας. ὁ δὲ Καλλίμαχος φδε· Μὴ διὰ πεμφίγων * ἐνάγουσιν ἔα. ὁ δὲ Εὐφορίων οὕτως· εἶπε δ' ἄνθη πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα.* Versus est hexametrus, *Εἰ πεδαναὶ*, vel *Ηπεδαναὶ πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα.* i. e. murmure suo quasi lamentari videntur. Possis etiam legere, *ἐπικλύζουσι.* Quod ad *Σαλαμῖνα Σατύρους* attinet, cujus gratia caetera emendavimus; nemo me adduxerit, ut verbum mendo esse vacuum existimem. Aeschylus quidem fecit *Σαλαμῖνα*, sive *Σαλαμινίας*· Sophocleae fabulae, quae eo titulo inscripta sit, nemo alius meminit. Ausim pro certo dicere lectionem rectam esse *Σαλμωνεῖ Σατύροις.* Hesychius bis: *Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ.*

Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,
Per Graiûm populos, mediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans, divûmque sibi poscebat honorem,
Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen
Aere, et cornipedum pulsu simularet equorum.

Hactenus quidem argumentum est Satyris aptum, et conveniens ad hilarem et festum diem. Huc quoque fragmenta illa videntur pertinere; quae verba sunt cujuspiam qui facete et urbane irridet jocularem illam Simiam Tonantis:

Καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια
Πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας βάλοι.
Forsan et petet Ceraunia
Odore tetro et vi corusca fulminis.

O 60 V 31 Et illud alterum:

Πέμφιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.
Nimbo ora velans *nuncio tonitrui.*

Atque hucusque Sophocles in eo dramate processit: nam quae sequuntur, plane tragica sunt, et lamentabili carmine deploranda.

At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, (non ille faces, nec fumea taedis
Lumina) praecipitemque immani turbine adegit.

Et haec quidem conjectura probabili nituntur: sed extra controversiam rem statuit Athenaeus lib. XI. *Καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ κοττάβου ἑφεστηκὸς, ἀφ' οὗ* (leg. *ἐφ' οὗ*) *τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκειον ἔφη πάρα, λέγων οὕτως·*

Τὰ δ' ἔστι κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,
Τῷ καλλικοταβοῦντι νικητήρια
Τίθημι, καὶ βαλόντι χάλκειον πάρα.

Jam si potes, dubita, an drama Satyricum fuerit necne. Profe-

Digitized by Google

cto qui potest animum inducere, ut versus proximos autumet in Tragoedia posse dici; auctor ego sum, ut prius quid sit Tragoedia, quid Satyri discat, quam de rebus aliquantum a vulgari notitia remotis sententiam ferat.

Undecima Ionis fabula *ΕΤΡΥΤΙΔΑΙ.* Athenaeus lib. xi. Hesych. *Ἠΐος θρῆνον σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἰων Ερυτίδαις.* lege *Εὐρυτίδαις. Ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, οἷον Εὐρύτιδες.* Pulchre fecisse sibi visus est, qui emendavit, *οἷον Εὐριπίδης.* Tu vero meo periculo repone, *Ἀθίκτους κόρας, ἀνεπάφους παρθένους, Ἰων Εὐρυτίδαις.* Eurytidae autem, ne quis forte nesciat, sunt Euryti Oechaliensis filii, quos Hercules occidit. Habes Tragoediae argumentum. Non praetermittendus est insignis locus apud Schol. Soph. ad Trachinias. *Διαφωνεῖται ὁ τῶν Εὐρυτιδῶν ἀριθμός. Ησίοδος μὲν γὰρ* (in *Hoiais*, ut puto, vel *Ηρωικῇ Γενεαλογίᾳ*) *τέσσαράς φησιν ἐξ Εὐρύτου καὶ Ἀντιόχης παῖδας οὕτως.*

Η δ' ὑποκυσσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη O 61
Ευρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τυῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Δηΐων τε, Κλύτιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' Ιφιτος ὄζος Αρηος.
Τοὺς δὲ μέθ' ἁπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Αντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος Αὐβολίδαο.

Κρεόφιλος δὲ δύο· Αριστοκράτης δὲ τρεῖς, Τοξέα, Κλύτιον, Δηΐονα. Satis jam pernosti, qui sint Ionis Eurytidae. Sed haud plene satisfactum esset promisso nostro; si versus eos dimitteremus ex manibus, et mendum teterrimum silentio dissimularemus. Principio legendum *Αντιόπη.* Schol. Apollonii: *Κλύτιος καὶ Ιφιτος οἱ τῆς Αντιόπης παῖδες.* Hyginus: *Clytius et Iphitus Euryti et Antiopes Pylonis filiae filius.* Quae quasi manu nos ducunt ad caetera corrigenda. Jam enim Hygini autoritate scribo *Πύλωνος* pro *παλαιὸν γένος·* atque adeo, ut pompam et prooemia missa faciam, versum hunc integrum praestabo, sicut ab Hesiodo profectus est,

Αντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολίδαο.

Nam cedo mihi unum, qui Auboli vel Aubolidae meminit. Naubolus vero nemini ignotus esse possit, qui labris primoribus gustavit literas humaniores. Apollonius Rhodius:

Τῷ δ' ἐπὶ δὴ θείοιο κίεν Δαναοῖο γενέθλη
Ναύπλιος, ἦ γὰρ ἦην Κλυτονήου Ναυβολίδαο,
Ναύβολος αὖ Λέρνου.

Conveniunt aetas, locus: ut, quanquam de hac re nullum verbum faciant alii scriptores, nihil tamen impediat, quo minus Pylon Nauboli filium esse potuerit. Denique pro *Κρεόφιλος* lege *Κρεώφυλος·* qui poema composuit *Οἰχαλίας ἅλωσιν:* ad quod respexit Scholiastes. De Creophylo consulantur Appuleius, Porphyrius, Strabo, Sextus Empiricus, Suidas, Scriptor certaminis Hesiodi et Homeri, Plato *Πολιτειῶν* x. Photius in Lexico MS.

Digitized by Google

Κρεώφυλος Πολιτείας ι. δ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως ὁ Ὁμήρου ἑταῖρος· τοῦτόν τινες καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγονέναι, καὶ ἔστιν αὐτοῦ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις. ἀρχαῖος μὲν οὖν ἐστι, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὁμήρου. Pausanias Messenicis:
V 32 Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς λέγουσιν, οἱ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία· τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πεποίηκεν ὁμολογοῦντα. *Heracleam* hanc di-
O 62 versam esse totam ab *Οἰχαλίας ἅλωσει* sententia est Ger. Vossii. Aegidius vero Menagius asseveranter affirmat pro *ἐν Ἡρακλείᾳ* scribendum esse *ἐν Οἰχαλίᾳ*. Demiror equidem viros excellentes ingenio et doctrina morbo minime desperato medicinam non reperisse: quae, nisi me omnia fallunt, haec est. *Τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος Ἡρακλέα πεποίηκεν ὁμολογοῦντα. Euboecensium autem sententiae Creophylus Herculem induxit convenienter loquentem.* Enimvero pars magna illius poematis fuit Hercules; ut propemodum jam illud audire mihi videar:

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε βίη Ἡρακληείη.

Simili locutio est in istis, quae occasione alia supra adduximus: *Ἐν τοῖς Κρησὶν Εὐριπίδης Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησεν*, et, *Ἐν ταῖς Κρήσσαις Ἀερόπην εἰσήγαγε πορνεύουσαν*· neque opus est, ut plures testes excitemus. Sunt qui *Οἰχαλίας ἅλωσιν* ad Homerum referunt; sicut autor est Callimachus apud Strabonem et Sextum:

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὁμηρον
Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθε
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Suidas in *Ὁμηρος*. *Ἀναφέρεται δὲ εἰς αὐτὸν καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα, Ἀμαζόνια, Ἰλιὰς μικρὰ, Νόστοι, Ἐπικιχλίδες, Ἡθιέπακτος ἤτοι Ἰαμβοι, Σικελίας ἅλωσις.* Sed pro *Σικελίας* sine ulla dubitatione legendum est *Οἰχαλίας*. Addam illud quoque; quod, si bene Millium meum novi, praetermissum esse graviter tulisses: nimirum *Ἡθιέπακτος* esse verbum nihili, et aliquanto inferius sic scribi, *Ἑπταπάκτιος*. *Καὶ Ἑπταπάκτιον*, ait, *καὶ Ἐπικιχλίδας ἐποίησεν*. Et prima quidem specie ea conjectura vera videbatur, *ἑπτὰ* scilicet *Ἐπίγονοι*. Memineram enim et septem esse Epigonos, et ad Homericorum poematum numerum adscribi. Herodotus IV. *Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἐστὶ δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισιν, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὁμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε.* Sed repudiavi continuo illam sententiam, ubi animadverti Epigonos esse *ἔπη* καὶ οὐκ *Ἰάμβους*, non Senarios, sed hexametros. Scriptor certaminis Homeri et Hesiodi: *Ὁ δὲ Ὁμηρος ἀποτυχὼν τῆς νίκης, περιερχόμενος ἔλεγε τὰ ποιήματα· πρῶτον μὲν τὴν Θηβαΐδα ἔπη ζ, ἧς ἡ ἀρχὴ,*

O 63 *Ἄργος ἄειδε, θεὰ, πολυδίψιον· ἔνθα ἄνακτες.*

Εἶτα ἑπειγομένου (lege non dubitanter *Ἐπιγόνους*) *ἔπη ζ ὧν ἡ ἀρχὴ,*

Digitized by Google

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.

Alii et Thebaidem et Epigonos attribuunt Antimacho Colophonio. De illa quidem res est vulgaris: de his testem habeo Scholiastem Aristoph. ad Pacem: *Παι. Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα — — σχολ. ἀρχὴ τῶν Ἐπιγόνων Αντιμάχου.* Verum extra omnem controversiam rem posuit Joannes Tzetzes, qui utriusque scripti simul mentionem facit, in *Iliade interpretata allegorice*, quae nondum edita est:

Τρία καὶ δέκα γέγραφε μνημόσυνον βιβλία,
Μαργίτην τε, καὶ Ἀλγά τε, καὶ τῶν Μυῶν τὴν μάχην
Τὴν Ἐπιγόνων μάχην τε γράφει, καὶ Θηβαΐδα,
Τὴν Οἰχαλίαν, Κέρκωπας, εἰς τοὺς Θεούς τε Τμνους,
Καὶ τοὺς Ἑπτὰ ἐπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικιγκλίδας,
Καὶ Ἐπιγράμματα πολλὰ σὺν Νυμφικοῖς τοῖς Τμνοις,
Καὶ τὴν Ὀδύσσειαν αὐτὴν μετὰ τῆς Ἰλιάδος.

In his etiam *Oechaliam* habes: sed aliud exemplar non *τοὺς* habet, verum *τὴν ἑπτὰ ἐπάκτιον*. Aut ego plane desipio, aut legendum est

Καὶ τὴν Ἑπταεπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικιγλίδας·

postremam enim vocem non Suidas tantum, sed et Herodotus ita exhibet, et Athenaeus lib. 2. et XIV. Quin etiam apud Suidam illud *ἑπταπάκτιον* ad hoc exemplum corrigendum est: et pro *ἠθιέπακτος* scribendum videtur *ἡ ζεπάκτιος*, i. e. *ἡ ἑπταεπάκτιος*. nam $\overline{\zeta}$ notat *ἑπτά*. Sic apud Hesychium: *Εννεωρὸς θέτης·* lege *θέτης*, i. e. *ἐνναέτης*, quia $\overline{\vartheta}$ significat *ἐννέα*. et verbo uno interjecto, *Εννηὴς, σώφρων, ἀληθὴς, ἀγαθὸς, πατρῶος*. Librarii, ut compendium operae faciant, *πηρ* scribunt pro *πατὴρ*, et V 33 pro *πατρῶος*, $\overline{πρῶος}$ quod in hoc loco depravatum est ex *πρᾶος*. vide Hes. in *Ενηής*. Caeterum de notione. *τῆς Ἑπταεπακτίου*, ut et illud attingam, facillimum est multa commminisci: proxime tamen, opinor, ad verum accedent, qui Homerum putaverint O 64 in opusculo illo lusisse de hominibus quibusdam numero septem, qui *ἐπ' ἀκτῆς in litore* cibo vel somno curabant corpora, vel aliud quid jocosi et ridiculi faciebant. Homerus ipse in Certamine cum Hesiodo: *Ανδράσι λητστῆρσιν ἐπ' ἀκτῆς δόρπον ἑλέσθαι.* et Odyss. *v. Τὸν δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς εὗρε καθήμενον.* Et Herodotus in vita Homeri: *Καὶ οὕτως ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχουσιν ἐπ' ἀκτῆς· οἱ μὲν δὴ ἁλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτράπησαν, ὁ δὲ Ομηρος τὴν νύκτα ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατέμεινεν.* et aliquanto inferius: *Καὶ ἀναχθεὶς μετά τινων ἐγχωρίων ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ιον· καὶ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς.* Atque hanc vel illam rem verisimile est argumentum et occasionem poëmati dedisse. Venio ad ea, quae *oratione prosa* Ion

Digitized by Google

composuit. Nam in eo genere libros edidisse testis est Plutarchus De fortuna Romanorum: *Ἰων μὲν οὖν ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένοις φησὶν, ἀνομοιότατον πρᾶγμα τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην οὖσαν ὁμοιοτάτων πραγμάτων γίνεσθαι δημιουργόν.* et Suidas in *Διθυρ. Ἐγραψε δὲ κωμῳδίαν καὶ ἐπιγράμματα καταλογάδην καὶ πρεσβευτικὸν λεγόμενον.* Portus vertit barbare: *Et Epigrammata oratione soluta.* Libenter vero videre vellem nobilia illa epigrammata pedestri sermone facta. Vah! adeone exaruerat penitus benigna illa vena ingenii? et extincta erat prorsus ea mentis inflammatio, sine qua nemo fit bonus poeta? Quid? umane et generosum Ariusium in cellis evanuerat, quo memorant Ionem bene libenter plerumque esse usum? enimvero verissimum esse comperit, quod olim dixerat Epicharmus;

Οὐκ ἔντι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς.

Sed bene est, quod commoda mutatione propulsare possumus hoc dedecus a summo poeta. Sic enim Suidam emendo. *ἔγραψε δέ κ. καὶ ἐπιγράμματα, καὶ καταλογάδην ΠΡΕΣΒΕΥΤΙΚΟΝ λεγόμενον.* Schol. Aristophanis: *Ἐγραψε σκόλια, καὶ ἐλεγεῖα, καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶναι, οὐχὶ αὐτοῦ.* Idem Scholiastes: *Φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ Κτίσις, καὶ Κοσμολογικὸς, καὶ ΤΠΟΜΝΗΜΑΤΑ, καὶ ἄλλα τινά.* Depravatum hunc locum sic corrige: *φαίνεται δὲ αὐτοῦ ΧΙΟΥ ΚΤΙΣΙΣ.* Etymologicon magnum: *Δόγχας μερίδας Ἴωνες λέγουσιν. Ἰων ἐν Χίου κτήσει· Ἐκ τῆς Τέω λόγχης. λόγχας ποιεῖν.*

O 65 Certissime legendum est *Ἰων ἐν Χίου Κτίσει Ion in Originibus Chii.* Videlicet ipse fuit Chius natione, et insula Teos Chio propinqua est, non Cio. Athenaeus libro x. *Περὶ δὲ ταύτης τῆς Κράσεως Ἰων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶν, ὅτι εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους.* Unum idemque est scriptum; sed rideo eos, qui haec perinde ediderunt, quasi essent versus Iambici, non oratio soluta: de mendo autem, quo contaminatus est locus, nihil suspicati sunt. Quorsum enim pertinet illud *εὑρών?* Quid *reperit?* quod pueri clamitant se in faba reperisse? Ego vero ausim asseverare sic a doctissimo Grammaticorum fuisse scriptum: *Ὅτι ὁ οἰωνόμαντις Παλαμήδης* etc. Pausanias in Achaicis Ionis quaedam citat, ex hoc Originum libro, ut quidem conjicio: non tamen usquequaque servavit verba auctoris. Ion enim, ut hominem Chium facere par erat, in prosaicis scriptis Ionica dialecto est usus. Constat hoc ex superiore loco Etymologici, et Harpocrationis alio, et fragmento alius operis, quod *ΕΠΙΔΗΜΙΑΙ* inscribitur. Athenaeus XIII. *Ἰων οὖν ὁ ποιητὴς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐπιδημίαις γράφει οὕτως· Σοφοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήντησα, ὅτε ἔπλει εἰς Λέσβον στρατηγὸς* et quae sequuntur. Quanquam enim magnam partem perturbata ibi sunt verba, et

Digitized by Google

in communem sermonem immutata: non obscura tamen restant vestigia Ionismi: ut *πάρτε δανέον, ἀφαιρέοντα, ἀσσοτέρω, ἔπρησσε, ῥεκτήριος, ἐνωπήθη τῇ ἐπιῤῥαπίσει.* Is. Casaubonus ad locum; *Ενωπεῖσθαι*, ait, *si ita scripsit autor, nove usurpavit pro δυσωπεῖσθαι.* Nempe, quod mireris, existimavit verba Athenaei esse, non Ionis. Atqui *ἐνωπεῖσθαι* vox nihili est: *ἐνωπήθη* vero Ionica, et a *νωπεῖσθαι* formata. Hesychius: *Ενώπηται, τεταπείνωται.* Antiquum obtinuit, cum depravatum illud protulit ex aliorum fide, nihil ipse suspicans vel sollicitus. Lege vero integre *νενώπηται*, loco mutili istius. Idem alibi: *Νενώνηται, τεταπείνωται, καταπέπληκται.* Lege hic quoque *νενώπηται.* Patriarcha Photius in Lexico MS. *Νενώπηται, καταπέπληκται καὶ κατεστύγνακεν.* Rectissime quidem Photius, ut ex hoc Ionis loco perspicuum est. Quid ego de Athenaei interprete dicam, qui *Επιδημίας Peregrinationes* interpretatur: perinde ac si *Αποδημίαι* inscriberentur? Verum alibi quoque *ἐπιδημιῶν* meminit Athenaeus, ut l. III. *τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ιων ὁ Χῖος ἐν Επιδημίαις.* Intellige *De adventibus clarorum virorum in Chium*, sive *De iis qui in Chio insula commorati sunt.* Similiter ac Polemo librum edidit, De Eratosthenis adventu ad Athenas. Enarrator Comici ad Aves: *Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Αθήνησιν Ερατοσθένους ἐπιδημίας.* Ex Epidemiis petita videntur vel *Υπομνήμασι*, quae laudat Plutarchus in vita Periclis; et Cimonis etiam non longe a principio: *Ην δὲ καὶ τὴν ἰδέαν οὐ μεμπτὸς, ὡς φησιν Ιων ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ μέγας οὐλῇ καὶ πολλῇ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλήν.* Quae sine dubio est oratio pedestris, et magis Plutarchi verba, ut suspicor, quam Ionis. Magnus tamen Grotius ad Iambos Tragicos redigere conatus est: O 66

Τὴν γὰρ ἰδέαν οὐ μεμπτὸς, ἀλλ' ἦν μέγας, V 34
Οὐλῇ τε πολλῇ τε τριχὶ τὴν κεφαλὴν κομῶν.

Haeccine autem oratio, tam leves numeri Tragicum quid spirant, et cothurno dignum? Haud vidi magis. Quid illud ibidem, bene multis interjectis? *Ο δ' Ιων ἀπομνημονεύει καὶ τὸν λόγον, ᾧ μάλιστα τοὺς Αθηναίους ἐκίνησε (Κίμων) παρακαλῶν μήτε τὴν Ελλάδα χωλὴν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιϊδεῖν γεγενημένην.* Grotius perinde haec accepit, tanquam si ex Tragoediae choro desumpta fuissent:

Μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν,
Μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα
Περιϊδεῖν γεγενημένην.

Nos pusilli homunculi vix possumus carere venia; cum etiam maximi Heroes labuntur identidem et hallucinantur turpissime. Scripsit Ion et *Philosophica*, ut *ΚΟΣΜΟΛΟΓΙΚΟΝ*· Schol. Aristoph. et, si Suidae credimus, De meteoris, et *compositas* sive ornatas orationes: *οὗτος*, ait, *ἔγραψε περὶ Μετεώρων καὶ Συνθέτους λόγους.* Quo nihil ineptius vel falsius dici potuit.

Digitized by Google

Imo neque magis contumeliose, siquis ἐπαρτιστέρως et perverse interpretari velit de sermonibus ad fraudem et fallaciam compositis, secundum illud Aeschyli in Prometheo.

— — *Μηδέ μ' οἰκτίσας*
Ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσι, νόσημα γὰρ
Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

O 67 Error autem ortus est ex perperam intellecto loco Scholiastae Aristoph. ad Pacem. Poetae scilicet Dithyrambici verborum amant tralationes ἐκ τῶν μετεώρων, ex astris, nubibus, aliisque quae in sublimi fiunt; libenter etiam vocabulis sesquipedalibus et coagmentatis utuntur. Demetrius περὶ Ἑρμηνείας. *Ληκτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον Θεοπεράτους πλάνας, οὐδὲ Ἄστρων δορύπυρον στρατὸν, ἀλλ' ἐοικότα τοῖς ὑπὸ τῆς ἀληθείας συγκαμένοις.* Et Horatii illud: Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit. Ipse Suidas alibi: *Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν κεφαλῶν λέγουσι πολλά, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν καὶ ἔλεγον ἐνδιατριανεριυηχέτους· οἷος ἦν Ἰων ὁ Χῖος ποιητής.* Omnino vide Aristophanem in Pace, ejusque enarratorem. Itaque jam manifesto compertum et deprehensum est Suidae mendacium. *ΤΡΙΑΓΜΟΝ.* Locus est illustris apud Harpocrationem; quem ex usu fuerit integrum describere. *Ιων. Ισοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Ἰωνος τοῦ τῆς Τραγῳδίας ποιητοῦ μνημονεύοι ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ* (atqui nec in ea oratione nec in reliquis quae nunc extant, est ulla mentio Ionis, quod sciam) *ὃς ἦν Χῖος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ἔγραψε δὲ καὶ μέλη πολλὰ καὶ τραγῳδίας, καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς Ἐπιγένους. Ἐν ἐνίοις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε. Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου πάντα τρία, καὶ πλέον τοῦδε, πλέον ἑλάσσων τούτων τριῶν ἑνός, ἑκάστου ἀρετὴ τριὰς, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη.* Male ista percepit Interpres; qui ita vertit: *velut ex eo Dem. Sc. et Ap. N. ista commemorant.* Ego vero sic interpungendum esse censeo: *καθὰ Δ. ὁ Σ. καὶ Α. ὁ Νικαεύς. Ἀναγράφουσι δὲ*, nimirum aut Eratosthenes in *Descriptionibus temporum*, aut potius Callimachus in *Tabulis omnis generis librorum*. Nam ἀναγράφειν est in tabulas recensere et mittere, in catalogum referre. Ipse Harpocration alibi: *Εὔηνος. Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις· καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ Χρονογραφιῶν.* Athenaeus xv. *Καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν Ῥητορικῶν ἀναγραφῇ, in Catalogo librorum Rhetoricorum.* Hunc autem morem in Tabulis istis tenebat Callimachus, ut cujusque
O 68 libri prima verba describeret; sicut hic fit apud Harpocrationem. Unum tantummodo exemplum afferam, quia pridem haec ab eru-

Digitized by Google

ditis sunt occupata. Athen. lib. VI. *Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν πανταδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι, γράφων οὕτως· Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι. εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· Επειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας. Στέλχων τοε· Καὶ ὁ Κυρηβίων δὲ ὅτι παράσιτος, προείρηται.* Ita locus iste corrigendus est. Chaerephon parasitus ad *ὁμότεχνον* suum Cyrebionem epistolam misit, in qua describit coenam quondam sine dubio opipare apparatam. *Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι· Επειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας* etc. Quod si vulgatam lectionem servare velis; *Χαιρεφῶν, Κυρηβίων·* jam non Chaerephontis verba forent, quae Athenaei sententia est; sed Cyrebionis. Illud autem Exordium *Τριαγμοῦ* nondum a viris doctis emendatum esse demiror; qui, etsi dissimulant et mussant, juxta id intelligunt, ac si in Ovidii Getica incidissent. Me Auctore sic lege: *Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου Πάσχα τρία, καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν Ενὸς ἑκάστου ἀρετὴ, τριάς· σύνεσις, κράτος, καὶ τύχη.* Ubi singula quidem verba sunt communia: qui tamen ex ipso Charactere et forma dicendi non sentit Jonismum, nihil sentit. De *Epigene* vero, quo me vertam nescio, ita res et hinc et inde magnam habet difficultatem. Nam ecce tibi Suidas: qui non Epigenem, sed Orpheum autorem faciat *Τριαγμῶν*. *Ορφεὺς*, inquit, *ἔγραψε Τριαγμοὺς, λέγεται δὲ εἶναι Ιωνος τοῦ Θρᾳκιοῦ.* Cumque Epigenem video enarrationem Orphei fecisse, Clementi memoratam *Στρωμ.* I. *Επιγένης* V 85
ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ορφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Αδου Κατάβασιν καὶ τὸν Ιερὸν λόγον. (Proclus tamen in Timaeum lib. 5. ipsum Pythagoram hujus autorem laudat. *Α γὰρ*, ait, *Ορφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν, ὀργιασθεὶς ἐν Λειβήθροις τοῖς Θρακίοις Αγλαοφάμω τελεστᾷ μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν Ορφεὺς σοφίαν παρὰ καλλιόπες τῆς μητέρος ἐπινύσθη· Ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ Ιερῷ λόγῳ.* Unde constat *Ιερὸν*, ut alia scripta Pythagorica, dialecto Dorica fuisse compositum) et V. *Επιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ορφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ορφεῖ ἐκτιθέμενός φησι, Κερκίδα καμπυλόχρωσι, τοῖς ἀρότροις μηνύεσθαι* etc. Cum haec, inquam, lego, propemodum adducor in eam opinionem, ut Harpocration hoc exemplo scripserit: *ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς καὶ Επιγένης.* E di- O 69
verso ubi illud venit in mentem, Orphei ipsius et Pythagorae quoque mentionem factam esse in illis *Τριαγμοῖς*, continuo sententiam eam abjicio, et manifesti erroris Suidam arguo. Clemens *Στρ.* I. *Ιων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ορφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ.* et Diogenes Laert. *Ιων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν (τὸν Πυθαγόραν) ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ορφέα.* Itaque constat Suidam alterutrius verba per-

Digitized by Google

peram cepisse: et praestabilius est receptam Harpocrationis lectionem sartam et tectam tueri. Nempe ut suspicor libri Epigenis cum Ionis scriptis conjuncti ferebantur: Is enim commentarium fecerat in Ionis Tragoedias; quod scias ex Athenaeo lib. XI. cap. v. ut nihil mirī sit, si librariorum qui omnia perturbant et miscent, alii tanquam Ionis *Τριαγμοὺς* inscripserint, alii ut Epigenis.

Pag. 181. *Καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας τραγικοὺς χορούς δραμάτων συνεγράψατο.* Permirum fortasse videatur, Milli doctissime, tenebrionem illum Auleam pro Aeschylo a Joanne dici. Quid autem admirationis habet, cum in memoria quis teneat tot alias hallucinationes hominis? Etiam p. 73. citatur *Αὐλέας ὁ σοφώτατος* de Endymione, quem in monte Cariae Luna consopivit, ut eum dormientem oscularetur. Suspicor et hic quoque significari Aeschylum, qui in fabula *Caribus* sive *Europa* non potuit non eam historiam attingere. Illud autem quam longe abest a vero, quod Aeschylum narrat primum instituisse choros tragicos? E diverso partes chori, antea quam Aeschylus tragoedias faceret, erant altero tanto longiores, quam post. Sed ea res nisi pluribus verbis explicari non potest: tota fere scenae ratio et historia est illustranda: complures autorum loci qua corrigendi, qua novo modo interpretandi: multi errores amovendi, jam ipsa vetustate cani et venerabiles. Nemo enim unus ex cohorte Eruditorum, qui in eo argumento tantopere laborarunt, scire adhuc potuit, quid Thespis, quid Aeschylus et Sophocles inventis addiderunt. Itaque tam odiosa disceptatione patienter carere possis in praesentia: imo vereor ut citra fastidium epistolam perle-
O 70 gas etiam absque ista concertatione nimium loquacem. Me quidem et morae pertaesum est et ineptiarum.

Pag. 214. *Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, οἳ ἦσαν ὀρχήσεως εὑρεταὶ καὶ ποιηταί.* Quid narras? nimirum nostra nos opinio fefellit, qui credidimus te Antiochiae esse natum. Siquidem autor est Lucianus Antiochenses de saltatoribus optime omnium judicare potuisse: te autem cum aliarum omnium, tum hujus artis imperitissimum videmus. Rogo te, homo hominum ignavissime, nunquamne Sacras Scripturas lectitasti? nonne ibi frequens Saltationis mentio diu diuque, antequam Stesichorus nasceretur? quid? ne Homerum quidem per transennam aspexisti? jam ergo eum audias licet:

Ὀρχησταὶ, μολπή τε, τάπερ τ' ἀναθήματα δαιτός.
Ἀλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Scio tamen, quid in fraudem te impulit; nempe nomen Stesichori, tanquam si primus *ἐστήσατο χορούς*· et poemata quaedam Bacchylidis, quae *Υπορχήματα* inscripta sunt, et a Stobaeo citantur, et Athenaeo lib. XIV. *Ἡ δ' ὑπορχηματικὴ ἐστιν, ἐν ᾗ*

Digitized by Google

ἔδων δ χορὸς ὀρχεῖται· φησὶ γοῦν ὁ Βακχυλίδης· Οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς. Locus aliquanto integrior est apud Dionysium Halicarnassensem. Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαίγιδος Ἰωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἄβρόν τι δεῖξαι. Omnes Cretici praeter unum pedem qui in Paeonem solutus est; adeo ut, cum hunc locum lego, coram oculis videre videar ὑπορχουμένους et subsultantes. Nec tamen princeps et inventor hyporchematum Bacchylides; sed, ut quibusdam videtur, Pindarus; ut alii volunt, Xenodamus. Vide Clementem, Athenaeum, et Plutarchum περὶ Μουσικῆς.

Pag. 133. Γλαῦκος, ἰσχυρὸς, φρόνιμος, εὐσεβής. Atqui, O Malela, tantum abest, ut *sapiens* fuerit iste Glaucus, ut ejus nomen in proverbii consuetudinem venerit, de homine qualis tu es, qui nescit quid sit in rem suam; qui permutat

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Sed est potius ut librarii hoc esse facinus existimem, (praeser- O 71
tim si non idem istud ἰσχυρὸς iterasses) et orationem esse con-
tinuandam ad hoc exemplum: Αἰνείας εὐπώγων, γλαυκὸς (cae- V 36
sius) φρόνιμος, εὐσεβής. Agnosco *pium* Aeneam; et ita plane Isaacius Porphyrogenitus.

Illud p. 329. Καὶ κατηνέχθη ὁ Σίμων ἐπὶ τὴν πλατείαν καὶ ἐψώφησε, satis quidem congruenter ad hellenismum vertit interpres, sed non apposite ad sententiam. Quid si interpretemur τὸ ἐψώφησε, ut, quod in N. T. de Juda Iscariota dictum est, ἐλάκησε μέσος, *crepuit medius*? Hesychius: Ἔλακεν, ἐψόφησεν· et Λαχεῖν, ψοφῆσαι· Pagina autem 16. sane dormitavit interpres, ut in opere longo et ingrato facile queat somnus obrepere. Ἀχαΐα, Πελήνη, ἡ καλουμένη Πελοπόννησος· *Achaea, Pelena, quae et Pelcponnesus dicta est.* Obsecro, quis istud vel fando audivit? Scribe Ἀχαΐα, Πελλήνη. et verte *Achaea, Pellene, et quae Peloponnesus vocatur.* Πελλήνη est Achaeae urbs. Vide Geographos. Apollonius Argon. 1.

Ἀστέριος δὲ καὶ Ἀμφίων Ὑπερασίου υἷες,
Πελλήνης ἀφίκανον Ἀχαιΐδος.

Vereor ne putidum sit adnotare, Βούττιος, Βόττιος et Βώττιος vitiose dici apud Malelam pro Βρούττιος sive Βρέττιος. Hoc quidem exploratum est, cum eandem plane narrationem ex Brutio afferant Georgius et Hieronymus. Ita p. 200. Θάλης καὶ Κάστωρ καὶ Πολύβιος depravate pro Θάλλος. Similiter enim Castorem, Thallum et Polybium de rebus Assyriacis una citat Syncellus. Et adhuc p. 121. Callimachus ἐν Ετησίοις, pro Αἰτίοις. Neque enim *Aitiae* inscribuntur, nequis erret, sed *Aitia* ut in Epigrammate lib. 1. Anthol. cap. LXVII.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παλγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς,
Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλιμάχου.

Digitized by Google

Appello ad elegantiorum hominum judicia, annon melior aliquanto sit lectio ex conjectura nostra:

Αἴτιος, ὁ γράψας Αἴτια, Καλλίμαχος.

O 72 Caeterum homo Malelae germanissimus Fulgentius Planciades, *Jentaculum*, inquit, *gustatio dicitur. Callimachus Intesia: Jentaculum proferre Jovi.* Diceres hunc a Joanne *Ετήσια* illa mutua petiisse. Illud vero incredibile videatur, Cyrenaeum illum Latine loqui et quidem versu: nam sic lego. *Jentaclum proferre Jovi* — — — Sed minuit admirationem, quod Fulgentius et Mnaseae *Εὐρωπιακὰ* et Demosthenis Philippica viderit Latino sermone conscripta. Sicut Ovidianae Ibidis vetus Enarrator putidissimos versus eosque Latinos Eupolidi et (jocularem hominis confidentiam!) Democrito affingit.

Illud praeterea pag. 52. *Καθὼς Δήμαρχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου*, corrupte exhibetur loco *Δεινάρχος*. Nam Georgius eandem historiam memorans, *Δείναρχος*, ait, *ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ.* et Hieronymus: *Dinarchus poeta, non Rhetor.* De quo in diversas sententias ierunt viri docti. Verba Demetrii Magnetis in opere *Περὶ τῶν Ομωνύμων* apud Dionysium Halic. *Δεινάρχοις δὲ ἐνετύχομεν τέτταρσιν, ὧν ἐστιν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Αττικῶν· ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας· ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοιν, Δήλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα·" τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ομήρου λόγον συντεθεικώς.* Et Gerardus quidem Vossius in praeclaro opere de Historicis, *Dinarchus*, ait, *Delius Cretenses fabulas collegit, ut cognoscimus ex Dionysio Hal. Videtur idem signari ab Eusebio, ubi de Bacchi gestis loquens, ait, Ως φησι Δείναρχος ὁ ποιητὴς οὐχ ὁ ῥήτωρ.* Condonamus quidem ei *ἁμάρτημα μνημονικόν·* neque enim Delius fuit Cretensium Fabularum collector, sed secundus iste nescio quis; quem vix est ut existimem eas versibus edidisse, saltem hoc non exploratum est. Scaliger in Graeca Eusebii p. 31. *Viderint*, ait, *eruditi, an tertius Dinarchorum Δήλιος τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα, sit iste poeta, quem innuit Eusebius. Nam sane mihi ignotus est.* Hactenus quidem accedo, ut aut iste sit poeta, de quo Eusebius, aut nullus ex quatuor. Sed amabo, quid sibi vult illud *πρᾶγμα?* nam, quantum ego video, nulla ei subest sententia neque scientia. Latine sic vertas: *Dinarchus genere Delius, qui aliquid dixit, et aliquid*
O 73 *fecit:* sive, *qui aliquid versu dixit, aliquid re ipsa.* Profecto non multum in Demetrio perdidimus, si omnia sic dixit. Sed opinor neminem inficias iturum, quin mutatione commoda et illi suus honos, et orationi sua sententia restitui possit, si legamus: *πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ γράμμα*, id est, *qui quaedam Heroico carmine conscripsit, alia oratione prosa:* vel,

Digitized by Google

(quia τὸ γράμμα quodvis scripti genus nonnunquam significat,) τοῦτο δὲ δρᾶμα. qui et poemata Heroica et dramata edidit.

Domninus iste χρονογράφος non aliunde quam a Malela cognosci potest, a quo saepissime ad partes vocatur. Antiochensem fuisse certissimis signis deprehendes, ubi per otium licebit locos istos consulere: probabiliter etiam dixeris, deduxisse eum historiam ab exordio mundi usque ad Justiniani tempora. Itaque inclinat animus, ut hunc fuisse Domninum illum existimem, qui ea V 87
tempestate fuit ecclesiae Antiochensis Episcopus. Nam sane sicut hic. a Joanne p. 265. Domnus vocatur: ita istum Patriarcham hi Domnum, illi Domninum appellant. Accedit huc, quod plerique omnes, qui aggressi sunt tempora describere, fuerunt Episcopi; Victor, Prosper, Theophilus, Eusebius, et Georgius Episcopus designatus.

Equidem nescio, utra res majorem admirationem attulerit, tot nomina hominum propria a Joanne corrupta esse, an ea menda a doctissimo interprete dissimulata fuisse et silentio praetermissa: verbi gratia p. 101 et 171 *Τυνδάριος* pro *Τυνδάρεως*. *Ανδρόγηος* 107 pro *Ανδρόγεως*. *Πλησιώνης* 121 pro *Πληϊόνης*; atque ea quidem non mater erat Atlantis, verum uxor. *Ιωβάτης* 103 pro *Ιοβάτης*. *Μηδίαν τὴν τοῦ Αετοῦ* 97 pro *Μηδείαν τὴν τοῦ Αιήτου*. *Πέλωψ* et *Πέλωπος* 99 et 104 pro *Πέλυψ* et *Πέλοπος*. *Αμφίωνα* 55 pro *Αμφίονα*. *Αἰνειάδες* pro *Αἰνειάδαι*. *Ιωκάστη* 59 pro *Ιοκάστη*. *Ετεωκλέους* 63 pro *Ετεοκλέους*. *Αμφίαρος* 63 pro *Αμφιάραος*. *Δευκαλίων ὁ υἱὸς Ελενος τοῦ Πήκου*, 84 pro *Ελληνος*. Nec tamen Deucalionis pater erat Hellen, sed filius. *Αντιφάντην* 145 pro *Αντιφάτην*. *Τηλέφου* Regis Latinorum 205 pro *Τηλεμάχου*, quorum hic Ulyssis et Penelopes filius, ille Herculis et Auges. Duorum verborum similitudine tota historiae ratio est perturbata. Sed propemodum omni fide majora sunt errata p. 135. ubi Graecorum duces recenset, qui O 74
contra Trojanos arma ceperunt. Nam ut de numero navium, etsi ea ratio longe vitiosissima est, nihil dicam; ecce tibi *Μενέλαος καὶ Λήϊστος*, pro *Πηνέλαος καὶ Λήϊτος*. Homerus:

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως, καὶ Λήϊτος ἦρχον,
Αρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε Κλόνιός τε.

Μέγης ἐκ Δολίχης τῆς Ελλάδος ex Doliche Helladica pro *ἐκ Δουλιχίου ἐξεναντίας τῆς Ηλιδος.*

Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων
Νήσων, αἳ γαίουσι πέρην ἁλὸς Ηλιδος ἄντα,
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης ἀτάλαντος Ἀρηϊ.

Αγήνωρ καὶ Τευθίδης. Euge vero, Malela, qui de oppidi nomine Heroem confinxisti. Siquidem in Homero legimus *Αγαπήνωρ ἐκ Τεγέης.*

Οἵ τ' ἔχον Ἀρκαδίην καὶ Κυλλήνης ὄρος αἰπὺ,

Digitized by Google

Καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινὴν,
Τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο παῖς κρείων Ἀγαπήνωρ.

Ex Tegea eum profectum esse Epitaphium satis indicat:

Ἀρχὸς ὅδ' ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου υἱὸς
Κεῖθ' ὑπ' ἐμοῦ, Ταφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

Πρόθοος καὶ Μαγνίτωρ. Enimvero apud Malelam facilius Heroes nascuntur, quam fungi post pluviam. O fortunatam Antiochiam tanto alumno! Ineptus adeo Homerus, qui pro isto Magnitore gregarios quosdam milites vilissima capita e Magnesia duxit:

Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος Τενθρηδόνος υἱός.

Εὔμενος σὺν νηυσὶν ια pro *Εὔμηλος.*

Τῶν ἦρχ' Ἀδμήτοιο φίλος παῖς ἕνδεκα νηῶν
Ευμηλος.

Νηρεὺς ἐκ Μυκήνης, pro *Νιρεὺς ἐκ Σύμης.*

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἴσας

Χαλίας ἐκ Τρίκκης σὺν νηυσὶν μ. Ecce tibi jam tertius Heros Chalias, qui a corrupto vocabulo *Οἰχαλίας* prodiit, non aliter ac vermes in putrescenti cadavere nascuntur.

O 75 *Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν,*
Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,

eos ducebant Podalirius et Machaon. *Λεοντεὺς καὶ Πολυπήτης*, scribe *Πολυποίτης. Ἀμφιγενείας ἐξ Ἰλίου σὺν νηυσὶν μν.* Profecto si Troicis temporibus Malelas vixisset, non decem annos totos Graeci consumpsissent in unius urbis obsidione: tot iis terrae filios misisset auxilio. *Ἀμφιγενείας* et *Πτελέου* oppidorum meminit Homerus:

Οἵ τε Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν,
Καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
Καὶ Πτέλεον καὶ Ἕλος καὶ Δώριον.

Ἀχιλλεὺς ἐκ τοῦ Ἄργους τῆς Ἑλλάδος, ex Argis Helladis. Et Argos et Hellas Thessaliae sunt urbes, ut pueri sciunt: sed hic locus fatalis est ad Malelae hallucinationes.

V 38 *Νῦν δ' αὐτοὺς* (leg. *αὖ τοὺς*) *ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον,*
Οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς.

Φιλοκτήτης ἐκ Μοθόνης, vitiose pro *Μηθώνης.* et *Σώρθης, Φιλιππος, Ἀντιφος σὺν νηυσὶν οη.* Quis autem porro mirabitur e cerebello Jovis Minervam esse natam; cum Antiochensis hic ex insulso suo capite progeneret absque ope Vulcani

Ductores Danaûm delectos, prima virorum?

Sorthem heroem nominat pro insula *Carpatho*, ut et Philippum pro Phidippo.

Οἵ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Τῶν δ' αὖ Φείδιππός τε καὶ Ἀντιφος ἡγησάσθην.

Digitized by Google

Notum est jam a multis saeculis morem invaluisse apud Graecos, ut eodem sono efferrentur αι et ε, οι et υ. Tam captiosa pronunciatio mendis infinitis libros opplevit: ut Mal. p. 47 et 49. τῷ υἱῷ τοῦ Αἰμίονος τῷ Πίνθει, pro Ἐχίονος. et e diverso 49 et 65. ὄρος Κιθερώνιον pro Κιθαιρώνειον et 106. Ἀντέωτ pro Ἀνταίῳ. et alia non pauca extant ex eo genere. sic 211 et 171. Τοῦ Τακος υἱοῦ τοῦ Ναυπλίου, pro Οιακος. et Σχυνέως 169. pro Σχοινέως. In codicibus manu notatis promiscuus fere est vocalium horum usus. Hoc diligenter animadverso, deploratissimos O 76
locos emendabit nullo negotio, qui ingenium et judicium in numerato habuerit. Plutarchus de Iside et Osiride: Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖσθαι μέροπι· τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. Frustra hic Plutarchus per annos ducentos criticorum auxilium imploravit. Tu verte αι in ε̄, et lege Ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν. Possum excitare ipsum Empedoclem testem hujus correctionis, apud Plutarchum περὶ Εὐθυμίας.

Ἐνθ' ἦσαν Χθονίη τε, καὶ Ἠλιόπη ταναῶπις,
Δῆρις θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη ἱμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἰσχρή τε, Θόωσά τε Δειναίη τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Ubi libenter legerim Δηναίη τε, ut contraria inter se comparentur. Scio nunc quid in animo tute tecum volutes: sed illud tibi confirmare possum syllabam primam verbi ἱμερῶπις esse productam atque longam. Primus id reposuit Henricus Stephanus ex conjectura quantum ego ex re ipsa conjecturam facio. Veteres editiones repraesentant καὶ ἁρμονίη γε μερῶπις. Itaque hic quoque legendum est ἁρμονίη θεμερῶπις. Hesych. Θεμερῶπις, ἐρασμία, ἀγχόνη. Lege ἐρασμία ἁρμονίη, autoritate Empedoclis: nisi si mavis ἐρασμία αἰσχύνη ex Aeschyli Prometheo: Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὴν θεμερῶπιν αἰδῶ. Αἰδὼς est αἰσχύνη. Perperam huic lectioni Scholiastes, et Etymologici autor θερμερῶπιν vocem nihili anteponunt, tanquam θερμαίνουσαν τὴν ὄπα. Atqui eo pacto θερμῶπις esset dicendum: neque enim vel fando auditum est θέρμερος. Pollux tamen lib. 6. c. 40. Τὸ δὲ θερμερύνεσθαι καὶ κιχλιδιᾶν κωμικά. MS[1] χλιδιᾶν vel κυχλοιδιᾶν. lege θεμερύνεσθαι καὶ χλιδᾶν, vel χλοιδᾶν. vel κυλοιδιᾶν. Hesychius: Θέμερον, σεμνόν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι, θεμερύνεσθαι. Θεμέρη, βεβαία, σεμνὴ, εὐσταθής. Θεμερόφρονας, συνετοὺς, σώφρονας. Sed ut planissime constet; opus est ut strophen et antistrophen inter se conferamus: in quibus hi versus respondent ex adverso.

Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.
Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνει.

Ubi pro ἀθέσμως ex necessitate metri conjeci legendum esse ἀθετῶς. Quam conjecturam firmavit Hesychius. Ἀθετῶς, ἀθέσμως, O 77

Digitized by Google

ἢ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. lege, οὐ συγκ. *sine consensu et approbatione reliquorum deorum.* Respexit ad hunc locum: neque enim alibi in ea fabula occurrit. Plane jam imperitus sit oportet, aut ab invidentia laboret, qui de θεραπεύειν contra veniat. Experiamur, quid in alteram partem possit haec observatio. Hesychius: Ἐναστρος, * ὠστεμένας, ἀχαιὸς ἀλφεσίβοιαι ἀντὶ τοῦ ὑαστὰς γὰρ βάκχας ὑάδας ἔλεγον. Prodigiosa plane oratio. Nunc vicissim ε muta in αι, et lege. Ἐναστρος ὥστε Μαινάς· Ἀχαιὸς Ἀλφεσιβοίᾳ. ἀντὶ τοῦ Τάς. τὰς γὰρ Βάκχας Τάδας ἔλεγον. Agnoscis, opinor, principium senarii ex Achaei fabula Alphesiboea. Similiter οι passim loco υ. Hesych. Κοίημα, γένημα. pro Κύημα. et vice versa Στυχιοῦσι, διατυποῦσι. pro Στοιχειοῦσι. Idem: Στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. Itaque Suidas in Lexico diphthongos αι et οι alieno loco proxime ante ε et υ collocavit. Extat in Bibliotheca publica Oxonii liber antiqua manu notatus, continens mille regulas de recta scribendi ratione: quarum XL. docent quando αι scribere oporteat, et quando υ: totidemque ubi οι, et ubi υ. Eum codicem,
V 39 cum ante inter ἀδεσπότους ferretur, deprehendi ex prooemio versibus senariis scripto literis prae vetustate pene effugientibus obtutum oculorum, Theognoti esse Grammatici, quem laudat aliquoties Etymologici scriptor. Et quidem omnia ibi reperi, quae iste Theognoto accepta retulit. De aetate hominis rescisces ex praefatione, cujus initium est,

Τῷ δεσπότῃ μου, καὶ σοφῷ στεφηφόρῳ
Λέοντι, τῷ κρατοῦντι πάντων ἐν λόγοις,
Θεύγνωτος εὔγνωτός τις ὡς ὢν οἰκέτης.

Constitueram hic Epistolae finem imponere: sed intervenit amicus meus, aurium convitio rationem efflagitans, cur Joannes *Malelas* mihi dicatur, qui a Vossiorum utroque, Usserio, aliisque omnibus qui in hunc usque diem ejus mentionem fecerunt, *Malela* nominatur. Ego vero, inquam, ne in virorum quidem
O 78 maximorum verba juraverim: sed in aliam sententiam, ubi commodum est, quanquam invitus, meo jure discedo. Roget igitur quispiam, cur *Malela* potius sit vocitandus? hoc scilicet ab iis responsum ferret; Apud Constantinum sic appellari, Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα, et apud Damascenum, Ἰωάννου τοῦ καὶ Μαλάλα· nusquam alibi commemorari, praeterquam apud Tzetzem Ἰωάννης τις Μελέλης. Atqui, si ita res se habet, vulgo et passim reperias τοῦ Σουίδα, τοῦ Θωμᾶ, τοῦ Ἀριστέα, τοῦ Φιλητᾶ, τοῦ Τριόπα, τοῦ Σκόπα, τοῦ Κρατεύα· nec tamen propterea vel *Suida* grammaticus dicitur, vel *Thoma* Apostolus, vel *Aristea de* LXXII. *interpretibus.* Ratio videlicet linguae graecae vix aut nullo modo patiatur, ut in A literam virilia nomina casu recto terminentur. Atque ea causa est, cur peregrina virorum nomina, quae

Digitized by Google

in A exeunt, a Graecis inflectantur in *Ας, Γάλβας, Σύλλας, Νομᾶς, Σενέκας, Αγρίππας.* Quod si adeo jam exploratum est, nominativum Graecum esse *Μαλέλας*· nolim ego Latine vertens postremam literam abjicere praeter morem et consuetudinem eorum temporum, quibus maxime viguit honos et gratia Latini Sermonis. Vetustiores quidem, ut autor est Quintilianus lib. 1. c. v. *Non in A. et S. literas exire temere masculina Graeca nomina recto casu patiebantur. Ideoque et apud Caelium legimus*, Pelia Cincinnatus; *et apud Messallam*, Benefecit Euthia; *et apud Ciceronem*, Hermagora: *ne miremur, quod ab antiquorum plerisque* Aenea *et* Anchisa *sit dictus.* Priscianus lib. v. *Apud Graecos in Ας desinentia, apud nos in* A *terminantur; ut Μαρσύας, Σωσίας, Βυβλίας, Χαιρέας, Τουρίας, Βαγράδας; Marsya, Sosia, Byrrhia, Chaerea, Turia, Bagrada.* Libri autem VI. p. 681 et 701. *plerumque* ait et *frequenter* hoc fieri solere. Et his fortassis auctoribus tueri se posse arbitrentur, qui e contraria parte dicunt. Mihi vero longe videtur secus: sed oportet haud jejune de hac causa, et tanquam in transitu, sed plene copioseque disputare. Principio nulla controversia est, quin indigena Latinorum sermo nullum habuerit nominativum in *As* cum Genitivo *ισοσυλλάβῳ*. Quapropter antiquitus, sive Graecus quispiam in Latina civitate viveret, sive Graeca scripta in Latinum converterentur, ejuscemodi nomina per A plerumque scribere et pronunciare placuit. Atque O 79
hoc quidem ex ingenio et consuetudine linguae vernaculae ab iis est factitatum. Comici igitur in Graecis interpretandis eam rationem tenuerunt; *Chaerea, Sosia, Byrrhia, Phania, Clinia, Demea, Phaedria*, proferentes. Nimirum auribus vulgi ista dabantur. Nec tamen deerant etiam antiqua illa memoria, (pace Quintiliani dixerim) qui ad Graecorum exemplum instituerent loqui: quantum ex eorum reliquiis conjectura consequi possum. Apud Gellium lib. 3. c. 7. verba sunt Catonis Censoris, qui, ea tempestate in Rep. floruit, qua Plautus in scena: *Leonidas Lacedaemonius laudatur:* Plauto tamen in Asinaria servus dicitur *Leonida.* Claudius Quadrigarius apud Gellium l. 3. c. 8. *Ad nos venit Nicias familiaris tuus.* Lucilius apud Donatum:

Ante fores autem et triclini limina quidam
Perditu' Tiresia tussi grandaevu' gemebat.

Ubi legendum est *Tiresias:* nisi si syllabam natura brevem propter caesuram produci existimas. Priscianus lib. VI. *Hic Calchas Calchantis, quamvis hic Calchas hujus Calchae, antiquissimi declinabant.* Sed in his locis fortasse fides Exemplarium suspecta esse possit: in illo Plinii lib. XXXV. cap. X. nullus datur suspicioni locus. *Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus:*

Digitized by Google

Dignis digna loca picturis condecoravit
Reginae Junoni' Supremi conjugi' templum
Marcus Ludius Elotas Aetolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Ea sunt scripta antiquis literis Latinis. Elotas est *Εἰλώτας, εἰλώτης.* Gruterus Epigramma hoc profert, tanquam a Boissardo visum in hortis Julii III. Pontif. Romani.

V 40 DIGNE DOCTILOQUEIS PICTUREIS et quae sequuntur. Sine dubio falsarius aliquis in lapide inscribendum curaverat, a Plinio id mutuatus. Profecto male operam lusit in versu primo corrigendo. Editio Veneta anni MCCCCLXXXIII. habet *Dignis digna loco.* Lego igitur:

O 80 *Dignis dignu' loco picturis condecoravit.*

Lucilius: *Samnis spurcus homo vita illa dignu' locoque.*

Dignus loco est *τῶν μέσων·* et in bonam vel malam partem capi potest. Nihil verius hac emendatione. In eadem est editione *Aetolia orundus*, longe quidem melius, quam quod in indice Scaligeri est, *Aetola oriundus.* Lucretius lib. 2.

Denique coelesti sumus omnes semine orundi.

Sive mavis cum vulgatis libris, *oriundi:* certe trisyllabon sit necesse est. Sic igitur vetustis illis mos erat, ut interdum quidem in AS, frequentius in A Graeca nomina vellent exire. Postea vero, ut ait Quintilianus, *recentiores instituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare.* Proinde hoc institutum tenuerunt

Lucretius, *Id quod Anaxagoras sibi sumit:*

Varro de R. R. antiqui tamen ut qui maxime, amator sermonis: *Archytas, Hegesias, Athenagoras, Mnaseas.* et apud Nonium in Scaturex. *Ismenias, Thebogenes fluit Scaturex.* lege *Thebagenes, Θηβαγενής.* Et similiter Cicero, apud quem vulgo occurrunt *Archias, Gorgias, Phidias, Cineas, Prusias, Arcesilas, Charmadas, Critias, Diagoras, Hippias, Lysias,* et aliqua similia. Nam de *Hermagora* Ciceronis, vereor ne vitioso codice usus sit Quintilianus. Profecto enim omnes omnino, qui nunc supersunt MSS. constanter habent *Hermagoras.* Sed melius est ex ipsis locis experimentum judicii capere, libro primo De inventione: *Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur:* et ibidem: *Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem.* Repone hic paulisper, *Hermagora inventor,* et *Hermagora habuisset;* non sentis vocalium concursum vaste hiantem? Ego vero Ciceronem ita scripsisse ne ipsi quidem Ciceroni affirmanti crediderim. Quid dicam de scriptoribus aevi Augustaei? quid de insequentium aetatum? nempe eadem tum consuetudo invaluit, ut in *Ας* caderent Graeca nomina. Spero mihi fidem apud te esse; ne necesse habeam infinita hic exempla enumerare. Quod tamen cum exceptione dictum velim; ut, quanquam eruditi homines enm,

Digitized by Google

quem dixi, morem servaverunt nomina tamen Servorum, aut quicunque, ut principio dixi, in Latina civitate vixere, vulgaris O 81
usus, penes quem jus est loquendi, plerumque immutaverit ad Latinam consuetudinem. Inde est apud Ciceronem, *Phania* Appii libertus. Frustra enim graecissaret dominus; cum ab omnibus conservis et notis sine ς litera *Phania* is vocabatur. Sed a Plinio memoratur *Phanias physicus:* nempe is in Graecia vitam egerat, nullum habuerat Romae dominum aut patronum. Inde illud Horatii, *Credat Judaeus Apella*, id est, quivis Judaeus: ut locum explanem parum hac memoria intellectum. Judaei habitabant trans Tiberim, et multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in Legatione ad Caium. Apella autem Libertinorum est nomen, satis frequens in Inscriptionibus vetustis. Cic. Ep. 25. lib. 7. *Ne Apellae quidem liberto tuo dixeris.* Itaque *Credat Judaeus Apella*, quasi tu dicas, Credat superstitiosus aliquis Judaeus Transtiberinus. Inde illud alterum, *Obeundus Marsya:* quo modo etiam loquuntur Ovidius, Silius, Lucanus. Marsya scilicet in Foro collocatus et donatus quasi civitate Romana non potuit non in ore vulgi quotidie versari; et praeterea eo nomine fuerunt servi Phryges. In veteri marmore, M. HELVIUS M. L. MARSYA. Vulgi autem autoritatem libenter hic secuti sunt poetae; cum secundum Graecam pronunciationem *Marsyas* in hexametro non staret. Sic *Cassius Chaerea* tribunus plebis, notissimus ob Caii Caesaris caedem: alter apud Plinium statuarius, qui numquam credo Italiam viderat; et apud Varronem tertius Atheniensis, qui de Re Rustica scripsit, *Chaereas.* Ita Persius, (priusquam Cornutus Stoicus versum immutaverat metu Neronis) *Auriculas asini Mida rex habet;* et ad id exemplum Justinus: nullam aliam ob causam, praeterquam quod id nomen frequenter mancipiis est inditum, praesertim ex Phrygia emptis. Terentius Phormione: *Puer ad me occurrit Mida.* Vetus lapis apud Sponium p. 289. MIDA CUBICULARIUS. Nequeo tamen conjectura augurari, cur qui Nepoti *Perdiccas*, Curtio et Justino et quibusdam aliis *Perdicca* nominetur. Siquidem apud utrumque caetera omnia Graeco more proferuntur, *Amyntas*, *Bagoas*, *Philotas*, *Ophellas*, *Jollas*, *Gobryas*, *Alcetas* frater Perdiccae. Nullus me- O 82
mini Perdiccas inter Italorum servos aut libertos: neque quicquam aliud causae invenire possum. Nam cognomenta Libertinorum (ea ipsis nomina fuerunt, priusquam manu mitterentur) si Graece in *Ας* caderent, Latinam terminationem plerumque ceperunt. Non tamen usquequaque increbuisse eam consuetudinem ex antiquis Inscriptionibus animadverti. Nam ecce tibi haec nomina ex Grutero, Reinesio, Sponio. *Αχιλλᾶς. M. Cornelius Achillas. L. Pontius Achilas.* ℙ *Αλεξᾶς, ὑποκοριστικὸν* ab *Αλέξανδρος. Q. Hortensius. Q. L. Alexa. Suavettius Alexa.* ℙ *Ανδρέας. C. Quinctius Andrea.* ℙ *Απελλᾶς* (*Απολλᾶς* apud Athe-

Digitized by Google

naeum) ab *Απολλόδωρος*. *T. Claudius Apella.* ☞ *Αρποκρᾶς*
V 41 ab *Αρποκράτης* vel *Αρποκρατίων*. *M. Lollius Arphocras. C. Herennius Harpocra.* ☞ *Αρτεμᾶς* ab *Αρτεμίδωρος*. *C. Caecilius Artemas. Cecilius Dexter et Artimas fratres. Ae. Fl. Artema. L. Laberius Artemas.* ☞ *Αθηναγόρας. Vireius Athenagoras.* ☞ *Κλεόπας*. in N. Test. vel fortasse *Κλεοπᾶς* a *Κλεόπατρος*, vel *Κλεόφιλος*. *Ti. Cleuphas.* ☞ *Κλεινίας* vel *Κλινίας*. *Juli. Clinias. Q. Pomp. Clinias.* ☞ *Κτησίας*. *M. Aur. Ctesias.* ☞ Sic *Dama* apud Persium, si Graecum est a *Δαμᾶς* vel *Δημᾶς* quod est diminutivum a *Δημήτριος*. *Mettius Damas.* ☞ *Επαφρᾶς* ab *Επαφρόδιτος*. *G. Avillius Epaphra. M. Cornelius Epaphra. C. Curtius Epaphra. C. Julius Epaphra. P. Nonius Epaphra. C. Tricilius Epaphra. S. Propertius Epaphra. C. Veiacus. C. L. Epaphra.* Et e diverso, *Epaphras postremum praestitit officium.* ☞ *Γλαυκίας. Glaucias Lib.* ☞ *Γοργίας. Gorgias Lib. L. Abuccius Gorgia.* Spon. 288. ☞ *Ηρᾶς* ab *Ηρόδωρος*. *L. Abuccius Hera. M. Petronius Heras. P. Sulpicius Hera. P. Valerius Hera.* ☞ *Ηρακλᾶς* ab *Ηρακλεόδωρος* Clem. Stromat. v. *L. Aemilius Heracla. C. Annius Heracla. C. Camelius Heracla. L. Clodius Heracla. L. Cornificius Heracla. Q. Cornelius Heracla. L. Creperius Heracla. L. Licinius Heracla. F. Longinus Heracla. C. Stiminius Heracla. Q. Petinius. Q. L. Heraclas.* ☞ *Ερμᾶς* ab *Ερμόδωρος*. *Herma accommodator. L. Aemilius Hermas. P. Annius Herma. C. Cassius Herma. Cornelius Hernia.* (vitiose pro *Herma.*) *M. Junius Hernia.* (lege *Herma.*) *Q. Lollius Herma. M. Mag. Herma. Octavius Herma. C. Quinctius Herma. P. Statius Herma. P. Turannius Herma. Q. Vibius Herma. M. Ulpius*
O 83 *Aug. Lib. Herma.* ☞ *Ερμαγόρας L. Maecius. L. F. Hermagoras.* ☞ *Ερμείας. Aurelius Hermias Aug. Lib. T. Didius Hermias. M. Helvius Hermias. C. Julius Hermia. Sex. Pompeius. Sex. Hermia.* Spon. 221. lege *Sex. L. Her.* ☞ *Λεοντᾶς* fortasse *ὑποχοριστικὸν* a *Λεόντιος*. *L. Arcius Leontas. C. Julius Leontas. M. Herennius. M. L. Leonta.* ☞ *Λεωνᾶς*. Artemidorus p. 249. *Λεωνᾶς ὁ Σύρος ὁ παλαιστής*. *Fabius Leonas. C. Oppius. C. L. Leonas.* ☞ *Μηνᾶς* a *Μηνόδωρος*. *D. Lallius Mena.* ☞ *Μητρᾶς* a *Μητρόδωρος*. *C. Fyrmius Metras.* ☞ *Νικίας*. *M. Annius Nicia. Cluvius A. L. Nicia. A. Plautius Nicia.* ☞ *Νικήτας*. *Aur. Niceta.* ☞ *Ονησᾶς* ab *Ονησίφορος*. *Q. Virius Onesas.* ☞ *Παπίας*. *C. Marcius C. F. Papia. Munatius Papa* (an depravatum loco *Papia*, an a *Πάπας*) *M. Plutius M. L. Papia. C. Purellius Papia. L. Valerius Papia.* ☞ *Φιλώτας*. *A. Annius Philotas.* ☞ *Φιλᾶς* a *Φιλόδημος*. *M. Hirrius Phila.* ☞ *Φιλέας*. *L. Magius Phileas.* ☞ *Φανίας*. *Phania* apud Terentium et Ciceronem: *Fl. Phaneas. M. Tillius M. L. Phanias.* ☞ *Θευδᾶς* vel *Θεοδᾶς* a *Θεόδωρος*. *A Faesonius Thuda. Q. Veionius Teuda.* ☞ *Θεωνᾶς*. Alexandriae Episcopus, *Theonas* apud

Digitized by Google

S. Hieron. *Livius Theona Aug. L.* et *Livius Theona ab Epistulis Graec.* ℣ *Ζάβδας.* Hierosol. Episcopus, *Zabdas* S. Hieron. et *Zabdae* in monumento L. Valerii: *Saufeius Sabda.* ℣ *Ζηνᾶς* a *Ζηνόδωρος. L. Calpurnius Zena.* Enimvero jam percontari eos velim, qui sine S. litera *Malela* pronunciant, quo auctore didicerint Joannem hunc Antiochensem captivum in Italiam abductum servitutem ibi serviisse; tandem autem, postea quam libertatem receperat, ad historiam scribendam se contulisse? Sin autem; cur obsecro, cum Evandri matre et cascis illis allium obolentibus, aut cum faece Romuli loqui malunt; quam cum Cicerone, et bonis auctoribus Latinitatis? Mihi quidem non longa deliberatio est, utros imitari velim. Sed haec nimium fortasse studiose atque anxie: misi quod omnino respondendum fuit iis, a quibus sum provocatus. Siquidem Gerardus Vossius, qui nescio an ab interprete Damasceni in errorem ipse inductus sit, certe aliis exemplo suo et autoritate viam ad errationem munivit, non certo judicio, sed inconsiderate praeterque morem videtur egisse. Quippe qui nunquam alias abjecerit S: ne tum quidem cum auctores haberet, O 84
quos etsi perverse, saltem aliquatenus imitaretur. Apud quem *Chaereas* vocatur Historicus et *Clinias*, *Marsyas* Macedonicarum rerum scriptor et Delphicarum *Apellas:* nec tamen *Chaerea* et *Clinia* in Comoedia, neque Horatii *Marsya* et *Apella* tenacissimam ejus memoriam fugere potuerunt.

Tantum quod haec scripseram, Milli jucundissime: cum ecce mihi nova res atque improvisa nunciatur, quae de sententiae me meae statu propemodum dejecit. *Enimvero, quod in superiore causa probanda tantopere desudarem, nihil fuisse; neque in ea disceptatione prorsus ἄσκοπα τετοξευκέναι. Nam apud Constantinum et Damascenum τοῦ Μαλέλα posse nomen indeclinabile esse: neque abhorrere ab usu Graecorum, ut nomina barbara sine variatione casuum proferantur, τοῦ Ἀμμοῦν, τὸν Ἀνοὺβ, τῷ Ἀσκοὺμ, τοῦ Βλὰχ, τοῦ Ἀψκὰλ etc. sexcenta dari masculina in A, ut ὁ Σισάρα, ὁ Σάλα, ὁ Φουὰ, ὁ Σιβὰ in Vet. Test. ὁ Ζαρὰ, ὁ Ἀβία in Novo: Syrorum nationem (Syrum autem esse hunc Malelam) amare nomina in A literam exeuntia, Maruta, Barsoma, et pleraque omnia: sic et Arabas quoque Abdalla, Mashalla, Taphala, et siqua sunt alia: occurrere denique apud Cantacuzenum Ἰωάννης Ἱεράλτα, et apud Theophanem Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα, Joannem cognomento Hemula, secundum Victorem Tununensem.* Ego vero, quanquam fortasse praestabilius esset, ut ex amicorum consilio supersederem labore respondendi, libera esse judicia sinerem: constitui tamen devorare eam molestiam; et eo quidem animo, nullum ut certamen instituam, neque enim temperato calamo res agetur; sed ut semel defungar, nec tacendo committam, ut odiosae mihi de lana caprina lites succrescant in posterum. Dico itaque neque esse illud, de quo

Digitized by Google

viri docti asseverant, neque posse. Nam ecce tibi Joannes Tzetzes, qui cum *ἰωνικωτέρως πως* protulerit *Μελέλης*, certe secundum me judicasse videatur. Crebro enim eae syllabae permutantur inter se, *Λεωνίδας Λεωνίδης*, *Ερμᾶς Ερμῆς*, *Απελλᾶς Απελ-*
V 42 *λῆς*, *Μαλέλας Μαλέλης*. Eodem accedit, quod in syllaba secunda statuitur accentus, *τοῦ Μαλέλα* tanquam ab *ὁ Μαλέλας*, non *Μάλελα* neque *Μαλελὰ* ut plerumque assolet in vocabulis
O 85 peregrinis. Verum illud in primis est admiratione dignum, quod ut de Graeco nomine cognitio habeatur, *ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους* et ad barbaras nationes provocant. Siquidem ex Hunnorum gente sunt *Ασκοὺμ* et *Βλάχ*, de quibus vide ipsum Malelam p. 159. et 170. Verum age quandoquidem sic agi placet, cedo quos volent arbitros. Stabimus etiam Hunnorum judicio: neque homines plebeii, sed reges et regibus proximi pronunciabunt. Verba sunt Malelae p. 59. *Καὶ ἤνεγκεν ἅμα αὐτοῦ κατὰ Αττιλᾶ*. Maxime regum, bona tua venia libenter rogaverim, qui Graece vocaris casu recto. Cur autem occupato molesti sumus? Respondebit pro eo Malelas ibidem: *Ωσαύτως δὲ καὶ Αττιλᾶς ἐτελεύτησε*. Sic omnes uno ore. Apud Priscum Thracem in Collectaneis Constantini Porphyrogeniti; corrigendus obiter Suidas, qui *Πρίσκος* ait *Πανίτης ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν καὶ κατὰ Ατταλον*. lege haud cunctanter, *Βυζαντιακὴν καὶ κατὰ Αττήλαν* vel *Αττήλα* apud Priscum, inquam, aliquoties legas *Αττήλας καὶ Βλήδας*. Is Attilae frater erat, a Jornande Bleta dictus, a Prospero depravate Bleba, a Theophane *Βδέλας*· *Αττιλᾶς*, inquit, *Ομνουδίου παῖς ἀποβέλων Βδέλαν τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν*. Verbum illud dividuum facito, et scribe *ὁ Μνουδίου παῖς* vel fortasse *Μουνδζίου*. Jornandes enim Mundzuccum nominat, et Sigebertus Mundzuch, perperam vero Nicephorus Callistus *Νουμίδιον*. Quid Attilae patruus, *Ρουα* ne declinabile an *Ρούας*? De hoc statuet idem ille Priscus; cujus verba sunt, *Ρούα βασιλεύοντος τῶν Οὔννων* et *παρὰ τὸν Ρούαν ἀφικνεῖσθαι*. Ita *Βάλας* dux Hunnorum apud Procopium, Vandalorum *Αμμάτας*, Gothorum *Γρίππας* et *Βέσσας*, et *Μόῤῥας* et *Μαρκίας*, et *Αλβίλας* et *Οὐσδρίλας*. Eant nunc et ab Hunnis malum sibi mendicent. Apud Malelam reperio p. 210. *Τζίττα στρατηλάτου Ρωμαίων*, et 202. *κατὰ Σουνίκα καὶ Σίμμα*, et 111. *μετὰ τοῦ ἡνιόχου Καλλιόπα*, et 165. *μετὰ τοῦ φυλάρχου Αρέθα*· plane ut apud Constantinum est *τοῦ ἐπίλην Μαλέλα*. Placetne jam, ut Joannem ipsum nobis arbitrum capiamus? aequa, opinor, et honesta postulatio est. Sententiam vero is suam ostendit p. 204. *ὅστις Τζίττας* 203. *Σουνίκας δὲ καὶ Σίμμας* 110. *Καλλιόπας τις ἡνίοχος* 166. *Αρέθας τις ὁ φύλαρχος καὶ Γνούφας*. Et adhuc dubitent, si possunt, utrumne qui haec
O 86 scripserit, ullo modo est ut *ὁ Μαλέλα* vocatus fuerit. Jam *Σισάρα* et *Φουὰ* quam inviti et recusantes in argumentum ducantur! Recte quidem factum a LXXII. viris; quod cum vetusta illa

Digitized by Google

et Ogygia nomina literis Graecis mandarent, ad syllabam de sermone barbaro expresserunt. Nam qui annis ante permultis excesserant e vita, nulla, credo, iis futura erat consuetudo cum Graecis. Quod si alii juniores, quibus eadem quae veteribus illis nomina, usum et commercium cum Graecis habuerunt, sine dubio eorum nomina declinata sunt ad normam Graeci sermonis. Sic Paralip. I. cap. 8. est quidam *Ανανία* et cap. 12. *Βερχία*, vel, ut in MS° Regio est, *Βαραχία*. Eadem occurrunt nomina in Test. Novo: (Syrus enim interpres et hic et illic *Hhananio*, *Brachio*) cum Graeca tamen terminatione, *Ανανίας*, *Βαραχίας*. Similiter antiqui illi *Ιακὼβ*, *Ιωσὴφ*, *Σαοὺλ* perpetuo nominantur: juniores vero, qui cum Graecis rem habuerunt, *Ιάκωβος*, *Ιώσηπος*, *Σαῦλος*. Quo exemplo etiam *Σισάρας* et *Σάλας* et *Φούας* essent dicti; si Antiochiae vixissent vel in alia quavis civitate Graeca, et memoriam rerum gestarum literis consignassent. Neque vero inficior Syrorum, atque Arabum nomina frequenter in A litera terminari: servatam esse a Graecis eam terminationem pernego. *Abdalla*, *Masalla*, *Taphala*. Ita quidem Arabes. Quomodo autem Graeci? Theophanes p. 294. *Μουαμὲδ ὁ τοῦ Αβδελᾶ*. Perii equidem, in A hoc exit, et contra me facit. Sed nolo eos in laetitiam frustra conjicere. Illud enim perincommode intervenit ibidem *ὁ Αβδελᾶς υἱὸς*, et apud Zonaram *Μασάλμας ὁ τῶν Αράβων ἀρχηγὸς*, apud Malelam *Ταφαρᾶς ὁ φύλαρχος*. Eadem mihi de Syriacis nominibus sententia est. Porphyrius apud Eusebium Scaligeri: *Πτολεμαῖος δὲ ἀγαναχτήσας, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ προσέβαλεν ὁ Δημήτριος, ἅτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς Ασίας Αλέξανδρον, ὡς υἱὸν Αλεξάνδρου, ὃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι τοῦ Πτολεμαίου Ζαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων.* et Josephus: *Αλέξανδρον τὸν Ζεβινᾶν ἐπιλεγόμενον.* Et eodem nomine Antiochensis Episcopus *Ζεβῖνος* Nicephoro, *Ζέβεννος Zebennus* Eusebio et Hieronymo vocatur. Atqui *ἀγοραστὸς emptus* Syriace est *Zbino* vel *Zbina*. Ita Graece dixeris, *Ιωάννης ὁ Αντιοχεὺς, ὃς διὰ τὸ φιλολόγος* O 87 *εἶναι Μαλέλας ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων*, vel, ut propius Syrorum pronunciationem subsequitur Damascenus ipse Syrus, *Μαλάλας*. Nam *Malolo* vel *Malala* est orator, eloquens, loquax. Non difficile est conjectura assequi, utram ob causam cognomento illo auctus fuerit Joannes, *Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν*. Ipse Porphyrius a popularibus suis Syris *Malcho* sive *Malcha* vocabatur: Graece vero non *Μάλχα*, sed *Μάλχος*. Ita *Cipha* saxum *Κηφᾶς*, *Thoma* gemellus *Θωμᾶς*, et siqua sunt alia. Mal. p. 41. *Αντίοχον τὸν ἐπίκλην Χούζωνα*. Mirum ni ex illorum sententia cognomentum Antiochi fuit *Chuzona* casu recto, ut *Malela:* cum ambo sint Antiochenses. Quid ergo sibi volunt ista p. 65. *Αντίοχον τὸν Χούζωνα τὸν ἔγγονον Αντιόχου τοῦ Χούζωνος?* Quod si usquequaque Syriaca nomina imitari et exprime-

Digitized by Google

re debemus, cur, obsecro, *Ἰωάννης* dicitur, non *Ἰωανὰν Μαλάλα?* nam Syris est *Juhhanon*, ut LXXII. viris *Ἰωανάν*. Sed ecce tibi Cantacuzenus, qui p. 874. *Λατίνων τις*, ait, *Ἰωάννης Περάλτα προσαγορευόμενος*. Scias autem in quantas angustias adducti sunt, cum homines *χθὲς καὶ πρώην γεγονότας* saeculo demum XIV. post Christum natum inveterata jam barbaria, causae suae patronos adoptant. Rem sane lepidam et jocosam. Joannes hic Antiochensis bene Graece *Μαλέλα* dici potest, quia Italo cuidam nomen erat *Giovanni Peralta*. Sic enim Cantacuzenus p. 174. *Μάλιστα δὲ Ντζιουὰν Περάλτα ὁ τούτων ἡγεμών*. Graecus iste est sermo hodiernus: ita giostra *τζοῦστρα*, gingiva *τζιντζίβα*, jecur *ντζηγάριον*. Vah! quam velim progrediantur longius, atque una opera probent *Ντζιουὰν Μαλέλα* dicendum esse: facinus pol magnum et memorabile fecerint. Illud vero durum, quod apud Theophanem est *Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα*. Nec a Victore solum vocatur *Hemula*, sed Anastasio etiam, qui Theophanem in Latinum convertit: a Liberato Diacono Joannes Mela; nisi fortasse depravati sunt codices. Ex Graecis vero scriptoribus solus Theophanes et semel duntaxat cognominis ejus mentionem facit: caeteris simpliciter Joannes vocatur, Nicephoro
O 88 Patriarchae, Nicephoro Callisto; sicut et Leontio Byzantio, Chronicoque Orientali. Quo magis adducor, ut vitiosum esse illud verbum existimem; et istum apicem, qui in libris MSS. terminationem *ας* signare solet, ab indiligenti librario mutatum esse vel praetermissum. Praesertim cum cuncta id genus nomina praeter hoc unum ab ipso Theophane per *ας* scribi videam; *Ἀρέθας*, *Ἀττίλας*, *Μασάλμας*, *Ἀβουλάβας*, *Κουτζίνας*, alia quamplurima. Itaque hoc in loco, ut mea fert opinio, facta est Theophani injuria. Nec, quod Anastasius et Victor *Hemula* Latine nuncupant, non *Hemulas*; magis id quenquam movere debet, quam quod Attila a Latinis dicitur, qui Graecis est *Ἀττίλας*. Nam peregrina ejuscemodi nomina Graeci Latinique neutri ab alteris, sed ab ipsis Barbaris utrique acceperunt. Toto igitur coelo erravit Priscianus, cum *Turia* et *Bagrada* (Africae sunt ista flumina) declinari putat a *Τούριας* et *Βαγράδας*. A Graecis quidem *Ἰόβας*, *Μικίψας* et *Βάρκας* sunt dicti, qui a Latinis Juba, Micipsa, Barca. Nec tamen haec quae proxime nominavi, de Graecia petita sunt; sed ex Africa recto itinere deportata sunt in Italiam. Quid enim, cum illi *Ἀμίλκας*, *Ἀννίβας* proferunt, hi Hamilcar et Hannibal; non signi hoc satis est, unde utraque sunt accersita? Nempe hi masculina nomina Africana in A liben-
V 43 ter retinebant; Graecorum aures tanquam absona et inconcinna repudiabant. Sed ut concedam illud *Ἡμοῦλα* a Theophane profectum esse: non ego Monachum aliquem adversus omnium autoritatem magistrum dicendi capere velim; sed illum ipsum ad nationis suae exemplum, addo etiam suum, componere. Vir mul-

Digitized by Google

tiplici doctrinae copia praeditus Eustathius Thessalonicensis Episc. accurate disputans de Homericis illis *ἱππήλατα Πηλεὺς* et *Ἑρμείας ἀκάκητα* etc. non *Σισάρα* et *Σάλα*, non *Ημοῦλα* ad partes vocat; nam *Giovanni Peralta* qui potuit, priusquam is nasceretur? quod contra ex omni memoria duo duntaxat memorat masculina Graeca in A, eaque minime a se lecta, sed Eudaemonis fide Pelusiotae; ejus opinor, cujus librum de Orthographia Stephanus Byzantius, et Suidas et Etymologici scriptor citant. Horum unum Illyricum esse nomen, ex epigrammate quodam, *Πατὴρ δ' ἔμ' ἔφυσε κόπαινα, ἤτοι Κοπαίνης*· Syracusanum al- O 89
terum ex Sophrone, *ὁ Μύριλλα*. Democopum videlicet architectum, cum theatrum exaedificasset Syracusis, populo viritim unguentum distribuisse, et ex ea re cognomento vocatum esse Myrillam: nempe *ἀπὸ τοῦ μύρου Μύριλλαν*. Ego vero Eudaemonem illum jubeo *κρόμμυ' ἐσθίειν*, ut hominem infortunio mactem: siquidem religio erat Pelusiotis cepas gustare. Nam profecto de Syracusiorum dialecto cras credo, hodie nihil. Theocritus Syracusanus, qui idiomate vernaculo perpetuo est usus (*Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφειλκυσάμην*) annon *Σ* literam ubique servat, *Δαμοίτας*, *Μενάλκας*, *Αμύντας*, *Διοκλείδας*? Non Apollo *Δαφνίτας* Syracusis colebatur? Non *Hicetae* Syracusius Philosophus a Cicerone laudatur in Academicis? non eorum sermone *γαφάγας lumbricus* apud Etymologicon? non dissimulo apud Hesychium scriptum esse *Γαφάτα*, *σκώληξ*· sed vero duplici errore. Nam excidit *Σ* litera, ut usu venire solet, cum proxime subsequatur altera: *T.* autem facillime mutatur in *Γ.* ut alibi *Στένυτρον*, *εὐρυπωδέστερον*, *συριγγῶδες*. pro *Στενυγρὸν*, *εὐριπῶδες*, *στενὸν*, *συριγγῶδες*. Ne ipse quidem Sophron aliter locutus est. Athenaeus lib. VII. *Καὶ παρὰ Σώφρονι ὁ θυννοθήρας*. et *καρχαρίας* aliquanto inferius p. 306. *Σώφρων*, *θυννοθηραῖα δὲ γαστὴρ καρχαρίας ὁ κάτινος δῆσθε*. Priora verba, quae Casaubono molestiam creabant, sic lege: *Σώφρων Θυννοθηραι. Α δὲ γαστήρ*, id est, *θυννοθήρα*. Nimirum iste liber *Θυννοθήρας* inscriptus est. Etymol. in *Ἥια*. *Ὡς φησι Σώφρων ἐν Θυννοθήρᾳ*. Male alibi *ἐν Θυννοθήραις*. Quod si verum est illud de Democopo, vulgi joco cognomen suum adeptus esse videatur, quia fortassis ea tempestate Syracusis scorto cuipiam non ignobili nomen fuerit Myrilla. Nam mulieris id quidem nomen esse proprium certiores nos facit poeta nescio quis inter Lyricos H. Stephani. *Στρατόκλεις φίλος Κυθήρης*, *Στρατόκλεις φίλος Μυρίλλης*. *Ἰδε τὴν φίλην γυναῖκα*, *Κομάει*, *τέθηλε*, *λάμπει*. *Ρόδον ἀνθέων ἀνάσσει*, *Ρόδον ἐν κόραις Μυρίλλα*. Quod ad *Κόπαινα* attinet, etsi non facile fidem habeam, viderit de eo verbo epigrammatis author; qui fortasse, cum barbarum Illyrium *βαρβαρίζοντα* induxerit, bene moratum carmen fecisse videatur. Quod siquis Illyriorum exemplo *Ἰωάννης ὁ Μαλέλα* proferre ve- O 90

Digitized by Google

lit; id quidem perinde est, tanquam si ὁ Κάτο dicens et ὁ Κίκερο, se egregie loqui Graece contendat; quia apud Aristophanem Caris Cantilena est, Θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα· et Scythae istius Attica elegantia:

V 44 Ὡς ἑλαπρὸς ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιο.

et Ὦ γρᾴδι' ὡς καρίεντό σοι τὸ τυγάτριο,
Κοὐ δύσκολ' ἀλλὰ πρᾶο· ποῦ τὸ γρᾴδιο.

Sed nimium diu, mi Milli, in litigiosa hac disputatione te demoratus sum. Dabis autem veniam necessitati; nam postea, per me licet, alii ut volent loquentur, non equidem invideo, neque intercedo. Imo enimvero invitissimus haec scripsi,

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

ADDENDA.

Ecce iterum Crispinus. Cum enim adhuc supersit chartae aliquantulum, ut narrat Typographus; nimirum ei parcere stulta, ut ait ille, foret clementia. Percurram igitur Epistolam totam, adnotaturus identidem, siqua vel retractari diligentius vel corrigi debeant.

